4 Nunc ergo ad propositū in casu nostro nō prohibuit ista donatrix exp̄sse falcidiā detrahi: sed apposuit q̄dā verba ex quibus dicitur ipsam hic tacite voluisse. s. q: donauit omnia ⁊ singula bona ⁊c. Itē q: dixit pleno iure. Itē q: posuit donatariuꝫ loco eius vt facere posset omnia ⁊ singula: que ipsa donatrix facere poterat ⁊c. ⁊ certe si dixisset q̄ dicta bona donata pertinerēt ad donatariū integraliter ⁊ sine aliqua diminutione: clarū esset q̄ tunc videretur prohibita detractio falcidie: q: non pōt videri quid aliud possent dicta verba opari. l. decē. in fi. in tex. ⁊ gl. ff. de fideicommis. lib. ⁊ no. Bal. in auť. sꝫ cum testator. ⁊ in. l. p̄cibus. C. de impube. ⁊ alijs substitu. Sꝫ dubium est de verbis. s̄. dictis quibus dicta donatrix vsa fuit vtrū idē importēt. ⁊ allegatur q̄ sic principaliter autoritas Barto. in. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pup. in. iij. q. prin. de cōpēdiosa facta p verbū cōe. Sed si bñ ⁊ subtiliter cōsiderētur dicta Bar. v̄r potius voluisse totū oppositū etiā in verbis q̄ ego dixi opari prohibitionē: vꝫ qd̄ haberet totā ⁊ integrā ⁊ sine diminutione ⁊c. Nam ipse vult q̄ dicta v̄ba operētur vt videat̄ facta substitutio direc. pupillaris: q: si videret̄ facta obliqua seu fideicommissa. p̄dicta verba nō possent saluari in suo proprio significatu: q: de obliqua detraheretur trebellianica. ⁊ sic non ptineret ad substitutū bona integraliter ⁊ sine diminutione prout testator dixit ⁊ voluit. ad hoc ergo vt ptineant prout dixit ⁊ voluit interpretat̄ ipse q̄ p dicta verba voluerit facere directam: vult ergo ipse q̄ si dicta interp̄tatio non fieret: ⁊ sic diceremus eam fideicommissariam fieret detractio non obstantibus dictis verbis. ⁊ sic veniremus cōtra significatum verborꝫ ⁊ contra id qd̄ testator voluit. s. q̄ haberet bona integraliter ⁊ sine diminutione: vnde sentit opi. illorum qui dicunt requiri exp̄ssam prohibitionem. ⁊ q̄ nulla alia verba sufficiunt etiam que nihil aliud opari possunt quaꝫ opin. recitat Angel. in. d. §. si vero expressim. ⁊ ista est intentio Bar. si bñ inspiciatur. si enim dicta verba possent operari prohibitionē trebellianice. ⁊ sic possent aliquid operari in substitutiōe obliqua non oportuisset facere interpretationē: quā facit Bar. vꝫ q̄ operētur substitutionē directam cum talē interpretationē non faciat Barto. propter aliud nisi vt si dicamus cōtrarium. s. q̄ sit fideicommissa. dicta verba integra ⁊ sine diminutione nihil operentur. Sed Bald. quid percepit istuꝫ fuisse intellec. Bar. in prefato. l. precibus. Bar. reprehendit. ⁊ vult q̄ dicta verba non habeant operari hunc effectum. s. q̄ faciant censeri substitutionem directam: q: etiam si sit obliqua possunt aliquid operari. s. prohibitionem trebellianice. per. l. deceꝫ. in fi. cum glos. ff. de fideicommis. liber. Unde vult Bald. q̄ compendiosa facta per verbum commune pupillo sit omni tempore fideicommissa. f̄m q̄ tenet glos. ibidem etiam si dicta verba

fuerint

fuerint apposita: postq̄ pn̄t i ipsa fideicōmissa. aliqd operari: et sic non debemus recedere ab opi. glo. propter dicta verba ne nihil operentur maxime qn̄ mater est in medio: et quando testator se restrigit ad bona sua. et nisi modo predicto intelligamus verba Bar. et Bal. non possemus bene discernere diuersitatez que est inter eos: et in quo Bal. velit reprehendere Bart. Sic ergo sequitur ex predictis q̄ illi qui dicunt in casu nostro censeri prohibitam falcidiam per verba. s. alleg. non habent pro se nisi autoritatem Bald. in. d. l. precibus. Sed aut. et sensus Bar. in. d. l. centurio. est in contrarium intelligendo dicta sua prout necessario debet intelligi modo quo supra dixi. Item in contrariū est autoritas Ang. prout ipsimet allegant. ¶ Preterea in casu nostro non fuerunt apposita verba illa. s. q̄ integraliter et sine diminutione etc. quo casu crederem Bal. melius sensisse quā Bar. vel Ange. s. q̄ dicta verba sufficerent ad prohibitionem falci. cum aliud operari non possint et non debent esse frustratoria: vt. s. dixi. vnde sufficiunt postq̄ testator vel donator potuit et per verba predicta presumitur qd̄ voluit ne frustratorie fuerit locutus: licet expresse non dixerit. Sed fuerūt in casu nostro apposita alia verba. s. pleno iure. Itē omnia bona. Item ponens eum in locum suum etc. que quidem verba possunt importare alium significatum et sic non necessario important istum. Nam verbum pleno iure habet diuersos significatus: potest enim intelligi in iure directi et pleni dominii idest a quo non est separatum vtile: sed cum eo concretū ad differentiam directi a quo separatum est vtile: qr̄ tunc non est plenum. et hoc habetur. ff. de rei vendi. l. iuli. in glo. super verbo plenuz. Item potest intelligi pleno iure. s. proprietatis et vsusfructus. l. si ita stipulatus. §. j. in fi. ff. de verbo. obli. de annu. lega. l. titia. post prin. et qd̄ no. Bal. in. l. matri. C. ad tertul. et. l. in pecudum. de vsuris. Unde posito q̄ fal. detrahatur: potest dictum verbum operari et verificari in residuo. s. vt illud pertineat ad donatarium pleno iure. s. directi et concreti dominij. Item q̄ proprietatis et vsusfructus ideo non potest dici: q̄ propter appositionem dicti verbi censeatur prohibita falcidia: postq̄ potest aliud operari. et ita expresse determinauit Oldra. in consi. ccxlvi. vbi etiam dicit q̄ talis prohibitio non debet fieri per coniecturas sed palam: et non verbis generalibus: q̄ ego intelligo modo quo supra. s. qn̄ sunt talia que possunt habere et importare alium sensum et significatuz al's secus: vt. s. dixi. Et sic habemus triplicem autoritatē in casu nostro q̄ nō censeatur prohibita falcidia. s. Oldra. Itē Bar. in. d. l. centurio. qui hoc cēsetur voluisse etiā in verbis que non pn̄t aliud importare. Itē Ang. et nullū aliū habemus in ꝯtrariū nisi Bal. in. d. l. p̄cibus. qui pōt verū dicere in verbis que aliud importare non possunt vt sunt illa integraliter et sine diminutione nō in illis q̄ possunt aliud importare vt ē verbū pleno iure. Itez v̄ba illa omnia bona etc. Nā illa importāt vt veniāt omnia nullo excepto: † qd̄ qdē verbum omnia cū sit signū vniuersale facit vt plura includant̄ q̄ si non esset appositū: tūc enim esset indefinita locutio que non equiparatur vniuersali qn̄ nō est eadē ratio omnium sub indefinita comprehensorū. iuxta plene no. in. l. si pluribus. ff. de leg. ij. et in c. vt circa. de elec. lib. vj. sed signū vniuersale facit omnia indistincte comprehendi nullo excepto: qr̄ qui omne dicit etc. l. iuli. ff. de leg. iij. Et sic ista possunt simul stare. s. q̄ omnia bona fuerint donata nullo excepto: et omnia puenire debeant ad donatarium: non tn̄ integraliter sed cū diminutione falcidie. Similiter verba illa q̄ posuerit illū in locū suum etc. pn̄t verificari et operari. s. in residuo. s. in tribus partibus de quattuor que ad donatariū sunt peruentura. l. qui quadringēta. ff. ad trebellia. ¶ Plus vr̄ q̄ etiā hodie si rogatus esset heres restituere totaz hereditatez non censeret̄ prohibita detractio trebellianice: qr̄ hoc verbū totam pōt aliud importare quasi diceret non dimidiam vel tertiam sed totam: non tn̄ sequit̄: ergo integraz et sine diminutione. Nam trebellianice detractioni non est locus nisi quando totam heredi. rogatus est restituere: si enim partē non fieret detractio: qr̄ alia pars que remanet computatur in quartam: et ipsius detractionem excludit. l. in quarta. cum ibi plene no. ff. ad. l. falci. vñ cum intentio testatoris potuerit esse alia: et potuerit habere alium respectum q̄ velle impedire dispositionem iuris: circa detractionē non est dicendū q̄ per tale verbū dubiū hoc voluerit: sic possunt intelligi verba Oldra. et Ang. et aliorum qui dicunt requiri verba clara et non sufficere generalia. argu. l. in testamento. in fi. C. de testa. mili. Leges autē que allegant̄ de iure veteri. s. l. j. §. inde neratius. ff. ad trebel. et. l. q totam. cum simi. parum vel nihil faciunt ad propositum: quia iure illo nō poterat falcidia vel trebel. prohiberi. l. q̄ de bonis. §. j. ad. l. falci. vñ in legibus illis detrahit̄ nō obstante appositione dicti verbi non ex eo q̄ ꝓpter ipsum non censeat̄ prohibita: sm̄ q̄ vnus ex consultoribus qui illis allegat et qui facit in eis magnum fundamentuz videtur intelligere: sed ex eo qr̄ et si censeret̄ prohibita ꝓpter appositionē dicti verbi totā nō valebat dicta prohibitio iure illo: vnde hoc fundamentū qd̄ sumit̄ ex illis legibus satis est debile: qr̄ posset dici q̄ hodie non procederent ille leges inquantū volunt q̄ non obstante appositione dicti verbi totam detrahit̄ trebellianica: qr̄ cuz hodie possit prohiberi sicut falci. vt no. Bar. in. l. marcellus. eo. tit. per dictum verbuz totam posset dici q̄ censeret̄ prohibita: quia non diceretur restitui tota si retineret̄ quarta: sicut non diceretur restitui integra et sine diminutione.

¶ Tamen ratio quā. s. feci ꝓbat cōtrariū et illud qd̄ dixi: qr̄ testator potuit habere aliū respectū in appositione dicti verbi totam: quā qd̄ voluerit ꝓhibere trebellianicā. s. vt nō partē sꝫ totam: cum onere tamē legali: quē respectū nō pōt dici habuisse apponēdo illa verba integre et sine diminutione. que verba nihil aliud importare possunt nisi q̄ nulla fiat detractio: et si fieret esset superflua et nullius effectus.

¶ Concludo ergo breuiter q̄ cum in casu nostro verba que fuerunt apposita in dicta donatiōe. s. pleno iure. Item omnia bona. Item ponens eum in locum suum etc. possint habere alium significatum et aliud operari q̄ impedire detractionez falcidie non possumus dicere q̄ per ipsa constet de intentione donātis: qd̄ voluerit falcidiam prohibere et derogare dispositioni iuris communis et etiam iuri dictorum heredū. per. d. l. in testamento. in fi. C. de testa. mili. et per rationem: qr̄ probatio debet concludere necessario: et sic non inducitur prohibitio: et isto modo intelligo dicta doc. s. Oldr. et Ang. et aliorum dicentium q̄ requiritur exp̄ssa et clara prohibitio. et non per coniecturas. Naz intelligo de coniecturis que possunt se habere ad esse et non esse. et in his non teneo Bald. in. l. precibus. qui nimis generaliter loquendo dicit q̄ illa verba pleno iure. Item omnia bona etc. inducūt prohibitionē falcidie: sed si fuissent apposita alia verba que non possent aliud importare vt sunt illa que integraliter et sine diminutione: tunc qr̄ ex illis resultat coniectura: que non potest se habere nisi ad esse: teneo opi. Bal. q̄ induceret̄ prohibitio: nō autē id qd̄ sentit Bar. in. l. cēturio. nec id qd̄ prima facie censet̄ sensisse Oldr. et Ang. s. q̄ nō nisi per verba exp̄ssa et specifica inducat̄ ꝓhibitio: qr̄ nō est rō quare debeat reqri dicta exp̄ssio: si de volūtate pōt ex verbis ꝓlatis manifeste et necessario cōstare. et p̄m dictū modū reduco ad cōcordiaz autoritates doctoꝝ scribētiū q̄ videnr̄ inuicē discordare: sꝫ credo si fuissent interrogati: hoc idē dixissent: et prefatam distinctionē q̄ rōnabilis est approbassent. Laus deo.

¶ Summarium.

1 Statutū excludēs feminam a successione extante masculo intelligitur de masculo descendenti.

2 Repudiatio facta p filiaz in manibus patris vꝫ statuto approbante vel iuramēto interueniēte.

3 Utrum mr̄ q̄ non petÿt tutorē: an et qn̄ ꝓpter suam negligētiam priuet̄ hereditate filÿ.

4 Et quid de auia an simili modo priuet̄.

¶ Consilium. xxix.

In christi nomine amen.

¶ In puncto suprascripto fuerunt apposita plura verba q̄ expediret. Nā in effectu queritur in ipso de triplici hereditate. Primo de hereditate Antonÿ qui decessit intestatus relictis duabus filiabus: vꝫ Maria nata ex prima vxore que erat nupta et fecerat patri finem et refutationez de hereditate paterna et materna vt dicitur: et Miliana pupilla nata ex secunda vxore ad quā istarum dicta hereditas deuoluta sit. constat eniz q̄ de domina Beatrice matre dicti Antonÿ nō est tractandum stantibus descendentibus et valentibus succedere cum prima causa in successione sit descendentium. C. de suis et legi. aut. in successione. Nec etiam est tractandū de Ioāne filio Baldassaris qui erat agnatus cum ipse esset transuersalis qui de iure communi non venit stantibus descendētibus: vt in. d. aut. in successione. † 1 Nec habet obstare statutum sub rubrica quo ordine etc. per quod excluditur a successione ascendentis femina stante masculo: quia loquitur quando extaret masculus descendens et in eodem gradu cum ea qui simul cum ea concurreret si statutum non esset: sed statutum ipsum prefert: at in casu nostro extat masculus non descendens: sed collateralis qui cum ea non concurreret si statutum nō esset ideo nec sibi prefertur: quia nimia iniuria afficeretur filia si a tali excludere tur. Nec statutum hoc voluit: nec eius verba hoc patiuntur: solum ergo videndum est de dictis filiabus. † 2 Et breuiter dicta Maria postq̄ renuntiauit succedere nec potuit: tum ex forma statuti quod dictam renuntiationem approbat etiam sine iuramento. licet de iure communi non valeret talis renun-

tiatio tanꝗ̄ facta ꝯ bonos mores: vt in. l. pactuꝫ. C. de colla. ꝛ de pac. l. pactū. sed statutum potuit facere ipsam validam: q2 non est cōtra ius diuinū vel naturale sed solū ꝯ ius positiuum. iuxta plene no. in. l. oēs populi. ff. de iusti. ꝛ iure. Tū etiā ex forma iuris cōis si interuenit iuramētū: vt in. c. ꝗuis. de pact. lib. vj. ꝙ etiā de iure ciuili seruatur cum illud statuat̄ pro euitatione peccati quo casu ius ciuile imitat̄ canones. iuxta plene no. in. c. ij. de pac. lib. vj. ꝛ in. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle.

¶ Exclusa ergo dicta Maria per suā repudia. vocata fuit prefata Miliana altera filia ꝛ pupilla sola ad hereditateꝫ Antonij patris sui quasi per ius accre. l. qui repudiantis. in prin. ff. de inoffi. testa. C. quādo non pe. par. l. j. que Miliana iure suitatis hereditatem patris etiā non aditam transmisit ad suos heredes. C. de suis ꝛ legi. l. apud hostes. de iure delibe. l. iij. cuꝫ concor. ꝛ plene per Bar. in. l. ventre. ff. de acqui. here.

3 ¶ † Scđo loco videdūꝫ est de hereditate dicte Miliane in qua reperit̄ hereditas dicti Antonij patris sui que decessit vt videt̄ infra pupillarē etatē: ꝛ infra annuꝫ a morte testatoris ꝛ in illa breuiter est dicendū: ꝙ si Catherina mater eius nō foret exclusa ꝓpter nō petitū tutorē: vt q2 erat mior. xxv. annis[a]. C. si aduer. delic. l. fi. vel q2 fuisset preuenta mortalitate filie: q2 decessisset filia infra annū: cū adhuc restaret tm̄ de anno qui sibi dabatur. insti. ad tertul. §. fi. ꝙ infra illud qđ restabat potuisset congrue suscipere tutelā vel facere aliū tutorē dare. ff. ad tertul. l. ij. §. cōfestim. in fi. ꝛ tunc nō esset dubiū ꝙ sola dicta dn̄a Catherina mater vocata fuisset ad hereditatē dicte Miliane exclusa Maria sorore ex vno latere tantum: ꝛ exclusa beatrice auia paterna: vt in aut. defuncto. C. ad tertul. Si vero dicta dn̄a Catherina foret exclusa propter nō petitū tutorē: vel tutelā nō susceptam[b]: vt q2 erat maior. xxv. tempore mortis mariti ꝛ distulit tutelam suscipere vel tutorē petere tantum ꝙ infra id qđ restabat de anno tempore quo mortua est dicta pupilla nō poterat tutelam suscipere vel facere ab alio suscipi ꝺm ritum ꝛ consuetudinem seu stilū curie Feltrensis put mihi asseritur: q2 dicitur mihi ꝙ nō restabant de anno vltra tres vel quattuor dies: ꝛ tunc est pinde ac si totus annus trāsiuisset. ff. si qs cau. l. ij. §. si quis tñ cū posset. de ver. obli. l. hoc iure. ꝛ. l. cum stipulatus sim mihi a ꝓculo. Nec ob. c. cōmissa. de elec. lib. vj. in prin. q2 solutio colligit̄ ex no. p Dy. ꝛ Bart. post glo. in. d. l. hoc iure. ꝛ. l. in illa stipulatione. si kalendis. ff. de ver. obli. Nā erat in potestate istius matris petere tutorē vel facere tutelā decerni: ideo cōmittit̄ pena mero iure ante lapsum terminū qñ nō restabat tm̄ ꝙ sufficeret ad petendū: vt. d. l. cū stipulatus sim mihi a ꝓculo. vel aliter ꝛ melius. q2 in. d. c. cōmissa. vr̄ esse casus in cōtrariuꝫ eius qđ dixi: q2 i casu nostro pena priuationis hereditatis est pena legalis: vr̄ ꝙ nō fuerit cōmissa nisi transacto toto anno[c] quātūcūꝗ̄ transiuerit tantū de anno ꝙ infra residuuꝫ qđ restabat petere tutorē vel tutelā nō potuisset: p illū tex. ꝛ p. l. insulā infra bienniū. ff. de ver. ob. lꝫ secus in cōuentionali que cōmittitur sed non potest exigi ante lapsum totuꝫ tempus: vt. d. l. cū stipulatus sim mihi a ꝓculo. ꝛ ibi plene p Bar. eo. ti. ꝛ p consequens vr̄ qđ cū nō esset adhuc priuata de iure succedendi tēpore quo mortuus est pupillus: q2 adhuc restabant quattuor dies vt mihi asseritur potuerit dicta mater p̄fato pupillo succedere ꝛ adire eius hereditatē: q2 sibi fuit delata: ꝛ sic de ipsa hereditate potuerit facere velle suū: sicut dicūt canoniste in. d. c. commissa. ꝙ ille poterit ꝓmutare illā ecclesiā qua veniebat priuandus: sed adhuc non erat priuatus ante lapsum anni. ꝛ habet̄ p Oldra. in quodā cōsi. suo ꝙ incipit. factum tale est.

¶ Breuiter ad istā oppo. que est difficilis respondetur ꝙ possumus fateri dictā matrem non fuisse priuatam iure succedēdi ante totū annū lapsum p dicta iura ꝛ ꝙ hereditas dicti pupilli fuit sibi delata ꝛ ꝙ potuit eā adire: tñ anno postea integraliter lapso priuabitur ea: q2 sua negligentia non dꝫ remanere impunita. ꝛ hoc p illud idē. c. cōmissa. in prin. qđ vult vt ecclesia illa dicatur vacare ꝛ ea priuatus esse lapso toto anno: lꝫ ante non fuerit. ꝛ eodem modo in. l. insulam. de ver. ob. licet ante lapsuꝫ termini nō dicat̄ commissa stipulatio ad totale interesse: q2 est pena lega. cōmittitur tamen lapso termino. ꝛ hoc esse verum probo expresse p. l. ij. §. cōfestim. in fi. ff. ad tertul. vbi dicitur ꝙ mater non priuatur qñ fuit preuenta mortalitate filij: q2 mortuus est filius ante lapsum anni: qui sibi dabatur ad petenduꝫ tutorem. cōstat autem ꝙ tūc dicit̄ fuisse p̄uēta qñ prius nō fuit in mora al's secus: vt habet̄ in. e. l. ij. §. sigs tñ. ff. si qs cau. Igit̄ non dicit̄ fuisse preuenta mortalitate filij: ꝛ p cōsequens a contrario sensu illi9 tex. lapso anno debet puniri ꝛ hereditate p̄uari: lꝫ ante ipsum totū lapsuꝫ non fuerit punita nec priuata. ꝛ p ista sententia facit opi. Bar. qui voluit p illū. §. cōfestim. ꝙ sit priuata statim ꝙ trāsiuit tm̄ de anno ꝙ commode potuisset petere si voluisset: ꝛ fuit negligens etiam si superat adhuc tantuꝫ ꝙ petere cōmode potuisset. lꝫ Bal. ꝛ alij dictam opi. nō teneāt per illum. §. fi. insti. ad tertullianum.

¶ Concludit̄ ergo dictā matrem ꝓpter suā negligentiā saltim lapso anno fuisse priuatā hereditate filij sui posito ꝙ ifra annū non fuisset: q2 nō potest dici fuisse p̄uēta mortalitate filij ex quo per prius frustrata fuit. ꝛ hoc p illū. §. cōfestim. in fi. a ꝯrio sensu iuncto. §. sed si forte. vbi est exp̄ssum si bene inspiciatur.

4 ¶ † Nunc est videndū ad quem fuit delata dicta hereditas an ad auiā paternā: an ad Joānē filiū Baldasaris agnatū. ꝛ vr̄ ꝙ ad Joannem: q2 dicta auia censet̄ fuisse negligens sicut ꝛ mater: q2 annus pariter cucurrit vtriꝗ̄. ar. l. si maritus p̄uenerit. ff. de adul. ꝛ ita vr̄ terminare Bart. in q̄one disputata p eū que incipit pupill'. ante fi. ibi. sed si mater ꝛ auia. cū vtriꝗ̄ imponatur necessitas ꝛc. Sed cōtrariū est verius q2 istud potuisset ꝓcedere iure veteri quo neutra poterat esse tutrix. sed ambe arctabant̄ ad petendū vnde poterant ambe esse diligentes in petendo: ergo si non petunt ambe sunt negligentes. Sed hodie cum possint esse tutrices ꝛ mater p̄fert̄ auie[d]: vt in aut. matri ꝛ auie. C. quando mulier offi. tu. fungi pōt. Et licet mater priuata sit hereditate vel propter suam negligentiam vel ex alia causa nō propterea priuata est a tutela. vt not. per Bart. post glo. in. l. ij. post prin. ff. de legi. tu. non potest imputari auie si non petijt tutorem vel tutelam sibi decerni quousꝗ̄ extitit mater que poterat tutelaꝫ assumere. Et ita determinat expresse Bal. subtiliter ꝛ notabiliter contra Bart. in. l. precibus. C. de impube. ꝛ alijs substitu. ꝛ in. l. iij. C. ad tertul. ꝛ sic dico ꝙ hereditas dicte Milianē pupille p priuationem matris deuoluta est ad dictaꝫ dominam Beatricem auiam paternam.

¶ Sup eo vero ꝙ tertio loco querit̄ de hereditate dicti Bartholomei dicendū est ꝙ illa ptinet ad filiū eius posthumum: vꝫ Bartholomeū exclusis omnibus alijs ascendentibus vt collateralibus: vt in aut. in success. C. de suis. ꝛ legi. ꝛ hoc nullum habet dubium. Laus deo.

¶ Summarium.

1 ¶ Sn̄ia lata sup reuocatiōe alicui9 ꝓcepti facti in aliqua cā non p̄iudicat quo ad ipsam causaꝫ principalem.

2 Et possessio que retinebat̄ p edificiū factū i loco cōi siue publico remoto edificio dicitur deperdita.

3 Et verba apposita i sn̄ia ꝙ vsufructuarij loci cōmunis ita vtātur vt erant soliti vti quomodo intelligant̄.

4 Itē qbus remedijs possit se tueri vna cōitas ꝯ aliā que turbat vsum ꝓdij cōmunis inter eas ꝓpter aliquod edificium.

¶ Consilium. xxx.

In christi nomine amē.

¶ Ut plene attingamus id de quo querit̄ plura per ordinē sunt vidēda. primum est vtrum cōe tetri possit intentioneꝫ suā fundare sup sn̄ia primo loco data in sui fauorē. Ad qđ breuiter ꝛ sine dubitatiōe dicendum est ꝙ nō: † q2 sn̄ia illa ꝓncipal'r fuit lata sup reuocatiōe cuiusdā l̄re seu ꝓcepti facti ꝙ q̄dam casaria q̄ tūc facta erat deberet remoueri. vn̄ i illo iudicio nō fuit deductū ꝓncipal'r ius petitorij vel possessorij vtriusꝗ̄ ptis sꝫ solū icidēter: ꝓncipal'r aūt solū fuit discussuꝫ: an illud ꝓceptū deberet reuocari vel nō. Et fuit illud iudiciū summariū q2 sine libellor litis ꝯtest. ꝛ sicut de fctō emanauerat ita petitū fuit de fctō reuocari. l. minorib9. in prin. cū ibi no. ff. de euic. sn̄ia ergo i illo iudicio lata solū fecit p̄iudiciū sup eo sup quo lata ē ꝓncipal'r. s. sup reuocatiōe ꝓcepti: non autem super his que deducta fuerunt incidenter. s. sup iure vel quasi possessione retinendi casariam quominus non obstante tali sententia possit nunc principaliter deduci in ordi. iudi. confessorie vel negatorie: vel vti possidetis. per. l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de libe. agnoscē. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. penul. de re iudica. l. a diuo pio. §. si super rebus. ꝛ qđ plene no. Barto. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio. in. iiij. colum. in distin. magna quaꝫ facit: an sententia lata super principali preiudicet in incidenti. ꝛ. l. j. C. de ordi. iudi. ꝛ quando prouo. non est necel. l. j. in vlti. colum. ver. videndum est quando de nullitate ꝛc. ꝛ per Innocen. in. c. fina. in fi. magne glo. de ordi. cog. de causa pos. ꝛ proprie. c. cuꝫ ecclesia sutrina. in vlti. colum. super verbo faciendos. facit. l. si prius. ff. de oper. no. nuntia. de aqua quoti. ꝛ esti. l. fi. ꝛ hec esse vera. illi ijdem consultores ad quorum consiliuꝫ lata fuit illa prima sententia dixerunt expresse in eorum consilio in loco per me ibi. ꝯ. signato. Unde cuꝫ eius tenor fuerit in dicta sententia insertus ꝛ ad ipsum se referat: sententia predicta pinde est ac si hoc ideꝫ fuisset per dictam sententiaꝫ declaratū vꝫ ꝙ in principali causa petitorij vel possessorij nullum faciat illa sententia preiudicium. argu. l. asse toto. ff. de here. insti. de condi. ꝛ demonstra. si ita prescripsero. ꝛ per consequens non facit. arg. ff. de lega. iij. si quis in prin.

Additio.
a ¶ Q2 erat minor. xxv. an. Uide Lud. ro. i ꝯsi. cclxxix. incip. vifis themat' narratione ꝛc.

b ¶ Susceptā. Uide bal. i ꝯsil. ccxlj. in. v. pte. ꝛ in cōsi. cccxxix. eadem parte.

c ¶ Anno. Infra q̄tū tps mr̄ teneat̄ petere tutoreꝫ filio. vide Bal. i ꝯs. xcvij. in. iij. pte. ꝛ i ꝯsi. cxlij. ꝛ in ꝯsi. ccclxxix. eadē. pte.

d ¶ Auie. Uide bal. in consi. cccxxi. i. v. pte. ꝛ in ꝯsil. ccccxxxviij. in. iiij. pte. ꝛ pungd q excludit matrē excludat auiā. vide p eū i ꝯs. cccclxvij. in. iiij. pte. ꝛ in consi. cccclxxiij. eadem parte.

quis.in prin.§.miles.⁊ qđ no.in.l.⁊ puto.fami.hercis. in parua glo. Non ergo pōt dicta cōitas tetri se fundare super dicta sententia prima tanꝙ per eam sit vel fuerit declaratum ipsam habere ius retinendi dictam casariā vel esse in quasi possessiōe dicti iuris retinendi per predicta.

2 ¶ †Scđo vidēdū est an possit intētionem suā fundare sup possessiōe vel quasi in qua erat tpe late snie p̄dicte ⁊ in qua fuerat per aliqđ tempus ante ⁊ etiā fuit per post in totū vt dicit̃ ꝑ annos nouē: vt sic per hoc probet̃ dictam cōmunitatem tetri habere ius retinendi dictam casariam in loco predicto. ⁊ ad hoc etiam rñdetur clare ꝙ non: qꝛ possessio vel quasi possessio preterita que hodie non sit non sufficit ad probationem iuris sup proprietate vel iure in re.ff.de pigno.l.⁊ quē nōdū.§.qđ dicit̃. ⁊ no.Bart.in.l.pe.ff.de cōdi.insti.⁊ Joā.an.in.c.illud.de presump.circa mediū mag.glos.⁊ in nouel.⁊ qđ no.Bar.C.de rei vendi.l.indicia.sed illa possessio fuit de preterito ⁊ nūc non est nec fuit a.xxiiij.vt dicit̃ annis citra quos dicta casaria stetit remota: ista vero que nūc est a tempore repositionis dicte casarie dicit̃ ⁊ est noua possessio de qua nunc nō querimus ⁊ est improba ⁊ clandestina que nō prodest.C.de acqui.pos.l.improba.de proba.l.ius eius.ꝙ aūt illa prima possessio fuerit perdita ꝑ remotionē casarie si ipsimet remouerūt probat̃ in.l.ꝙuis saltus. ff.de acqui.pos.vbi dicit̃ possessionē perdi per actū ꝯriū ei per quē fuit acquisita.facit.l.prout quisqꝫ.ff.de sol. de regu. iur.l. nihil tam naturale.sed acquisita fuit per actum ponendi ⁊ retinendi casariā.ergo per actū ꝯriuꝫ.s.remouēdo ⁊ destruēdo fuit perdita statim.l.iiij.§.in amittenda.ff.de acqui.pos.Si vero ꝑ aliū siue ipsoꝝ voluntatē fuit remota: tūc eoipso ꝙ potuerūt reponere ⁊ neglexerunt similiter perdiderunt ciuilē possessionem quā animo retinebant: naturalē vero statim etiā ante negligētiam.per ea que plene no.per Bar.ff.de acqui.pos.si ideo.§.si forte.⁊ per Inno.in.c.querelā.de elect.in gl.que incipit.dicūt quidā.maxime stando per decēniū: vt ibi no.per eum.cū etiaꝫ ignorans naturalē occupatam negligens per.x.annos recuperare perdat ciuilem per obliuionē.l.furtū.§.j.de vsuca.⁊ no.in l.si id qđ.in prin.ff.de acqui.pos.per gl.insti.de vsucap.§.qđ. ⁊.C.de acqui.pos.l.licet.per glo.⁊ per Inn.in.c.ij.de in integ. resti.in.j.col.ibi fateor ⁊c.Nec potest dici ꝙ retinendo dictam casariam in loco predicto tanto tempore ⁊ etiā maiori ⁊ sufficienti ad prescribendū prescripserint ius retinendi vt sic ea remota vel diruta ex iure acquisito per prescriptioneꝫ possint eā reponere cum solum sit publicum: vt patet ex vltima sententia cui partes habent necesse stare: ergo cessat talis prescriptio: vt hoc probatur.ff.de vsucap.l.fin.in princi. quinimmo si ex sola preoccupatione fuisset acquisitum ius retinendi ea remota et preoccupatione cessante ius predictum fuit extinctum non solum ipsa quasi possessio.ff.de acqui. rerum dñio.l.ꝙ in littore. ver.illud vidēdum.vel statim vt ibi vel per lapsum anni.iuxta plene no.per Barto.in.l.quominus.ff.de flumi.in.xv.q.in fi. vel per biennium.iuxta no.in fi.per eundem in.l.pretor.in fi.ff. de bo.aut.iudi.pos.sic ergo in lite presenti prefata cōitas tetri talis status ⁊ conditionis est qualis esset si dicta prima sententia lata nō esset in eius fauorē.⁊ qualis si al's in quasi possessione huius iuris.s.eam retinendi nunꝙ fuisset cū ex illis nō possit in aliquo suam intentionem fundare.

3 ¶ †Tertio loco vidēdū est his p̄suppositis vtrū cōitas se ledi possit suā intētionē fundare ꝯ dictā cōitatē tetri ex scđa ⁊ vltima snia ad prohibendū ne dictā casariā reponāt. Ad qđ est dicēdū ꝙ sic: qꝛ illa snia cōtinet̃ inter alia ꝙ homines dictarū cōitatuꝫ possint pasculare f̃m ꝙ soliti sunt ⁊c.que verba referunt̃ ad vltimā cōsue.s.q̄ fuit in tpe magis ꝓpinquo illi vltime snie. ff.de ali.⁊ ciba.leg.l.mela.§.j.C.ne de statu defun.l. si mater. in fi.⁊ arg.ff.qs or.in bo.pos.ser.l.ij.post prin.vbi īspicitur vltima opi.seu fama.sed hic vt dicit̃ ꝑ tres annos ante lataꝫ vltimā sniaꝫ fuerat remota dicta casaria.⁊ sic pascuauerāt ⁊ pascuari cōsueuerāt per dictū tp̄s triennij sine dicta casaria ⁊ sine impedimēto eius. Igit̃ eodē mō virtute dicte sententie: ⁊ ex eius verbis debent pasculare. Illud auteꝫ cōstat ꝙ illa verba soliti sunt ⁊c.verificant̃ in pasculatione facta per trienniū: imo etiā si per solum annū: lꝫ verbum consuetum pro sui verificatiōe requirat decēniū.de preben.cū de beneficio.lib.vj.⁊ pꝫ ex no.per Bart.in.d.l. mela.§.i.ff.de ali.⁊ cib.lega.⁊ in.l.j.C. qūo ⁊ qñ iudex.⁊ facit.l.iij.in fi.C.de epis.audi.

4 ¶ †Quarto loco vidēdū est vtrū dicta cōitas se ledi possit fundare suā intentionē ex alio ꝙ̄ ex verbis dicte snie supra relatis. ad qđ dicēdū est ꝙ sic ex pluribus.vnde notādū primo ꝙ ꝑ dictā sniam scđam declarat̃ solū dicti montis ⁊ pascui esse publicum.i.ꝑtinere ad illustrē dominationē Venetoruꝫ.vsum vero pasculandi ad dictas cōitates ꝓ indiuiso.⁊ sic habēt dicte cōitates hāc seruitutē vsus super ⁊ in dicto monte seu solo. si ergo altera turbat alterā in vtendo habent inter se interdictum vti posside.ff.vti pos.l.fi.Videtur autem dicta cōitas tetri turbare cōitatē se ledi in vtēdo ex quo fecit dictā casariā: qꝛ nō ꝑmittit eam vti iure suo eo modo quo vsa est ⁊ vti cōsueuit a tempore dicte snie.s.ꝑ annos.xx.qb⁹ vsa est sine īpedimento dicte casarie ex qua vt dicit̃ suus vsus multū incōmodatur ab eo ꝙ vti cōsueuit ⁊ vsus cōitatis tetri auget̃ vltra solitū.⁊ istud fieri nō debet: immo dꝫ vtraqꝫ cōitas vti eo modo quo vti consueuit ꝑ tempora preterita ⁊ nulla debet fieri nouitas.ff. de aqua plu. arcē.l.si prius.§.recte placuit.de serui.vrb.pre.l.q luminibus. dum dicit sciat se formā ⁊ statutū antiquorū seruare debere ⁊c. maxime cū illud qđ facit tēdit in preiudiciū vel proprietarij vl' alterius habētis eandē seruitutē secū.ff.de aqua quoti.⁊ esti.l. hoc iure.§.is qui.⁊ ibi est tex.optimus cū glo.super verbo corriualibus.de ser.ru.predi.l.diuus.Vel saltim qñ maius dānū infert alijs ꝙ̄ ipsa sentiat vtilitatis vt hic dicit̃ ⁊ presupponit̃ esse.ff.de riuis.l.j.in fi.⁊.l.iij.in fi.prin.⁊ ibi no.plene per glos. super verbo aduersarij in quibus est casus huius qōnis.est aūt casus in.e.l.iij.ff.de riuis.in.§.siquis nouū canale.vbi dicit̃ ꝙ si ille qui hꝫ seruitutē vult aliquid de nouo facere in loco: quod hactenus facere vel habere nō consueuit ita demum pōt si sibi prodest ⁊ alteri non nocet vel ius alterius nō incōmodat.si vero noceret tūc distinguit̃: aut infert dānū: ⁊ non pōt aut aufert vel diminuit lucrū: ⁊ tūc distinguit̃ qđ eoꝝ sit maius: vt in tex. s̄.alleg. Pōt etiā se iuuare dicta cōitas se ledi ex ti.seu edic.p̄toris ne qd in loco publico: vt pꝫ in.l.ij.in prin.⁊.§.j. Nā vt.s̄. dixi solū istius montis ⁊ pascui declaratū est per dictā vltimā sniam esse publicū ⁊ in publico patrimonio.l.sed celsus.cū ibi no.ff.de cōtrahen.empt.⁊ in loco publico nō dꝫ quis aliqd de nouo facere per qđ auferat̃ priuato vtilitas quā ex illo publico sentiebat.vt.d.l.ij.in prin.⁊.§.j.⁊ potior est cōditio prohibētis: vt ibi habet̃.⁊ ī.l.sabinus.ff.cōi diuidū. Itē sicut pro quasi possessione aliarū seruitutū habētiū cām discontinuā tuēdi ꝓdita sunt interdicta ne quis impediatur vti eodē mō quo anno presenti vel preterita estate vsus est.ff.de iti.actuqꝫ priua. ⁊ de aqua quoti.⁊ esti.per totum. Ita ⁊ pro tuēda quasi pos. huius iuris vtendi qđ dicit̃ habere cām cōtinuā: qꝛ est seruitus personalis cuius quasi possessio retinet̃ animo: lꝫ secus ī reali iuxta notata in.l.iusto.§.nō mutat.ff.de vsuca.per doc.C.de p̄scrip. lon.tempo.l.fi.debet competere interdic.vti pos.ff.de serui.ti. generali.l.penul.si seruitus vendicetur.l. sicuti.§. aristo. scilicet ne impediatur vti eo modo quo hucusqꝫ vsa est a tempore dicte vltime sententie.

¶ Quinto ⁊ vltimo querit̃ si casaria non esset reposita ⁊ sic res esset integra procederent predicta ⁊ possent illi ꝓhibere eā reponere. Sꝫ qꝛ reposita est cessat ꝓhibitio qua respicit futura opa nō preterita.ꝙ ergo remediū dabit̃ vt tollat̃.rñdeo interdictū ꝙ vi aut clā.ff.de ope.no.nun.l.j.§.j.ꝙ vi aut clā.l.i.⁊ ꝑ totuꝫ. hec igitur pars mihi verior vr̃ vt cōitas se ledi debeat obtinere aduersus cōmunitatē tetri.⁊ qđ possit eam compelli facere ad remouendum dictam casariam remedijs de quibus supra. vel etiam vtili interdicto vti pos.qꝛ non aliter potest vti iure suo prout solita est vti nisi dicta casaria remoueatur.iuxta no.in fi. per glos.⁊ docto.in.l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.possessio. Laus deo.

¶ Casus.

¶ Sup cā cuiusdā substitutionis circa quā plura mouent̃ dubia.vt.ī.pꝫ. Primū est si vxori fuerūt relicta alimēta si cū filijs testatoris morabit̃ ⁊ eandē vxorē filijs substituit pro parte: an illa succedens ex substitutione petere possit alimenta.

¶ Summarium.

1 ☞ Mulier cui legata fuerant alimenta ⁊ per mortem filiorū substituta in tertia parte vsusfructus bonorū adueniente commodo substitutionis nō pōt petere alimenta.⁊ quis si alimēta erant pinguiora ꝙ̄ vsusfructus.

2 Qui agit ad supplementum legitime ⁊ succumbit nō ꝑdit cōmodum testamenti.⁊ vtrū egerit de inofficioso. colligit̃ ex narratis in libello qui debet menti inseruire.⁊.3.

4 Et an ꝑ sniam arbitri p̄iudicet̃ cōpromittētibus in substitutione: ⁊ qualiter liberatio in cōpromisso facta restringat̃.

5 Et succedens ex pupillari nō cōputat in parteꝫ ea que habuit per sniam inter pupillos ⁊ substitutum.

6 Et venditio facta de re pupillari nō valet in preiudiciū substituti pupillariter.

¶ Consilium.xxxi.

IN christi nomine amen.

1 ¶ †Circa primuꝫ vr̃ dicendum ꝙ non ob.cōmodo substitutiōis supueniēte nō debeat ꝑdere legatū alimētoꝝ ꝙ īceperat deberi ⁊ ꝑ mortē filioꝝ cū qb⁹ debebat morari

non finitur. C. de leg. l. j. ff. de alimē. ꝛ ciba. leg. l. gayo. §. impa toꝛ. Nā superueniēs cōmodū non dꝫ nocere sed prodesse. ar. ff. de iudi. si longius. in fi. ¶ Quid enim si fructus tertie partis bonoꝝ qui veniunt ex substitutiōe nō sufficiūt ad alimēta: certe inconueniens esset ꝙ alimenta perderet: qꝛ sic efficeretur deterioꝛis cōditionis ex eo ꝙ fuit substituta ꝙ esse nō debet cuꝫ ex hoc maioꝛē affectionē testatoꝛ ad eā habuisse ostēdaꝛ. ergo dꝫ ex hoc reddi melioꝛis cōditionis nō deterioꝛis. ar. ff. de condi. ꝛ demon. l. publius. §. titia. bene facit in rōne sui. l. in libello. §. si quis seruū. ff. de capti. ver. rursus. de cōtratab. l. iij. §. emancipatus filius. ver. nō eniꝫ ꝛc. ibi. cū rescissio quomagis admittatur nō quominus ꝛc. ꝛ ꝙ ibi p Bar. de cōdi. ꝛ demō. l. falsa. §. j. ibi. nā bonoꝝ eius est auctus ꝛc. Substitutio nanqꝫ ista nō fuit facta quominus vel vt minus admittatur sed quo vel vt magis. Igitur nō dꝫ operari ꝯtrium effectū: qꝛ inducta ad augmentuꝫ non debent operari diminutionē. ff. de fun. instruc. l. si emācipa. de auro ꝛ arg. leg. l. siquis legauerit aurū. sicut ecōuerso inducta ad diminutionē nō operanꝛ. arg. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. qꝛ nō debēt aliqua operari ꝯtrū effectū eius ad qd inducta sunt[a]. de cōdi. ꝛ demon. cū tale. §. si. de solu. qui bo mineꝫ. §. si. de cōdi. indebi. cū qs. §. j. ꝛ pro ista parte ꝙ habere debeat ista vtrūqꝫ cōmodū. s. substitutiōis ꝛ legati bene facit l. si pater pro filia. ff. de colla. dotis. ꝛ qꝛ onus probandi mutatā fuisse voluntatē legandi alimēta ꝑpter cōmodū substitutionis superueniens ad illū pertinet qui fideicōmissum recusat. ff. de leg. ij. l. lucius. la prima. i fi. de leg. iij. l. fideicōmissa. §. si rē. Et qd dixi de legato alimentoꝝ idem ꝛ foꝛtius dicendum est in legato cosanoꝝ qd habuit causaꝫ instantaneā non successiuaꝫ: ꝛ sic dies eius semel cessit ꝛ incepit deberi: vnde non debet desinere propter superueniens commodum. Sed legatū alimētorum habet cām successiuam ꝛ pluries cedit dies nec inceperat deberi pro futuro tempoꝛe cuꝫ casus substitutionis euenit. si ergo substitutio non impedit quominus post eam inceperat deberi ꝛ cedere pro futuro. vt. s. probatuꝫ est. multominus impedit quominus id qd ceperat prius deberi debeatur ꝛ in sua validitate permaneant. arg. in. l. patre furioso. cuꝫ ibi no. ff. de his qui sunt sui iuris. In ꝯtrium facit: qꝛ predicta possent procedere in alio legato annuo simpliciter facto non ob certaꝫ ꝛ determinatam cām alimentoꝛum: sed in casu nostro cum alimēta soleant miserabilibus personis inter quas etiaꝫ vidue solēt cōputari. C. quādo imperatoꝛ inter pu. ꝛ vidu. in rub. ꝛ nigro. relinqui ex causa cuiusdam necessitatis victus. ꝛ hic testatoꝛ in casu moꝛtis filioꝛuꝫ prouidit vxoꝛi sue de cōmodo substitutionis ꝛ vsufructus ꝑpter qd cessare poterit dicta necessitas: qꝛ de illo se poterit alimentare. videꝛ verisimiliter presumenduꝫ ꝙ in dictū casuꝫ noluerit alimēta deberi: qꝛ cessante cā ꝛc. sicut enim si non posset stare cum filijs prouidit de speciali legato: ꝛ tunc clarū esset ꝙ legatum alimentoꝛuꝫ nō deberetur: sed solū illud de quo specialiter prouidit ꝙ loco illius surrogatur. ita ꝛ in casu nostro cum specialiter prouiderit in casuꝫ moꝛtis filiorum de vsufructu tertie partis bonoꝛū vꝫ ꝙ ille tantum debeatur ꝛ ꝙ de illo debeat se alere. arg. ad hoc. ff. de colla. do. l. j. §. pe. ibi. equus enim est ꝛc. Poꝛro hoc etiaꝫ facit. l. licet imperatoꝛ. ff. de leg. j. ver. quid enim in rōne sui. de adimē. leg. l. alumne. in prin. vbi cessat tacita repetitio qñ de alio onere specialiter fuit prouisum. Itē facit ratio ꝙ legatū alimētoꝝ factuꝫ fuit sub cōditione si steterit cū filijs testatoꝛis. ꝛ de rigoꝛe iuris cuꝫ iste sit cōditio mixta deficiens per casum moꝛtis filioꝝ deberet facere relictū deficere. l. legatū. C. de cōdi. inser. sed ꝑpter fauorem alimentoꝝ est speciale ꝙ nō deficit: vt in. l. j. C. de leg. ꝛ per Bar. in. l. illis libertis. ff. de cōdi. ꝛ demon. sustētatur ergo dictum legatuꝫ post moꝛtem filioꝛum de iure speciali. Videꝛ ergo ꝙ facilius debeat finiri quaꝫ si de iure cōi. s. ꝑpter superuenientē oꝛdinariā prouisionē substitutionis que plenioꝛ est. ar. l. si te solum. ff. de here. insti. Breuiter omnibus pensatis puto dicendum ꝙ legatum cosanoꝛum cuius dies semel cessit ꝛ deberi incepit sine dubio non tollatur propter superueniens commodum substitutionis. q̄tum vero ad legatum alimentoꝝ pro futuro tempoꝛe si quidem vsufructus dicte tertie partis bonorum obueniens ex substitutione sufficit ad alimenta ꝛ continet tantum vel plus q̄tum testatoꝛ reliquit vxoꝛi eo casu quo cum liberis stare non posset: ꝛ tunc aliud pro alimentis petere non posset sicut nec posset si filij viuerent ꝛ cum eis stare non posset ꝛ illi tantum daret q̄tum ei fuit relictuꝫ in dictuꝫ casum: ꝛ hoc per rationes. s. secundo loco factas. si vero ex dicto vsufructu non tantum perciperent q̄tum est illud quod esset habitura si filij viuerent: ꝛ cum eis stare nō posset: tunc puto per rationes primo loco factas debere sibi suppleri a substitutis: quia onus alimentandi totam hereditateꝫ concernebat. compenset ergo sibi ꝙ habet ex substitutione ꝛ residuum petat. ff. de ali. ꝛ ciba. lega. l. pe. ꝛ hoc de primo ꝺm coniecturataꝫ mentem defuncti. Nam in casu nostro cum filijs stare non potest propter eoꝝ moꝛtem: non ergo debet esse deterioꝛis conditionis quam si illi viuerent ꝛ cum illis stare non posset: qꝛ tunc aliquā causam ipsa dare posset: quare non posset cum illis moꝛari: ꝛ tamē testatoꝛ voluit eam dictas quantitates habere: foꝛtius si propter moꝛtem quo casu nullam causam probet. Melioꝛis autem conditionis hoc casu bene potest esse. s. si vsufructus dicte tertie partis plus valet q̄ q̄titates illi in dictum casum relicte: qꝛ totus erit suus: si vero non plus valet non puto ꝙ debeat esse melioꝛis conditionis vt sic habeat vtrūqꝫ cōmodū. s. substitutionis ꝛ legati per iam dicta: qꝛ testatoꝛ in dictum casum quo nō posset stare cū liberis quod multis modis potest contingere ꝓuidit de certa quantitate: ꝛ ista prouisio fuit generalis quoad casus. Postea specialiter prouidit eo casu quo propter moꝛtē filioꝛū de tertia parte vsufr. eligat ergo quē istoꝛū magis vult: qꝛ casus ille extitit. ¶ Circa scdm quesitum videnda sunt duo.

2 †Primum est vtrum dicti nepotes sint priuati cōmodo substitutionis ex eo: qꝛ dixerunt testamentum inofficiosum ꝛ contra omne debitum pietatis factū. Respondeo non: quia soluꝫ vnus ex eis scilicet ille pupillus hoc fecit iudicialiter: vñ nec sibi preiudicauit. ff. de his qui. vt indig. l. post legatum. §. etati. nec fratribus. ff. de regu. iur. l. non debet alteri. C. si in cōmuni eadēqꝫ causa. la prima. ¶ Item qꝛ tūc illud nocet cū quis in tali causa perseuerat vsqꝫ ad sententiā ꝛ succumbit. ff. de inof. testa. l. papi. §. meminisse. Hic v̄o nō fuit lata sententia per iudicem: sed factū fuit cōpromissuꝫ nec in arbitratu succubuerūt sed obtinuerūt cū multa fuerint eis adiudicata que per patreꝫ non fuerūt relicta ꝛ sic apparet ꝙ potius pater peccauit non relinquendo eis q̄tū debuit q̄ ipsi in cōquerēdo de iniustitia patris. Preterea cū plura fuissent eis relicta iure institutionis nō poterat eis competere q̄rela: sed ius agendi ad supplementuꝫ. C. de inoffi. testa. l. omnimodo. ꝛ illud censenꝛ intentasse inspecto tenoꝛe libelli in quo de tali relicto facta est mentio. argu. l. gallus. §. j. ff. de libe. ꝛ posthu. cū his q̄ ibi no. per Barto. in fi.

3 †verba enim libelli debent adaptari menti. arg. c. intelligentia. de verbo. signi. licet impropꝛienꝛ. l. sed ꝛ si possessoꝛi. §. j. ff. de iureiuran. ꝛ mens colligitur ex materia in libello deducta. d. l. gallus. §. j. ꝛ qd no. Innocen. in. c. examinata. de iudi. Sed non reperio iure cautū ꝙ q agit ad supplementuꝫ ꝛ succumbit perdat cōmodū ex testamento: non enim impugnat testamentum nec tendit ad illius annullationem: eo modo quo in q̄rela vel in contratab. vel in cā fal. sed agiꝛ ꝛ contendiꝛ de iure calculi. ff. ad. l. fal. l. in ratione. §. si filio. ꝛ. §. q̄sitam. Sed in casu nostro plus est: qꝛ non succubuerūt sed obtinuerunt. Preterea hanc exceptionem vel obiectionem solus fiscus obijcere posset cum fisco applicentur que a talibus auferūtur qui impugnant ꝛ succumbūt: vt. d. §. meminisse. iuncta. l. his consequenter. in prin. cū ibi no. per glo. ff. fami. hercis.

4 ¶ †Scdo videndū est vtrū saltim per verba laudi generalia ꝑ que dicte partes fuerūt absolute ab omni eo ꝙ vna pars ab altera petere posset ꝛc. vt. s. in themate ꝯtinetur. fuerit eis factū preiudicium in commodo dicte substitutionis. ꝛ hic habeꝛ. dicēdum est similiter ꝙ non: qꝛ cū dicti pupilli decesserint in pupillari etate ꝑfata substitutio cōpendiosa facta ꝑ verbū commune fuit pupillaris[b]: licet mater esset in medio ꝺm communē opi. modernoꝛum doctoꝛum per. l. precibus. C. de impu. ꝛ alijs substi. ꝛ per. c. si pater. de testa. lib. vj. quicquid dixerit Barto. in. l. cēturio. ff. de vulga. ꝛ pupilla. in. iij. q. prin. Postq̄ ergo possunt dicti nepotes succedere ex pupillari non pōt dici ꝙ ꝑ talia verba generalia laudi etiam ratificata per partes fuerit dictis nepotibus factum preiudiciū in dicta substitutione per quā succediꝛ directo: qꝛ esset pactū sup futura successione remittēda ꝙ non vꝫ. C. de colla. l. pactū. ꝛ ita determinat exꝑsse bar. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. in. vij. q. prin. qui dicit etiam ꝙ glo. in. l. j. C. de pac. hoc sentit. Nec ob. si dicatur ista substitutio non pōt dici directa pupillaris cum non fuerit facta in omnibus bonis pupilloꝝ filioꝛū vel simpliciter: sed in bonis testatoꝛis tātū: qꝛ dico ꝙ cū testatoꝛ omnia bona sua diuiserit ꝑ quotas. s. tres tertias ꝑfata verba cōia impoꝛtāt substitutionē directam pupillarē. ꝑ ea q̄ no. in fi. ꝑ gl. ꝛ doc. i. l. his verbis. in prin. de here. isti. Et hoc voluit Bar. in. l. cēturio. in iij. q. prin. de cōpēdiosa facta ꝑ verbū cōe. ver. vlterius quero quid si hec substitutio per verbū cōe fiat in certa poꝛtione ꝛc. si bñ inspiciaꝛ: non enim bꝫ vitiare substitutionē pupillarē ꝙ de bonis tm̄ testatoꝛis facta fuerit mētio. l. q ita. §. si filio. ff. de secū. tab. ibi no. ꝛ. l. j. de vul. ꝛ pup. ꝛ ibi ꝑ doc. ¶ Preterea etiaꝫ si esset fideicōmissa. substitutio adhuc idē. Primo qꝛ nō appet ꝙ dicti nepotes habuerint sciētiam de tali substōne: lꝫ enim arbitri attestenꝛ se vidisse testm̄ non sic ipsi cum ratificāt. igiꝛ ꝛc. ff. de transac.

a ¶ Sunt. Ad a de idē p. d. bart. soꝛi. in ꝯsi. clvj. versi. ꝙ aūt non fuerit. in. ij. pte.

b ¶ Pupillaris. Vide. d. alexā. de imo. i ꝯsi. xvij. ꝑ totū. i. iij. parte. vbi late ꝛ notabiliter. ꝛ in ꝯsi. xij. i. vj. col. ea. parte.

ff.de transac.l.de his.nec presumuntur habuisse cū non fuerint instituti heredes vniuersales: ⁊ posito ꝙ fuissent essent sui in quibus scientia testamēti nō p̄sumit̃.iuxta no.p Bar.in.d.§.duo fratres. Secundo q2 liberatio ista nō fuit reciproca: licet enim filij testatoris liberentur per verba laudi ab his que possent petere dicti nepotes ab eis de bonis hereditarijs per illa verba. ⁊ ab omnibus ⁊ singulis que ipsi Joannes ⁊c. nō sic ecōtra dicti nepotes liberant̃ ab his que dicti filij possent occasione bonorū hereditariorum petere ab eis: vt p3 ex tenore dicti laudi si bene inspiciatur. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ dicta liberatio intelligitur ⁊ restringitur solum ad ea que dicti nepotes tunc temporis petere poterāt de bonis dicte hereditatis: nō aūt extendit̃ ad ea que in futurum possent vel sperabāt posse petere ratione dicte substitutionis facte si decesserint sine liberis: q2 cum dicta substitutio fuerit reciproce facta: q2 nepotes filijs ⁊ econuerso fuerūt inuicem substituti sub dicta cōditione: vt p3 ex tenore dicti testamenti si non fuit remissa ex vna parte non censetur per dicta generalia verba remissa ex altera: ita voluit exp̄sse Bar. in.d.§.duo fratres.in fi.ij.q.prin. dū cōcludit eliciendo casus indubitabiles in quibus per generalia verba nō intelligitur remissum ius fideicommissum futuri. ⁊ iste est tertius casus.s. qñ substitutio nō fuit reciproca. Certe idem esse debet qñ fuit reciproca: tñ non fit remissio nisi ab vna parte: q2 eadem est ratio si bene inspiciatur. ¶ Nec ob. si dicatur ꝙ immo hincinde fuit facta remissio per verba precedentia illum versi. ⁊ ab omnib9 ⁊c. vbi absoluitur vtraq3 pars ab omni eo ꝙ ab altera posset petere ⁊c. q2 cum ibi non sit facta mētio de causa testamenti ⁊ de bonis hereditarijs ad illa nō extenduntur dicta generalia verba. vt no.per gl.in.l.tres fratres.ff.de pac. ⁊ per Bar.in.d.§.duo fratres.in.ij.q.prin.ver. Preterea clausula generalis non refertur ad ea que dependent ex testamento ⁊c. ⁊ sic verba illa intelligūtur de his que altera pars ab altera posset petere ex alia causa q̄ ex testameto: quod etiam patet: q2 si intellexissent etiā ex causa testamenti superflua fuissent verba sequentia. Et ab omnibus ⁊ singulis ⁊c. suffecissent enim prima. concludo ergo vt.s. Et hoc de secundo.

5 ¶ † Super tertio quesito nō expedit insistere presupponendo ꝙ dicti nepotes venire possint ex substitutione pupillari: q2 in illa veniunt omnia bona impuberum etiā aliunde quesita q̄ a patre.l.sed si plures.§.ad substitutos.ff.de vulga. ⁊ pup. vnde cum nō restringatur ad tertiā bonorū defuncti nō est querendum an in tertia que eis debetur debeant cōputare id quod habuerunt per sententiam arbitralem vltra legitimā. Sed certe etiā si venirent ex fideicommissaria nō deberent imputare in dictā tertiam: q2 illud non habuerunt ex causa fideicōmis. sed ex sententia arbitrali ⁊ ex transactione. ergo ⁊c. arg.ff.ad trebel.l.debitor.§.fi.fami.hercis.l.iiij.in prin. ¶ Et habuerunt tanq̄ debitum exnunc etiam viuentibus filijs testatoris: ⁊ per consequens tanq̄ in illo non tenuerit fideicommissum.l.coheredi.§.cum filie.ver.nec fideicommisso.ff.de vulga. ⁊ pupil. Perinde ergo est ac si substitutio ⁊ fideicommissum facta ⁊ factum esset in certis bonis deductis istis adiudicatis tanq̄ debitis istis nepotibus. arg. eius quod in simili habetur.ff.ad trebel.l.mulier.§.cum proponeretur.ibi. ac si quod superfuisset ⁊c. ⁊.l.a filia.in prin.eo.tit. Debetur ergo eis tertia pars integra omniū aliorum nulla facta computatione de habitis ex laudo tanq̄ habitis ⁊ debitis ex alia causa etiam filijs viuētibus ⁊ tanq̄ in hoc fideicommisso non inclusis: q2 in eo in quo testator fideicōmisso tenetur non tenet fideicōmissum.l.si creditori.ff.de le.j. sed in residuo bonorum. Et hec de tertio.

6 ¶ † Super quarto quesito dico ꝙ si potest ostendi ꝙ dicta prima venditio facta p testatorē de qua primo loco fit mētio in pūcto fuerit simulata pinde est ac si facta nō fuisset.ff.de cōtrahē. emp.l.nuda. ⁊.l.imaginaria.de reg.iur. ideo cum remanserit in bonis testatoris venit in substitutione sicut ⁊ cetera bona eius: etiam si dicatur fuisse substitutio fideicommissaria. Potest autem probari simulatio[a] si venditor semp remansit in possessione post venditionem.l.sicut.§.supuacuum.ff. quibus mo.pig. vel hypo.sol. ⁊ qd no. Bar.in.l.post contractum.ff.de dona. ⁊ satis est verisimile ex his que narrantur fuisse facta. S3 si dicimus istos nepotes venire ex pupillari qd verius vr̃: p ea que supradicta sunt: tūc etiam si fuit vera vēditio ⁊ nō simulata venit in dicta substitutione: vt in.d.l.sed si plures.§.ad substitutos. ff.de vulg. ⁊ pup. ⁊ pater nil potuisset tūc disponere sup re illorum duorum filiorum si venditio simulata non fuisset in preiudicium eorum.C.de bo. mater.l.ij.

¶ Ad vltimum dico nepotes incidere in penam cōpromissi si veniunt cōtra laudū nisi dixerint ipsum iniquū ⁊ petierint ipsum reduci ad arbitriū boniviri ⁊ obtinuerint. iuxta no.p bar. post Dy.in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de ver.ob. ⁊ de condi.inde.l.iul.verum debitorem. Laus deo.

¶ Super causa successionis filiorum fiende p matrem non obstante statuto cum quibusdam dubijs.j.contentis et tactis in consilio infrascripto.

¶ Summarium.

1 ☞ Statutum excludēs matrem a bonis filiorum non extenditur ad psonas non subditas. ⁊. 2.
3 Qui cōstituit pcuratorem nō pōt remouere ppter infamiam.
4 In generali mandato non venit remissio debiti liquidi nec donatio: ⁊ dñs habet regressum cōtra procuratorem colludentem cum aduersario.

¶ Consilium.xxxij.

In christi nomine amen.

¶ Nunc est videndum de substitutione facta Jacopine licet in puncto de ea non queritur. s. que vel qualis fuerit: et quid in ea veniat. Et certe illa non potest dici fuisse pupillaris postquam ipsa decessit maior facta. ff. de vulga. et pupil. l. verbis ciuilibus. et l. in pupillari. Sed est videndum vtrum sit vel valeat tanquam fideicommissa. et videtur quod non quia restricta fuit ad tempus pupillaris etatis: quia dixit si ambo decesserint in pupillari etate et sine filijs quod bona vendantur et dispensentur in constructione monasterij etc. Cum ergo copulatiue fuerit locutus dicendo in pupillari etate et sine filijs etc. Et copulatio facta fuerit respectiue ad aliud videtur requiri concursus vtriusque copulati. l. si heredi plures. ff. de condi. insti. Sed hic deficit alterum quia non decessit in pupil. eta. sed post. et constat quod substitutio restricta ad vnum tempus vel casum non ad aliud tempus vel casum porrigitur. ff. de vulga. et pupil. l. si ita quis. et l. si mater. et ibi no. per Barto.

¶ Sed in contrarium facit et est verius quia copula illa si sumatur proprie secundum extremum copulatum superfluo censebitur appositum. Si enim noluit substituere nisi ex casu quo decederet in pupillari etate et non post ad quod superfluo subiungit et sine liberis cum semper et indistincte qui decedit in pupillari secundum communem cursum nature decedat sine liberis sufficiebat ergo dicere primum. s. in pupillari etate. Sed verba cum aliter fieri potest nunquam sic sunt exaudienda vt frustra vel superfluo fuerint vel censeantur apposita si aliquis alius sanus intellectus dari potest eis. ff. ad munici. l. j. in fi. de iureiuran. l. iij. §. non frustra. de lega. j. si quando. cum simi. Potest autem sanior intellectus dari vt propter illa verba et sine liberis censeatur voluisse substituere etiam in tempore quo liberos habere potest. s. post. pupil. eta. ff. qui petant tuto. l. credendum. §. si vero maritus. cum ibi not. et quod no. per glo. in. l. precibus. C. de ipu. et alijs substi. vt sic illa copula et ponatur pro disiuncta. s. vel sicut econuerso contingit interdum quod disiuncta ponitur pro coniuncta pro saluanda mente defuncti. C. de insti. et subst. l. generaliter. ff. de heredi. institue. l. lucius. la. ij. de reb. du. si is qui. cc. §. sed si pa-

a ter. nec est nouum vt vna dictio ponatur pro altera[a] cum expedit. ff. de condi. et demon. l. eas causas. cum ibi no. vel si volumus quod stet proprie de vna oratione faciamus duas: et vbi copulantur sub vno verbo subaudiatur aliud hoc modo: videlicet si decesserint in pu. eta. et si decesserint sine liberis vendantur bona etc. Si enim sic fuisset locutus testator non esset dubium quod ista substitutio locum nunc haberet. Idem ergo dz esse in casu nostro: quia celeritate verborum loco plurium verborum posuit vnum: et de duabus orationibus fecit vnam. arg. l. iij. §. fi. ff. de dona. inter virum. et sic de vna potest fieri resolutio in plures. l. falsa. §. fi. de condi. et demon. Nam de imperitia istius notarij manifeste patet ex tenore testamenti: quia inepte loquitur per verba incongrua. si ergo etiam in parte ista verba protulit modo predicto potius est ascribendum sue imperitie que non debet officere volumtati. C. de testa. l. errore. potissime cum de ipsius imperitia loquendi appareat quod testator ita voluerit prout verba sonant cum talis intellectus esset absonus. vt. s. probatum est. ¶ Concluditur ergo quod locus est fideicom. substitutioni de pia causa in casu nostro: quia casus euenit cum decesserint ambo sine liberis. s. masculis quia secundum naturam habere non potuit in etate pupillari et femina que et si habere potuit casualiter tamen accidit quod non habuit: et sic in vtroque verba testatoris verificantur. C. de here. insti. l. ij.

2 ¶ † Nunc ergo est videndum quid veniat in fideicommisso. Et breuiter de duabus partibus de tribus omnium bonorum non est dubium quod ille veniunt: quia cum fideicommissum sit ad piam causam cessat tre-

b bellianica sicut et falcidia secundum opi. Bar.[b] quam pluries fui secutus in. l. marcellus. ff. ad trebel. licet glo. dicat aliter in. c. si pater. de test. li. vi. sed postea in nouella loquitur aliter. ¶ De tertia parte hereditatis que erat legitima dicti filij est magis dubium. Et certe si hoc fideicommissum fuisset relictum a dicto Antonio clarum esset quod in eo legitima non veniret: quia in illa non potuisset per fideicommissum grauari: sicut nec in bonis proprijs. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. et pupil. ver. nec in fideicommisso. et l. quoniam in prioribus. de inoffi. testa. et no. eo. ti. l. ex tribus. per Cy. Sed fideicommissum fuit relictum a substituto impuberis: videlicet a dicta Jacopina que cum ex substitutione pupillari consequatur dictam legitimam: et sic a patre quam potuisset alium substituere: potuit etiam a patre per fideicommissum grauari tam in ea quam in alijs quibuscunque bonis impuberis que aliunde quam a patre habuisset: quia licet hoc sit verum in ipso filio ipubere quod aliunde habuit quam a patre: ipse tamen substitutus pupillaris censetur habuisse a patre quia ex dispositione patris. s. substitutione predicta: sicut ergo venientes ab intest. ipuberis si pater non substituisset pupillariter potuissent a patre grauari in bonis quibuscunque ipuberis: et sic etiam in legitima decedente pupillo in pu. eta. quia censetur habere ex tacita voluntate patris: qui potuit eis auferre alium pupillariter substituendo et non abstulit. l. si fundum per fideicommissum. §. fi. cum. l. se. ff. de leg. j. et quod ibi per Dy. et per Cy. in. d. l. ex tribus. et Bar. in. d. §. cum filie. iuncta. l. si quis cum nullum. de iure codi. ita et fortius substitutus pupillaris quam habet ex expressa dispositione patris. per no. in dictis locis. Et sic concludo quod etiam dicta tertia que debebatur filio pro legitima venit in hoc generali fideicommisso quod cum fuerit relictum post mortem amborum censetur relictum ab vltimo moriente. ff. de vsufru. leg. l. codicillis. circa prin. et ibi no. per Barto. et sic a substituta pupillariter que potuit grauari in legitima filij: et in alijs quibuscunque bonis eius: licet ipse filius non potuisset per iam dicta et ve

a ¶ Altera. Ad de idem per d. bart. sozi. i consi. cxlvi. incipi. viso. ponit. secundum quod si verum. circa me. i. j. parte.

b ¶ Opi. Bar. Et ista est opin. communior pro qua vide. d. Alexa. de imo. in consi. xij. i iij. parte. in vlti. colum. et do. Pet. phi. cor. in consil. cclix. ici. dicta. in littera. m. in. iiij. parte. et in consil. xciij. incipi. licet in littera. C. et in consil. clxviij. incipi. in hac. in littera. J. in iij. parte.

niet integraliter sine detractione trebellianice. sicut. s. dixi de alijs duabus tertijs. ¶ Ceterum de alia legitima detrahenda de hac tertia non est tractandum: quia sorori in bonis fratris non debetur legitima nisi turpi persona herede instituta[a] qd hic non est. C. de inoffi. test. fratris. z. l. fratres. Et sic oia bona testatoris que fuerunt apud Antonium filium sine aliqua diminutione debent in piam causam conuerti. Nec maritus pōt de illis aliquid lucrari ex forma statuti: qz illud statutū loquitur z debet intelligi de illis bonis que simpliciter potuissent in dotem dari: sed ista nō sic cum subiacerent fideicōmisso sub cōditione. l. fi. C. cōmunia de leg. vnde transiuerunt ad maritum cum sua causa: vt sic resoluto iure datoris resolueretur ius acceptoris. ff. de pigno. l. lex vectigali. de lega. ij. l. peto. §. predium. de iure fisci. statius. §. cornelio. extra de donatio. inter virum. c. nuper. ¶ † Quatenus vero dicte domine fuit relictum a patre suo pro dote: videlicet mille quingēte libre videtur dicendum q dictus maritus debeat illas integras habere quia illas potuit simpliciter in dotē dare nec enim in hoc fideicōmisso vniuersali veniunt quia nec specialiter in eis videt̄ potuisse grauari eo quia succedunt loco legitime. iuxta no. p Cy. in l. scimus. C. de nup. z filia in sua legitima non pōt grauari per fideicommissum. d. l. quoniam. C. de inoffic. testa. nec in dote quatenus cōcurrit cum legitima. iuxta no. per bar. post Mar. fili. in l. fi. §. filie. ff. de lega. ij. z. l. lucius. §. maritus. ad trebel. z Cy. in l. j. §. videamus. C. de rei vxo. actio. z Bal. in l. quoniā nouel. C. de inoffi. test. z Jo. an. in addi. Spec. ti. de senten. §. vt autē. in addi. que incip. sed incidit alia questio zc. Et sic dimidiā dicte dotis habebit vt maritus z tanq̄ lucrum ex forma statuti. Alteram vero dimidiā tanq̄ heres vxoris. Sed hic incidit dubiū qualiter possit hoc procedere cū dictū relic. vt dicit̄ nūq̄ fuerit a fratre consecutum z sic videtur q iure cōfusionis fuerit extinctū cū ipsa fuerit heres fratris sui qui erat ad illud debitor. C. de pac. l. debitori. Sed respōdetur verū esse q extinguit̄ q̄tum ad effectum agendi quia cōtra seipsam agere nō poterat sz nō q̄tum ad effectum retinēdi aduersus fideicōmissum vniuersale. ff. ad trebel. l. debitor. C. ad. l. fal. l. in imponēde. z. l. irritam. itē posset opponi q non indistincte sit verū qd. s. dixi de relicto pro dote sed ita demum si non excedat legitimā als quatenus excedit potest in illo grauari. vt no. p doc. in iuribus. s. pxi. allega. Sed rūdeo illud verū de iure cōmuni. Sz quia ex forma statutoz femine cōmuniter excludunt̄ a succedēdo extantibus masculis debet tamen dotari puto q tota dos que eis dat̄ vel relinquit̄ loco legitime habeat̄ cū illius contemplatione excluditur. Ideo videtur velle statutū q illa sit sua portio. arg. l. q volebat. ff. de here. insti. ideo in ea z in nulla parte eius pōt grauari tanq̄ ipsam habeat ex dispositione statuti. ar. ff. de adop. l. si arrogator. §. sed an impuberi. in fi. Laus deo.

a ¶ Instituta. Adde Bal. i cō si. clxx. in. v. pte.

Additio. b ¶ Tāq̄ de feudo nouo. Uide Phil. deci. i cōsi. clxxxv. incip. in cā istoz. in pmo volu. in pen. col. ver. nō omitto. vbi q licz feudū sit nouū: si tū ɔcedat̄ tāq̄ antiquū z auitū sortit̄ naturā antiq feudi. vt no. bal. i. c. j. §. hoc qz. i C. de succes. feu.

¶ Summarium.

1 ¶ Si duo fratres diuidant feudum paternum an efficiatur ex diuisione feudum nouum: et qualiter succedatur paterno: et qualiter in nouo.

2 Delictum vasalli an preiudicet descendētibus. z quid si agnati proximiores permiserūt feudum prescribi an alij ordine successiuo possint petere feudum.

3 Pater an possit preiudicare filijs z descen. in feudo renuntiando expresse vel tacite. z quid de agnatis transuersalibus qui in hoc dicuntur melioris conditionis. z. 4.

¶ Consilium. xliiij.

In christi nomine amē.

¶ Circa presentē casum notandū est † q si Singofredus z Henricus filij dñi Gualdinelli primi inuestiti qui diuiserūt inter se feudum in duas dimidias z renūtiauerūt in manibus dñi epi vt dicit̄ z fecerūt se de nouo iuestiri quilibet de vna dimidia renūtiassent h̄ acto q inuestirētur tanq̄ de feudo nouo[b] z ita fuisset factū tūc q de vno feudo veteri facta fuissent duo feuda noua z quodlibet ipsoruz habuisset principiū in persona sui inuestiti. arg. ff. de leg. j. l. plane. la prima. in. §. fi. cum cōcor. Et ideo ad partem Singofredi nullo modo potuisset vel posset vocari Hēricus vel aliq descēdentes ab eo etiam in defectum masculorū descēdentium ex dicto Singofredo: sed aut vocarent̄ femine si extarēt prout extat in casu presenti dicta Maria ſm tenorem inuestiture facte dicto Singofredo vel deficiētibus tam masculis q̄ feminis reuerteretur ad dñz. vt in ti. de gradi. succes. in feu. c. j. ver. qd ita est intelligendum zc. in vsibus feu. iuncto. c. j. in fi. in tit. de eo qui finem fecit agna. de feu. pater. ibi. vel nisi ad hoc refutauerit zc. Et tunc esset clarum q istud feudum de quo agitur pertineret ad dñam Mariam filiam Thomasij: non autē ad Mattheū Jacobū z Joannē agnatos. Si vero fuerunt inuestiti tā

c ¶ Illius. Uide Bal. in cōsi. xcvij. in. iij. pte.

Additio. d ¶ Propt̄ delictū. An pter delictum dñi vasallus priuet̄ feudo. vide Hypp. marsil. sing. cxxij. inci. vasallus pdit feudum.

q de feudo veteri quod esse potuit licet fuerit inter eos facta diuisio id est cum conditionibus z qualitatibus prime inuestiture facte in personam Gualdinelli: videlicet q deficiētibus masculis ex eo descendentibus venirent femine tunc talis diuisio operaret̄ hoc: videlicet q in parte obueniente Singofredo masculi descendētes ex eo preferrent̄ masculis descendentibus ex Henrico: qd nō esset si diuisio facta nō fuisset: sed non operaret̄ dicta diuisio quominus deficientibus ex Singofredo vocarentur masculi descendētes ex Henrico etiā anteq̄ femine descendentes ex Singofredo attento tenore inuestiture facte Gualdinello primo inuestito a quo oēs descēderūt: vt hec habent̄ et colligunt̄ ex. c. vnico. versi. dūmodo scias. in titu. de natu. suc. feu. z in fi. d. c. iuncto etiā. c. j. de eo qui sibi z heredib[9] suis masculis z feminis. ver. non em̄ patet zc. in vsi. feu. ¶ In dubio autē postq̄ constat saltim p confessionē partiū de iuestitura antiqua dñi Gualdinelli presumunt̄ sequentes facte in psonis descēdētiū ex eo facte tanq̄ de feudo veteri z antiquo: z ſm cōditiones z pacta contenta in inuestitura illius.[c] primo per text. in. d. c. j. de eo qui finem fecit agna. in fi. qui innuit q ad hoc vt dicat̄ nouū requirit̄ q expresse dicat̄ q fiat renuntiatio vt tanq̄ de nouo inuestiat̄. Itē satis innuit̄ in. c. j. de fra. de nouo feu. inuesti. z in. c. j. de duo. fra. a capi. inuesti. in quib[9] notanter dicit̄ de nouo nō de paterno zc. Et sic innunt q qñ duo fratres inuestiunt̄ de beneficio qd fuit paternū censent̄ inuestiti tanq̄ de paterno nō tanq̄ de nouo. pro hoc etiā ratio: qz sequēs dispositio censet̄ in dubio facta ſm tenorē z naturā precedētis facte super eo. argu. ff. de vsu. l. si stipulatus. z. l. j. §. bellissime. vt le. no. caue. z. l. eū qui. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. qz ſm subiectā materiam verba sunt intelligēda. l. si vno. in prin. ff. loca. z. l. sed z si possessori. §. sed si rerum. de iureiu. Si vero non constaret de veteri inuestitura z esset contentio cui incūberet onus probandi an esset nouū vel antiquū: tunc esset dicendum q incūberet agenti. vt in. c. j. §. fi. de gradi. succes. feu. z ibi no. z. l. ei qui. ff. de probatio. cum simi.

2 ¶ † Nunc ergo est videndum posito q ita sit hoc scdo casu z q isti agnati filij Henrici deberēt preferri dicte filie Marie nepti Singofredi: vtrū ceciderint a iure ipsorū pter delictū[d] Singofredi: qz rupit confinia propter qd fuerunt bona confiscata. Respondeo non sed potius roboratū fuit: quia cū dictum delictū non concerneret personā domini feudi vel ecclesiam a qua tenebat in feudum: sed cōcernebat dominū terre prefatum feudum facta cōfiscatione generali omniū bonorū fuit statū apertum agnatis exclusis. s. descēdentibus dicti Singofredi nō autē transiuit in fiscum licet de facto p camerā fiscalē fuerit occupatū. vt in. c. si vasallus culpam. si de feudo fuerit controuer. z in. c. j. si vas. feu. priue. cui defer. z que fuerit prima cau. benefi. amit. c. j. §. deniqz. z no. Bar. in. l. si finita. §. si de vecti. de dā. infec. facit qd no. Bar. in. l. eum qui. de interdi. z rele. Sed ex alio sibi videntur preiudicasse dicti agnati: videlicet quia cuz feudum esset eis apertum z possent ipsum repetere a camera fiscali tanq̄ de facto detentum per ea que dicta sunt. s. z tacuerūt p annos. xl. vel circa amiserunt ius suum prescrip. C. de prescrip. xxx. an. l. sicut. z. l. oēs. z. l. j. de anna. excep. z ar. c. si quis per. xxx. an. si de feu. fue. controuer. Et videtur esse quasi casus de hoc in. l. fi. C. de fundis patrimo. li. xj. que incipit iubemus. Et sic videtur fuisse acquisitum camere si illa tenuit tanq̄ feudum z recognouit dominū. vt in. d. c. si quis per. xxx. ānos. Et si dicatur camera fuit in mala fide quia sciebat vl' scire debebat non ptinere ad se sed ad agnatos: z sic nō potuit prescribere. de reg. iur. l. possessor. Respondetur q immo credebat ad se pertinere ex confiscatione. z licet iste fuerit error iuris qui non pdest ad vsucapionem triennij vel ad prescriptiones longi temporis que currunt cum titulo. l. nunq̄. ff. de vsucap. bene tamen prodest ad prescriptionem longissimi temporis que currit sine titulo prout sentit glo. in. c. de quarta. de prescript. z ita debet intelligi et limitari quod not. Barto. in. l. cellsus. ff. de vsucap. in pe. col. ibi dum dicit. dic ergo q bona fides presumitur si precedat titulus ver[9] vel putatiu[9] etiā errore iniusto zc. z Cy. in. l. venditioni. C. de vsucapi. pro empto. de prescript. xxx. anno. l. si quis emptionis. §. j. in. j. oppo. z. l. j. C. de ser. z aqua. in. iiij. oppo. et quod not. in. c. cum persone. de priuileg. lib. vj. in nouel. facit. l. igitur. ff. de lib. causa. z. l. sed z si lege. §. scire. de petitio. hereditatis. Potest etiam dici q preiudicauerint sibi dicti agnati conducendo dictum feuduz a camera propter quod videtur renuntiasse omni iuri suo vtilis dñij z ipsum in cameram transtulisse. per. l. qd meo. in princi. z. l. si aliquam rem. cū ibi plene no. ff. de acq. pos. vel si dicam[9] q illud ius nō potuerit in aliū trāsferre sine licētia dñi feudi saltim ad dñz feudi reuersum fuit. arg. insti. de vsufru. §. finit. Et sic quodcūqz istorū teneam[9] cū postea dux Mediolani q successit dño Ueronēsi z p cōsequens

cõseq̃ns in iure camere cõsenserit ꝙ dominus eps̃ Vincẽtinus inuestiret Thomasiũ descendentẽ ex Singofredo censeť in ei9 ꝑsonã feudũ nouũ fuisse in quo non dʒ haberi aliquis respect9 ad iuestiturã primo loco factã in ꝑsonã dñi Gualdinelli: quia ius cõpetens ex illa inuestitura descẽdẽtibus ex dicto domino Gualdinello fuit extinctũ scilicet pro dimidia q̃ obuenit Singofredo ꝓpter sui delictũ ⁊ apertũ fuit Henrico fratri ⁊ descẽdẽtibus eius ⁊ postea ius dicti Henrici ⁊ suoꝝ descendentiũ in eadẽ dimidia eis delata similiter fuit extinctũ prescrip. vel tacita renũtiatione. Si ergo illi q neglexerunt petere tãto tpe a camera ⁊ q cõduxerũt a camera p̃cedebãt alios agnatos ĩ gradu ⁊ sic ius dicte dimidie ad eos spectabat. Et isti agnati q nõ petũt. s. Mattheus Jacobus ⁊ Joãnes descenderũt ab illis clarũ videť ꝙ ex persona illorũ qui iam iure suo ciciderãt venire non possunt, iuxta no. ꝑ Bar. in fi. in. l. qui superstitis. ff. de acquir. here. Sed ex propria persona venire possunt. ꝑ no. ibidem per

3 Bar. ⁊ ꝑ. c. j. §. j. de succes. feu. ⁊. c. j. de alie. feu. pater. † vbi va-

a sallus nõ põt renũtiare feudo[a] ⁊ facere inuestiri filiã in preiudicium agnatorum illis nõ cõsentientibus. si ergo nõ preiudicat eis expressa renũtiatio similiter nõ dʒ ꝑiudicare taci. resultans ex prescriptione vel negligentia seu ex conductione facta a camera. Sed in contrariũ videť quia quicquid sit de agnatis ex transuerso venientibus vt vasallus non possit eis preiudicare nec delinquendo nisi cũ delinquunt in dñm. vt in. c. si vasallus culpaʒ. ⁊ si de feu. fue. cõtrouer. ⁊ in. c. si vasallus feu. priue. nec renũtiãdo feu. expresse vel tacite. vt in. d. c. j. de alie. feu. pater. ⁊ de succes. feu. c. j. §. j. suis tñ descendentibus potest preiudicare delinquẽdo ⁊ sic in hoc sunt deterioris conditionis q̃ transuersales. vt est casus in capitulis. s̃. allega. s. si vasallus culpã. si de feu. fue. controuer. ⁊ si vasal. feu. priue. cui de. c. j. ¶ Et eodẽ modo videtur ꝙ possit preiudicare renuntiãdo tacite vel expresse. per id qð no. Archi. in fi. in. c. j. de iurepatro. lib. vi. in iurepatrotus eccl'ie ꝙ deuoluiť ad descendentes ⁊ agnatos qua-

4 si ꝑ eundẽ modũ sicut feudũ. † Nam tenet ibi Archi. lʒ quidaʒ tenuerint cõtrariũ ꝙ patronus possit in preiudiciũ filioꝝ suoꝝ ⁊ ab eo descẽdentiũ renuntiare iuripatronatus ⁊ priuat filios eius vt etiam ex propria persona venire nõ possint nec tanq̃ filij. ꝑ. c. significauit. de testi. in fi. Eodẽ modo videtur dicenduʒ in feudo tam in tacita renũtiatione q̃ expressa vt facta a patre preiudicet filijs ⁊ descẽdẽtibus: quia transire solet ad filios vt filios sicut illud iuspatronatus. Unde videť dicendum cõclusiue ꝙ dicti Mattheus Jacobus ⁊ Joannes descenderunt ab illis exclusis per prescriptionẽ ⁊ renũtiationẽ nõ possint nec ex persona parentum nec propria venire contra istam Mariam quia quo ad eos censetur fuisse feudũ nouuʒ in persona patris dicte Marie ⁊ per consequens deficientibus masculis venit dicta femina ꝫm tenorẽ seu iuestiture. Et si dicta femina nõ esset potius deuolutereť ad episcopum dñm feudi q̃ ad dictos agnatos. Sed si dicti agnati non descenderant ab illis exclusis sed ab alijs ad quos forte non spectabat pro tunc recuperare a camera q2 forte erant alij qui eos precedebant in gradu tũc secus esset quia negligentia illorum precedentium ⁊ etiam tacita renuntiatio resultans ex conductione facta a camera non nocet eis sicut nec expressa renũtiatio. vt in. d. c. j. de alie. feu. pater. et de succes. feu. §. j. Laus deo.

¶ Casus talis est.

¶ Domina Matthea in vltimo eius testamento instituit Catherinã eius filiam legitimã ⁊ naturalẽ ⁊ vxorẽ Joãnis de bulgare heredem vniuersalẽ in omnibus suis bonis ⁊c. Et si dicta dña Catherina eius filia decederet quãdocũq; sine heredibus ex se ⁊ ex dicto Joanne eius viro legitimis descendẽtibus substituit sibi testatrici ⁊ dicte dñe Catherine dictũ Joãnẽ de bulgare eiusq; heredes in omnibus suis bonis. Et si filium vel filiam vnũ vel plures ipsa domina Catherina natum vel natos ex ipsis iugalibus relinquerit tunc voluit ⁊ substituit sibi testatrici ⁊ dicte dñe Catherine eam vel eos heredẽ vel heredes vniuersales ⁊c. Et ipsos adinuicẽ substituit vulgariter ⁊ pupillariter ⁊ per fideicõmissum. ¶ Et si oẽs p̃dicti filij decederent sine heredibus ex se vel eorum altero legitime descẽdentib9 substituit sibi testatrici: ⁊ eidẽ dñe Catherine dictũ ioãnẽ eiusq; heredes. Post hec suprascripta dña Matthea decessit relicta et superstite dicta dña Catherina. Deinde suprascriptus ioãnes substitutus decessit relicta ⁊ supstite dicta dña Catherina eius vxore herede instituta. vt. s̃. nullisq; descẽdẽtibus ex se ⁊. d. Catherina iugalibus. Et per ipm̃ ioãnẽ cõdito testamẽto in quo sibi heredes istituit Jacobũ ⁊ Bartholomeũ ⁊ quosdã alios fratres nepotes ex fratre ipsius ioãnis. Deinde ⁊ successiue. d. Catherina decessit nullis ex ea relictis descendentibus.

¶ Queriť nũc vtrũ ipsi nepotes dicti ioãnis ab eo instituti succedere possint ⁊ debeãt dicte dñe Matthee virtute substitutionis ꝑ eã facte dũ sibi substituit ⁊ dñe Catherine eius filie ioãnẽ de bulgare eiusq; heredes. ⁊ sic an dicta substitutio intelligať de suis heredibus dicti ioãnis. An vero etiam de extraneis.

¶ Summarium.

1 ☞ Substitutio facta de titio ⁊ heredibus eius cõprehendit etiam heredes extraneos ipsius quando ad suos heredes verba non possunt congrue aptari.

2 De verbo heredes.

¶ Consilium. xlv.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Videť dicendũ ꝙ dicti heredes ioãnis qui non sunt de descẽdentibus eius sed extranei reputantur. l. si alienũ. §. in extraneis. ff. de here. insti. nõ voceť ad hãc substitutionẽ factã. d. Catherine sub conditione si decesserit sine libe. quasi testatrix substituendo filie sub illa conditione prefatum ioãnem ⁊ eius heredes intellexerit de heredibus ex ꝓprio corpore ioãnis descẽdentibus nõ autẽ de extraneis. ⁊ hoc ideo quia sicut filiam suam ⁊ eius liberos pretulit dicto ioãni substituto: ita credendũ est ꝙ extraneos heredes filie voluerit preferre extraneis heredibus dicti ioãnis ꝫm Barto. qui ita videtur determinare. ff. de libe. ⁊ posthu. l. gallus. §. etiam. circa mediũ ꝫm Ricar. malũ. in quadam sua disputatio. quam etiaʒ refert Jo. an. in addi. specu. ti. de testa. super rubrica ante finẽ. Et ita videtur terminare Bar. in. l. si is qui. ⁊c. §. vtrũ. ff. de reb. dub. in penul. colũ. dum tractauit de materia copulatiue ibi dum dicit cuius occasione formo tibi hanc questionẽ ⁊c. ¶ Sed in cõtrarium videtur veritas: nam que supradicta sunt possent procedere si verbũ illud ⁊ eius heredes posset cõmode intelligi de filijs seu de heredibus proprij corporis vt si alius q̃ maritus et eius heredes fuissent substituti filie sub illa conditione succederet sine filijs seu liberis: ⁊ ita loquuntur autoritates de quibus s̃. Sed in casu nostro verbũ illud eiusq; heredes non potest intelligi nisi de heredib9 extraneis quod patet: quia substitutio fuit facta filie si decederet sine heredibus ex se ⁊ dicto ioãne descendentibus quod intelligitur in filijs vel liberis ⁊ facta fuit de ioanne ⁊ eius heredibus. certe inquantũ facta de ioanne debet ĩtelligi si ioãnes superuiueret tempore mortis filie. l. heres meus. in prin. ff. de condi. ⁊ demon. in quantum vero fuit facta eo casu quo ioannes non superuiueret tempore mortis filie: vt sic ordine successiuo intelligatur facta fuisse substitutio. l. gallus. §. j. cum ibi plene no. ff. de liber. ⁊ posthu. ¶ Sed cõstat ꝙ si Joã. premortuus est filie ⁊ postea existat conditio substitutionis: q2 filia decesserit sine filijs susceptis ex se ⁊ ioanne nõ põt reperire in rerum natura filios Jo. legitimos ⁊ naturales. Nã aut dicemus ꝙ possint tunc reperiri filij suscepti ex eadeʒ filia: ⁊ falsum est: quia ista essent inter se contraria: videlicet ꝙ filia decesserit sine liberis communibus vel ex illo susceptis: ⁊ ꝙ tũc cum decedit reperiat filios cõmunes vel ex illo susceptos qui sibi sint substituti nam posito vno contrariorum destruitur reliquum. l. pomponius. §. si is. in fi. ff. de procu. ⁊. l. sed ⁊ si pupillus. §. pe. ff. de instito. Aut dicim9 ꝙ possint reperiri filij suscepti ex alia vxore quã habuisset ante istã. Et tũc lʒ istud esset in se possibile si tamen ante istam non habuerat aliam vel si habuerat non tamen habebat ex ea filios tẽpore testamenti ⁊ tũc non est verisimile ꝙ testatrix cogitauerit de illis quos non habebat et per consequens non erat possibile eos reperiri tempore mortis filie sue quia fatua fuisset ꝙ in dubio nõ presumitur. C. de heredi. institue. l. fi. Aut dicimus ꝙ potuerint reperiri filij legitimi et naturales nati ex se ⁊ alia vxore suscepta postq̃ contraxit matrimonium cum ista filia testatricis ⁊ istud est etiã impossibile presupponendo ꝙ Joannes predecesserit in matrimonio dicte Catherine prout est necesse presupponere ad hoc vt illa pars substitutionis facta de heredibus Joannis locum habeat: quia durante matrimonio cum dicta Catherina non poterat nec potuit contrahere cum altera de iure. l. eum qui ꝓbabilem. C. de adulte. Et licet potuisset de facto contrahere et suscipere filios non legitimos et facere eos legitimari non est verisimile ꝙ testatrix de talibus senserit cũ essent sibi odiosi. l. lucius. §. lucius titius damam. ff. de lega. ij. Cum igitur illud verbum eiusq; heredes posituʒ in substitutione facta dicte Catherine sub conditione si decesserit sine heredibus ex se ⁊ dicto Joanne susceptis non possit intelligi de filijs susceptis ex se et dicta Catherina quia esset implicare contradictioneʒ. Nec de liberis susceptis ex alia vxore quam habuisset ante dictam Catherinam quia nullos habebat tpe testamẽti ⁊ sic ad tales non potest dici ꝙ habuit respectũ nec etiã possit intelligi de filijs susceptis ex alia vxore suscepta cõstante matrimonio cũ Catherina quo durante mortuus est ioãnes quia illi non essent legitimi sʒ spurij ⁊ adulterini ⁊ exosi ⁊ sic de illis nõ vr̃ cogitatũ. Nec

[a] ¶ Feudo. Vide Bal. in cõsi. ccxv. i. j. parte. vbi nũquid vasallus renuntiãdo feudo ꝑiudicet filio ad queʒ pertinebat successio.

etiam potest intelligi de filijs susceptis ex alia vxore suscepta post mortem catherine: quia p̃supponit ꝙ ipse Joãnes premortuus sit catherine ad hoc vt illa substitutio facta de heredibus suis locum habeat: al's illa locũ non haberet sed soluz facta de ipso ioãne vt. s̃. dixi. Sequitur necessario ꝙ illud verbũ eiusq; heredes ⁊c. non potest intelligi de filijs sed solum de extraneis heredibus dicti ioãnis prout sunt isti de quibus presentialiter agitur. Et ideo debent admitti ex substitutione p̃dicta ex mẽte defuncti que preualet omni interpretationi. l. conditionib⁹. in prin. ff. de condi. ⁊ demon. C. de leg. cum questio. iunctis his que habentur in simi. in. l. heredibus. §. j. ff. ad trebel. vbi verbum liberis ad aliquem relatum intelligitur de his quos habere potest ſm subiectam materiam. Eodem modo verbum heredes prolatum in ista substitutiõe debet intelligi de his quos Joãnes habere poterat eueniente dicto casu ꝙ ipse premortuus fuerit dicte Catherine ⁊ ꝙ Catherina postea decesserit sine liberis ex ea et Joãne susceptis ⁊ existentibus heredibus dicti Joannis. Et clarum est ꝙ his stantibus non poterant existere nisi extranei heredes ergo de illis censetur testatrix sensisse. facit etiam in ratione sui quod habetur in. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de conditio. ⁊ demon. vbi verbum debeo relatũ ad seruum intelligitur de naturali tantum debito quia de ciuili non potest intelligi secus si posset. l. si is cui. §. flauius. ff. de soluti. Autoritates ergo predictorum docto. allegatorum in cõtrariam partem locum haberent quando verbum heredes posset congrue intelligi de filijs vel descendentibus quod hic non est. ¶ Ceterum clarum est ꝙ de proprio significatu verbum heredes[a] importat quoscunq; etiam extraneos ⁊ non solum primos sed vsq; in infinitum. l. sciendum. ff. de verbo. significa. nisi in materia restringibili. C. de vsufruc. l. antiquitas. ¶ Concludo ergo dictos heredes Joannis ex dicta substitutione fore admittendos. Laus deo.

a ¶ Heredes. a Vide Bal. i cõsil. clxx. in. v. parte. ⁊ in consi. ccxciij. i. ij. parte. ⁊ i cõsi. cxiij. in. j. parte.

¶ Summarium.

1 ☞ In feudo nouo non habet locum ius accrescẽdi: ⁊ qui sui culpa non est in possessione feudi cadit tamen si infra annum ⁊ diem non petit se inuestiri.

2 Qui aggressus est dominum feudi an spoliari possit feudo ab herede si dominus in vita tacuit.

3 Si episcopus contulit vni feudum ⁊ papa alteri cum declaratione ꝙ iam reseruauerat sibi talem feudi collationem an talis declaratio noceat laico cui iam fuerat ius quesitum. ⁊ inibi de intellectu clemen. j. de probatio.

4 De intellectu clemen. j. de proba.

¶ Consilium. xlvj.

In christi nomine amen.

¶ Viso ⁊ examinato puncto supradicto sup eo q̃d querit̃ an heredes dicti Antonij possint aliquid petere de dictis decimis. 1 † Notandum est primo ꝙ questio nõ habet dubiũ quãtũ ad portiones que fuerũt illorũ repudiantiuz: videlicet iacobi de trenis dñi Antonij Nicolai ioannis georgij Aloysij Bartholomei dauli de totis fratrũ ⁊ hereduz dñe Zilie: qm̃ cum in p'sonis istorũ inuestitorũ ꝑ dñm ioãnem papã feudũ istud esset nouũ: quia ipsi fuerũt primi inuestiti: portiones illorũ repudiantium nõ accreuerunt huic dño Antonio vel alijs non repudiãtibus sed reddiderũt ad dominũ feudi: videlicet dñm episcopũ: vt in. c. j. de duob⁹ fratri. de nouo bene. inuesti. ⁊ in. c. j. §. ꝙ ita intelligẽdũ. de gradi. succes. i feu. ⁊ plene ꝑ Bar. post Dy. in. l. si mihi ⁊ titio. ff. de verbo. obli. ⁊ sic illas potuit concedere dicto Petro sicut concessit. Nec ob. q̃d not. in Spec. de loca. §. nunc vero aliqua. ver. lxix. cum seq. q: loquit̃ quando cõcessio fit duobus vel pluribus cũ clausula: ꝙ post eorum mortẽ redeat ad cõcedentem: quo casu propter illaz clausulam censetur actum vt post mortẽ tantũ oĩm redeat ⁊ nõ pri⁹ ⁊ sic ꝙ alter alteri succedat p̃morienti. ar. l. pe. C. de impube. et alijs substi. que clausula in casu nostro in dicta cõcessione ioannis pape nõ fuit apposita: ideo non sumus in questione seu casu Speculatoris. ¶ Quantum vero ad partem cõcessam dicto do. Antonio de anzolellis que non fuit repudiata vtrum heredes eius possint eam petere: attento ꝙ per annos. xvj. vt dicit̃ tacuerunt: nec vnq̃ ipsi vel dictus dominus Antonius dictas litteras papales presentauerunt. si querit̃ an per hoc dicte littere perdiderint ipsarum vigorem. Respondet̃ ꝙ non: ⁊ ꝙ propter hoc non prohibentur petere: q: non perdiderunt propter hoc solũ vigorem suũ immo de sui natura sunt ꝑpetue. C. de diuer. rescrip. l. falso. nisi alie littere in cõtrarium emanassent: q: tunc per negligentiam anni prime perdidissent suũ vigorez. vt in. c. si autẽ. ⁊ c. plerũq;. extra de rescrip. q̃d hic nõ fuit. ¶ Sz si queritur an ex eo ꝙ non petierunt se inuestiri infra annum et diem ceciderint a iure ipsorum. per. l. imperialem. §. preterea si quis. de prohi. feu. alie. per Fede. videtur adhuc dicendum ꝙ non: quia ipsi non possidebant sed dictus Petrus cui. d. episcopus concesserat. ⁊ sic videtur quod eis non curreret dictum tempus. vt no. Bald. post Guil. de cu. in. l. solennibus. C. de rei vẽdi. sed in contrarium facit: quia illud dictum posset procedere si fecissent diligentiam in aduocando possessionem ab illo ⁊ aduocare potuissent. sed quia nullam diligentiã fecerunt sed malitiose vt vr̃ tacuerũt ⁊ neglexerũt: talis negligẽtia vr̃ eis debere nocere: q: videntur fuisse in possessione ex quo stetit per eos quominus essent. Et hoc per tex. cum glo. in. c. fi. extra de elec. quia negligentia cõmissa in vno cẽsetur cõmissa in alio ad q̃d deuenit̃ per illud. ad quod bene facit. l. sed ⁊ si per pretorem. §. hec clausula. in fi. ff. quibus ex cau. ma. ⁊ l. j. §. quid ergo. ff. de cõtrario iudi. tute. ⁊ q̃d no. Cy. in. l. ea que. C. de tẽpo. in integ. resti. in vlti. q. ⁊ Bar. in. l. quibus diebus. in prin. ff. de condi. ⁊ demon. quorũ dicta bene faciunt ad propositum. facit etiaz. l. iij. ff. vi. bo. rap. C. de his qui a non dño. l. fi. vbi negligentia cõmissa circa vnum nocet in alio. ⁊ quod ad idẽ plene no. in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. quibus ex cau. maio.

2 ¶ † Similiter dicendũ est ꝙ si dictus do. Antonius assalierit prefatum dñm episcopum volens ipsum interficere perdere debeat dictum feuduz. vt in ti. quibus mo. feu. amit. §. similiter. ⁊ que sit prima causa bene. amit. §. porro si dominum. Sed vnũ facit hic dubium quia dominus episcopus p̃fato domino Antonio quousq; vixit in hac iniuria questionem nõ fecit ⁊ sic eã remisisse videtur prout tenet glo. magna. in. d. §. porro. in fi. ꝑ l. fi. C. de reuo. dona. ⁊ de inoffi. testa. l. omnimodo. in prin. ⁊ ff. de contrata. l. iij. §. si emancipatus filius vxore. ⁊ sic dicta pena priuationis non videtur ad heredem transire. ff. de iure fisci. l. eius qui delatorem. ⁊ q̃d ibi no. per Bar. ⁊ per eundem. ff. sol. matrimo. l. rei iudicate. §. i.

¶ Sed breuiter rñderi potest ꝙ prefatus dominus episcopus nesciebat ꝙ prefatus dominus Antonius pretẽderet se ius habere in dicto feudo virtute litteraruz domini pape postq̃ illas nunq̃ sibi presentauit ideo sibi non est imputandũ si ad priuationem eius propter dictã culpam non processit nec per consequens dici potest ꝙ dictã culpã censeatur remisisse cũ ignorãs nihil agere vel remittere cẽseatur. ff. de actio. ⁊ oblig. l. ex maleficijs. §. longe minus. C. de tabul. l. generali. de iurisd. om. iudi. l. si per errorẽ. cum simi. ⁊ sic cessat ratio dictarũ. ll. que fundatur in tacita remissione resultante ex dissimulatione iniurie.

3 ¶ † Sed vltra predicta si quis forte dubitaret in eisdem posset aliud fundamẽtũ ⁊ nõ paruũ sumi pro dicto Petro primo inuestito a prefato domino ep̃o tanq̃ de feudo sibi aperto ꝑ mortẽ iam Petri decedentis sine libe. ⁊ vltimi feudatarij. ⁊ contra dictum Antoniũ ⁊ heredes eius qui Antonius habuit ex concessione pape Joãnis facta vt cõprehẽdo post inuestituram dicti Petri al's supflua fuisset declaratio dicti pape Joannis de reseruatione facta viuente iam Petro. Cõstat enim ꝙ si precessit inuestitura Petri facta per dñm ep̃m fuit illi Petro acquisitum ius vtilis dominij. iuxta ea que plene habent̃ per glo. in c. j. de capitu. corra. in. §. preterea. ¶ Concessio ergo postea facta ꝑ papam dicto Antonio ⁊ socijs de facto feudo non vacante valere non potuit: q: non potuit esse illius Petri insolidum ex concessione ep̃i ⁊ istorũ insoliduz ex concessione pape. l. si vt certo. §. si duob⁹ vehiculum. ff. cõmoda. Nec presumit̃ voluisse auferre papa ius alteri per prius q̃situ ex collatione ep̃i cum de illo mentionẽ nõ fecerit in eius prima collatione. de cõces. p̃bẽ. c. fi. lib. vi. de rescrip. q̃uis. eo. lib. cũ ibi no. ⁊ q̃d no. Bar. in. l. totiens. ff. de pollici. ⁊ l. ij. §. si qs a prin. ⁊ §. merito. ne quid in loco publico. extra de offi. dele. c. super hoc. de verbo. signi. c. dilecto. de vsupal. c. ex tuarum. de decimis. c. ex multiplici.

¶ Restat nũc dubiũ q: papa postea motu proprio declarauit se reseruasse collationi ⁊ dispositioni sue dictũ feudũ decimarũ tp̃e quo adhuc nõ vacabat q: viuebat iaz Petrus ⁊ inhibuisse domino episcopo Vincẽtino ꝙ cũ vacaret post mortẽ dicti iaz Petri ipsum alteri non conferret. ꝙ si verum foret sine dubio collatio facta ꝑ dñm ep̃m seu inuestitura dicto Petro non valuisset cũ dicto ep̃o fuisset adẽpta potestas cõferendi ꝑ papã q̃ potuit adimere. de ꝯces. p̃bẽ. q: cũctis. lib. vj. cũ ibi plene no. ⁊ eo. ti. c. j. in clemẽ. Cũ eñ ipse concedat ⁊ auferat vniuersalẽ administrationẽ totius ep̃atus põt ꝑ ꝯsequẽs illã q̃ ad q̃d restringere. arg. ff. de pac. l. iurisgẽtiũ. §. adeo. ver. nã si põt. de in litez iurã. videamus. §. penul. ⁊ l. in actionibus. de vulg. substi. qui plures. de insti. sed si ⁊ pupillus. §. sed ⁊ si denuntiauit. facit in ratiõe sui. l. iudiciũ soluit̃. ff. de iudi. de pollici. l. totiens. in fi. Verisimile tamẽ non est ita sit vel fuerit in veritate: q: istud est contra omnẽ stilũ ⁊ cõsuetum romanorum pontificũ qui lz soleãt sue collationi reseruare beneficia ecclesiastica que conceduntur in titulum nunq̃ tamen audiui vel vidi lz in curia romana cõuersatus

uersatus sim nec credo q aliquis sit qui viderit talem reseruationē de collatione vel inuestitura feudi ecclesiastici q̄ fit per viā cōtractus. Et nō fit in titulū nec est res pupillaris sed fit in pprietatē potius vtilis iuris dñij z est res pphana q2 nec de iure decimādi qd in laicū nō cadit sed de fructibus decime que cadūt. extra de decimis. c. tua. vñ tanq̄ cō oēm cōsuetudinē nō est verisimile q talis reseruatio facta vnq̄ fuerit. arg. extra de crimi. fal. c. q grauī. z etiā auget psumptionē cōditio z mos dicti pape Joānis q multotiēs faciebat tales declarationes contra rei veritatē z exorbitantes causa seruiēdi amicis. Sed licet ita sit tamē ex quo papa attestatur de eo qd cōsistit in facto suo videt standū litteris eius in tantū vt etiā contrariū pbari nō possit[a]. vt in cle. j. de proba. z ista sunt paria. s. ita fuisse vt papa asserit vel non fuisse. qd est verisimilius. istud tamē pbari vel allegari nō posset vt habet in. l. qui habebat. in fi. ff. de manu. testa. z nota. p glo. in. l. lecta. ff. si cer. peta. que incipit. l. mensem. extra de excep. cum ecclesiastice. z no. per Bar. in. l. vbi pactum. C. de transac. ante finem.

4 ¶ †Sed aduertendū est diligenter q decisio illius clemē. est cō dispositionez iuris cōmunis in duobus. ¶ Primo inquātum vult q credatur talibus litteris de eo q precessit collationē alterius factam z sic tendit ad tollendum ius alteri quesitum. vñ in preiudicium alterius z ad ius alteri quesitum tollendū vel sibi preiudicandū tali cōfessioni non videretur standū: q2 potuit fieri repetita die: z sic falso mō. ff. de fide instru. l. repetita. z ibi est tex. cum glo. iuncta. l. seia mācipia. ff. ad velle. in aut. de equali. do. §. primū quidē illud. ver. si autē mulier. C. de testa. l. verba. z qd no. in Spec. de instru. edi. §. postremo. ver. sed nunquid. z Cy. in. l. vbi adhuc. C. de iure do. in. xj. q. z qd not. p gl. C. de pigno. l. preses. ¶ Itē in alio est cōtra ius cōmune decisio illius clemētine: quia talis approbatio tendit ad pbationē non ad dispositionē cum contineat enuntiationē eius qd fuit de preterito: nō autē disponit de presenti: lz loquat eo casu quo dispositio pape fundatur in tali enuntiatione. ¶ Constat aūt q enuntiatio eius qd fuit de preterito vel est de presenti dicit tendere ad pbationē nō ad dispositionē. l. publia. §. fin. ff. deposi. Sed regula est q oīs pbatio regulariter recipit aliā pbationez in cōtrariū. l. siue possi. C. de proba. Sed fallit hoc casu vbi nō pōt cōtrariū probari: vt habet in dicta cle. ¶ Dicendum est ergo q cum sit cōtra ius cōmune in duobus: z tendat in pIudiciuz iuris alteri quesiti locum habet solum in clericis in quorū preiudicium pōt papa aliquid statuere: q2 sunt sibi subditi. nō autem in laicis qui subditi nō sunt. z in quorum preiudicium statuere nō pōt in his que nō cōcernūt periculū anime vel causam matrimonij. nec pōt eis auferre ius quesitū. c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. de iudi. c. nouit. z qd ibi no. per Inno. super verbo theodosius. vbi dicit q imperator non potest reuocare. l. suā per quam concesserit aliquod priuilegiū ecclesie. quia cū per eam fit ecclesie ius quesitum z illa non subest imperatori non potest sibi ius predictuz auferre. Secus in priuilegio concesso subdito qd potest imperator ei auferre cum per illud nō sit sibi obligatus. vt no. Bal. fm Nico. mata. i. l. q se patris. C. vñ libe. facit qd no. Inno. in. c. in nostra. de iniurijs. Sicut igitur imperator non potest auferre ius quesitum nō subdito suo fm Inno. in. d. c. etiā si erat quesitum per suam. l. vel priuilegiū. ita z pari ratione non potest papa auferre ius quesitum laico sibi non subdito cuz iste potestates pcedant ad paria respectu duorū subditorū. in auk. quomodo oportet episcopos. in prin. cum ibi not. facit qd no. glo. in. c. si. de arbi. lib. vj. non est ergo seruāda decisio illius clemen. in casu nostro vbi papa attestat se reseruasse sue dispositioni collationē dicti feudi viuente iam Petro postq̄ dicta attestatio facta est post ius quesituz dicto Petro z tendit ad illud sibi auferendū cū sibi auferre non posset: quia laicus z sibi non subditus. sed si de dicta reseruatione appareret aliter q̄ p attestationem pape: puta per bullas ipaz reseruationez cōtinentes: tūc etiā inter laicos dicte bulle essent seruande: q2 non tenderent ad auferendū ius iam quesitum sed ad impediendū ne quereret quod facilius fieri pōt. l. patre furio. de his qui sunt sui vel alie. iur. Plus videt q etiam si dict[9] Petrus esset clericus adhuc dicte littere sibi non preiudicarēt in casu nostro: q2 papa possit auferre alicui clerico beneficium

b suum[b]: quia lz in illo non habet aliquod dominiū direc. vel vtile nec dicitur dominus sed procur. vt in. c. ij. de dona. dominiū tñ rei sue directum vel vtile quesitū ex contractu non potest papa auferre alicui clerico: sicut nec imperator alicui laico nisi ex causa publice vtil. l. item si verberatū. §. j. ff. de rei ven. de euic. l. lucius. z est casus. z ibi per Bar. expresse in. l. ij. C. de fun. patrimo. lib. xj. vbi Barto. in fi. dicit ista verba. Item per hanc. l. patet q sicut dominiū direc. non potest auferri per rescrip. principis absqz causa: vt no. s. de fide instrumen. z iur. hasse nisca. l. si. ita etiam nec vtile vt hic. sed constat q in feudo feudatarius habet vtile dominium. vt. s. dixi. facit etiam. l. predia. C. de loca. predi. ciui. eo. lib. Laus deo.

¶ Summarium.

1 ¶ Si testator apponat penam heredi si non soluat suo tempore annuum legatum: minor quādiu durat tempus minoris etatis non incurrit penam.

2 Sicut aduentus conditionis non constituit in mora: ita nec lapsus temporis appositi causa multiplicandi obligationem.

3 Qui grauatus est de annuo redditu in genere assignādo certū fundum non liberatur.

¶ Consilium. xlvij.

In christi nomine amē.

1 ¶ †Ultra ea que superius allegata sunt facit p dicto Cypro ad euadendum penam priuationis vel perditionis hereditatis: quia Galeam filius testatoris tempore mortis testatoris erat pupillus prout ex verbis testamenti colligitur. Et constat q delictuz omissionis vel consistens in omittēdo non cadit in minore. xxv. an. vnde a pena que ppter tale delictū incurrit conseruat minor ipso iure illesus nec indiget restitutione. C. si aduer. delic. l. fi. z in quibus cau. in integ. restitutio nō est neces. l. j. de his quibus vt indig. l. minoribus. Et sic videt q si dictus Galeam tēpore sue mortis non excesserat etatem. xxv. an. non incurrerat hanc penā priuationis: z sic eam hereditatē trāsmisit ad filiam suā pupillaz que similiter nō potuit dici negligens: q2 decessit anteq̄ cōpleret octo mēses. ¶ Et ideo pdicta hereditas auita vna cū paterna cui erat cōiuncta. l. sed si plures. §. si filio. ff. de vulg. z pupil. fuit transmissa ad heredez dicte pupille qui est dictus Cyprus ab intestato: vt dicit. qui etiā Cyprus nō pōt dici fuisse in mora cū ignorauerit vt dicit testamētū primi testatoris: z sic ignorabat se esse debitorē. l. qd te. ff. si cer. pe. tūcta. l. q in ius alteri[9]. de regu. iur. z. l. ex maleficijs. §. longe minus. ff. de actio. z obli. C. de tabularijs. l. generali. ¶ Et constat q verba testatoris punientis illos qui cōtrauenirent debēt intelligi de morosis: quia non potest dici contrauenire nisi q est in mora faciendi qd facere debet: sicut non potest dici stare per aliquē nisi cum est in mora: non autē ppter hoc solum qd nō facit. ff. de consti. pecu. l. si duo. §. ait pretor. z ibi per Bar. Iste ergo Cyprus nō pōt dici fuisse in mora: z per consequens nec dici pōt cōtrauenisse: ergo no incidit in penā cōuentionis que est priuatio hereditatis. l. paterfami. testamento. in fi. ff. de hered. insti. ¶ Nec ob. l. ad diē. ff. de verbo. obli. vbi heres ignorans incurrit penam: q2 verū est ex promissione defuncti: seu ex illius contractu cōmissam qd hic nō est imo si cōmitteret ex propria culpa cōmittere tur que non cadit in penitus ignorante. iuxta plene no. in. l. j. z ij. C. si aduer. ven. pigno. Nec etiam ob. si dicatur q primū fundamentum procedit in pena legali quā minor non incurrit ppter delictum cōmissum in omittendo. Nam si hoc contingit ex eo: quia tale delictum non cadit in ipsum prout doctores videntur sentire: sequeretur q etiam in pena per testatorem apposita locum habere deberet: eo quia testator talē penam priuationis hereditatis non nisi propter culpam z delictum heredis imponere pōt. d. l. paterfami. testamento. in fi. ff. de here. insti. z C. de his que pene no. l. j. in fi. Et sic verba testatoris ex priuatione debent restringi z referri ad tempus post minorez etatem completam: quia tunc diceretur cōtrauenire. ¶ Preterea hec pena succedit loco pene legalis: quia z si testator eam non imposuisset: lex tamen eam imponebat. C. de fideicōmissis. aut. H amplius. z sic de ipsa videtur iudicandū tanq̄ de legali quasi expressio testatoris de eo quod tacite inerat nihil fuerit operata. argu. l. iij. ff. de leg. j.

2 † Facit etiam pro dicto Cypro q pfatus Galeam non fuerit in mora postq̄ non fuit monitus vel iussus a iudice: quia posito q in isto relicto annuo fuerit appositum tempus: tamen non constituit heredem in mora: eo quia fuit appositum causa multiplicande obligationis z legati non causa differende solutionis: ideo lapsus eius non interpellat: quia sufficit q operetur vnum effectum: scz quia multiplicat legatum et facit vt tot sint legata quot anni. hoc ergo effectum contentum esse debet: nec debet alium producere vt constituat heredem in mora sicut dicimus de euentu conditionis. l. quotiens in diem. cum ibi no. ff. de verbo. obligatio. z sicut in si. dicit glo. ij. magna que incipit. hoc quidam. circa medium. in. l. frater a fra. ff. de conditio. indebi. ibi. z his similibus cōtenta zc. Et hoc determinat expresse Bar. q lapsus talis tpis appositi cā multiplicāde obligationis in annuo legato nō cōstituit heredē in mora in. l. j. circa fi. ff. de penu lega. Et sic vr q regreret hic monitio z iussus iudicis sicut si tps nullū fuisset appositū. Nā in principio cuiuslibet anni orta est noua obligatio p nouo

a ¶ Nō posse. Adde do. Bar. sozi. i cō. cclxvi. incip. in cā. ver. absolutis iā. circa mediū. cū ver. seq. in. ij. pte. vbi an z qñ ei[9] verbis narratiuis standū sit. z an pbatio i cōtrariū admittatur. z an equivaleat probationi fame.

b ¶ Suū. Uide d. Bart. sozi. in cōsi. clvj. ver. q bus pmissis. i fi. z in cōsil. clxiij. versi. quntus casus. z i cō. clxix. v. scdm tenet ibi abb. ibi. nam videmus.

a ¶ Preteriti. a Vide bal. in cõsi. cccxxxv. in. j. parte.

legato. Et sic hodie possunt peti tot annua legata quot fuerũt anni preteriti[a]. l. quesitũ. ff. de vsufru. ꝛ nullus anni lapsus interpellauit vel in mora constituit: fiat ergo nunc monitio ꝓ toto eo qđ debet ꝓ tempore preterito ꝛ seruetur forma dicte aut. hoc amplius. lꝫ istud prima facie forte videbitur extraneũ. sed nõ est atteta determinatione Bar. in. d. l. j. de penu lega. ꝛ etiã ratione viua quã. s. tetigi. ꝛ sufficit ꝙ legata prestent pro omnibus annis preteritis vt heres penã euitet. Posito etiã ꝙ dict⁹ Galeã fuisset in mora viuente Pantaleone fuisset hereditas deuoluta ad Pantaleonẽ ꝫm formã testamẽti q̃ Pantaleon fuit substitutus Galeã in duplicẽ casum. s. si Galeã decederet sine liberis: ꝛ ista conditio defecit qꝛ decessit cuꝫ liberis ex quo decessit cum vxore pregnante que postea peperit puellã. Item in aliũ casum. s. si Galeã cõtrafaceret ꝛ cõtenta in testamento non obseruaret: ꝛ ista conditio extitisset si ille fuisset in mora: ꝛ sic ad Pãtaleonẽ fuisset hereditas deuoluta iure fideicõmissi: quo iure valet dicta priuatio: vt in. l. paterfami. testamẽto. de here. insti. Nec põt dici Pantaleon fuisse negligens in exequẽdo illud idẽ qđ ignorabat ꝛ iuste potuit ignorare an ille fuisset executus volũtatem defuncti vel nõ nec tenebat scrutari facta illius. Cum ergo penes se bona non haberet non tenebat soluere dictũ legatũ annuũ. arg. ff. de his quibus vt indig. l. eũ qui. §. bonis. ꝛ qđ no. per glo. ꝛ bar. ff. de dam. infec. l. inter quos. §. dãni infecti. vnde nõ potest dici ꝙ Pantaleon inciderit eãdẽ penã priuationis: ꝛ ꝑ cõsequens dictũ fideicõmissuꝫ etiã ignorans transmisit ad suos heredes ꝛ sic ad dictũ Cyprum. iuxta plene no. ꝑ Bar in. l. cum filio. ff. de leg. j. ꝛ Cyprus nõ põt dici priuatus quia nõ fuit in mora: vt. s. dictũ est. Et sic dictũ cõsortiũ in nullius negligentia potest se fundare ad petenduꝫ dicta bona ratione ꝯtrauentionis vel in penã. ꝛ h' de ꝑmo dubio.

b ¶ Potentior. Vide do. Bart. sozi. in ꝯsi. cclxxiiij. icip. in cã. ꝑ. postremo dico. circa ꝑn. in. ij. parte. vbi ponit ꝙ ꝑ duos testes etiã nõ descriptos reprobat. Et vide eũ in cõsi. xciiij. ver. scđo nã. cuꝫ ver. seq. i. j. pte.

1 ¶ †Si non interesset iuramentũ istius impuberis in hac permutatione non esset dubium ꝙ ipse posset venire contra ⁊ retractare eam: qr est nulla: licet esset emphiteotica vel censualis. prout est casus. C. de predi. mino. l. non solũ. in verbo permutationis. iuncta. l. iij. §. si ius habeat pupillus. ff. de reb. eor. qr predia minorũ rustica vel vrbana nõ possunt alienari nisi ex necessaria cã eris alieni: ⁊ cum decreto etiam si subesset alia causa vtilitatis. ff. de reb. eo. l. magis puto. §. non passim. de transac. l. cum hi. §. si pretor. al's decreti interpositio est nulla vt ibi. ⁊. d. §. si ius. versi. proinde. ⁊. l. quãuis. fortius si non allegata fuit causa iusta. C. de predi. curi. l. j. lib. x. ⁊ qd ibi no. Barto. Sed hic nec fuit allegata nec suberat nec iudex de ipsa inquisiuit: lz ex arrupto ⁊ sine cause cognitione decretum interposuit ⁊ sic nulliter. d. §. si pretor. Sed iuramentũ prestitum ab ipso pupillo cum esset proximus pubertati: quia excesserat annum. xij. ⁊ sic erat doli capax. iuxta no. ff. de solu. l. j. videtur obstare: quia dicunt canoniste ꝙ cõpellitur ipsum seruare cum non seruando delinquat ⁊ sic puniendus: vt in. c. j. de delic. pue. ergo ne incidat in periurium debet prohiberi a veniendo contra: sicut ⁊ pubes. prout no. Hostien. in. c. cũ contingat. de iureiuran. cum quo videtur transire Ioã. an. in nouel. ⁊ Archi. in. c. ij. de pac. li. vi. Et videtur casus in. c. ex litteris. lo. ij. de sponsa. cum glo. vbi impubes compellitur seruare iuramentum: qr erat doli capax sm glo. ibidem. Et Barto. in aut. sacramenta puberum. videtur tenere dictam opi. licet nõ allegat canonistas de quibus. s. dicens doct. cõmuniter ita tenere. sed certe Pe. ⁊ Cy. tenent ibi contrarium expresse. ⁊ etiã glo. Accur. ibidẽ in. l. si. §. si. ff. de libe. causa. ⁊ etiã gl. Colũbi. tit. de pace iura. fir. §. sacram. ⁊ Bar. in. d. aut. ⁊ in. l. pactum. C. de colla. post prin. dicens ꝙ licet pupillus periurãdo delinquat: suum tamen iuramentum non habet iudicem defensorẽ: qr iuramentum eius caret iudicio. i. discretione perfecti intellectus: ⁊ constat iuramentũ debere habere tres comites[a]. s. veritatem iustitiam ⁊ iudiciũ. i. discretionẽ. xxij. q. ij. animaduertendum. ⁊ no. gl. in. l. imperialis. C. de nup. Nec ob. ꝙ erat proximus pubertati qr istud non tantum operatur quãtum perfecta pubertas. qd patet: quia si esset pubes obligaretur ex suo contractu efficaciter. s. ciuiliter ⁊ naturaliter: licet si esset lesus haberet

a ¶ Comites. Adde eundem pau. j. in consil. cxxij. i nume. xi. ⁊ idẽ p do. bart. soz. i ɔs. lxvij. v. supest nunc. ibi. qr tũc iuramẽtũ. in. j. parte.

haberet restitutionē in integrū: z tamen si est proximus puber tati non obligaretur propterea efficaciter.s.ciuiliter sed naturaliter tantum.iuxta ea que plene habentur in.l.i.ff.de noua. Sed si compelleretur seruare iuramentum censeretur in effectu efficaciter obligari. Nec etiaz obstat ꝙ ex periurio punitur: qꝛ tex.in.c.j.de delic.pue.dicit ꝙ non tantum quātum si esset pubes. z vnum exemplū est ꝙ ꝑpter iuramentū nō repellitur a retractatione alienationum bonoꝝ suoꝝ factarū cōtra formaz iuris per dictam auť.sacramenta.que figit pedes in puberibꝰ. z si voluisset idem esse in impuberibus proximis pubertatibus sciuisset hic dicere.l.j.§.finautem deficientis.C.de cadu.tollē. Quātum ad alia cogeť iuramentū seruare.d.l.fi. cum sua glo. ff.de lib.cā. Nec etiā ob.ꝙ cū tutoris auto. pōt efficaciter.i.ciuiliter z naturaliter obligari: lȝ habeat rest̄ōnē sicut adultus: qꝛ illud in his in qbꝰ pōt autorari. Sed in alienatione bonoꝝ imobilium non pōt autorari nisi subsistēte cā debiti imo est eis interdictū.vt.l.j.in prin.ff.de rebus eoꝝ.z sic in effectu videtur cōcludēdum ꝙ lȝ ꝗtum ad alia possit procedere opi.canonistarum z quorūdam legistarū de qua.s.vȝ vt iuramentū prestitū ab impubere doli capace sit seruandum z ad obseruantiā eius possit cōpelli.quātū tñ ad hoc vt ꝑpter ipsum repellať a retractione alienationū bonoꝝ suoꝝ factarū ꝯ formā iuris: secus p illam auť.a ꝯrio sensu.z p glo.que est in.d.l.j.ff.de libe.cā.z sic reducentur ad cōcordātiā dicte opi.z seruabiť equitas z vitabitur iniqtas: qꝛ pupilli de facili inducunť ad iurandum.ideo ꝛc.xxij.paruuli. Rn̄dendo igitur formaliter ad primum ꝗsitū dicenduȝ est ꝙ dicta permutatio fuit nulla nec fuit iuramento firmata causis z iuribus de quibus.s.

2 ¶ †Super scd̄o vō dubio.s.que actio cōpetat huic adulto. respondeo ꝙ sine dubio cōpetit sibi rei vendicatio.l.magis puto §.pe.ff.de rebus eoꝝ.sed qꝛ in ea necesse haberet probare dn̄iū qd̄ est difficile.iuxta not.in.l.ita vt si fur.ff. cōmoda. melius z vtilius est ꝙ imploret iudi.officium petendo declarari dictam permutationem fore nullam z se non teneri ad eius obseruātiā narrando factum z etiam causas nullitatis: qua declaratione facta ꝯdemnetur eadē sn̄ia ad restitutionē illius domus z auferendo restōnem possessionum.quā practicam ponit spe.in ti. de reb.eccle.non alie.in pri.in tertia parte Speculi. Et qd̄ possit implorari dictum officium sup dicta declaratione ptȝ ex no. per Inno.in.c.fi.de offi.iudi.z per Bar.in.l.que sub conditione.§.fi.ff.de ꝯdi.insti.z in.l.j.de ferijs. Et possit petere vtrūqȝ in eodem libello alterum sub ꝯditione alterius. z sic rescindēs z rescissorium iudiciū simul cumulari patet in.l.fine herede.§. interposito.ff.de admini.tuto.z.l.qd̄ tempore.C.de resti.mili. per Cyn.facit quod idem no.in.l.j.C.de iudi.z qd̄ no.glo.in.l. qui de inofficioso.ff.de inoffi.testa. Nec poterit referre questionem domini cum habeat causam ab agente.iuxta no.per gl.in l.cum res.C.de proba. z qꝛ non fundabit actor intentionē suā super dominio sed super dicta cā.iuxta plene nota.in.l.si alienam.ff.solu.matri.per Bar.z.d.l.ita vt si fur.cōmo.

3 ¶ †Super tertio z vltimo quesito dicendū est qd̄ lȝ dictꝰ olim pupillus non soluerit debitum canonem a tempore ꝑmutationis facte non ꝑpterea icidit res in cōmissum ad damnū ipsius tantū ex eo qꝛ aduersarius eius ꝯtinue soluit vt diciť in pūcto: cuius solutio ꝑdest z profuit huic tūc pupillo.l.lex vectigali. ff.de pigno.z arg.in.l.q fundum.z.l.nam satis. cuȝ legibꝰ precedentibus.ff.queadmodū seruitus amit.tum qꝛ si ille non soluisset: iste tñ ex quo non erat in possessione non tenebatur soluere nec sibi nocet non soluisse. prout determinat Guil.de cu.z Bal.in.l.solēnibus.C.de rei vendica.facit qd̄ no. Bar.in.l.sequitur.§.si viam.in fi.ff.de vsucap. Laus deo.

¶ Summarium.

1 Si statutum vltra ius cōmune in minoribus.xx.anno.requirit aliquas solēnitates non tamen tollit solēnitates iuris cōmunis post.xx.annum.

2 Et sic minor.xxv.an.lȝ maior.xx.nō pōt alienare imobilia nisi ob es alienū etiā interuenientibꝰ alijs reqsitis p statutū.z.3.

3 Expresso vitiato an vitieť tacitū.z vide in apostil.

4 Habēti curatorē legitimū pōt dari datiuꝰ legitimo ꝯsentiēte.

¶ Consilium.cvj.

In christi nomine amen.

¶ Incipiendo a scd̄o dico dictas venditiones prediorum fore nullas etiaz propter hoc solum ꝙ facte fuerunt a minore.xxv.annis sine cōsensu curatoris z iudi.decre.z non subsistente legitima cā eris alieni.de rebus eoꝝ.p totum.z.C.de predi.minorum.per totum.

1 † Nec ob.id qd̄ allegatur in contrariū de statuto disponente ꝙ debeat adhiberi certa solēnitas in ꝯtibus minorum.xx.annis ꝑpter ꝙ dicunt ꝙ a cōtrario sensu censetur voluisse ꝙ si sint maiores.xx. solēnitas aliqua non requiratur. Et per consequens ꝙ etas.s.xx.annuz habeatur pro legitima etate z supra annū.xxv. Nam dico verū esse ꝙ a contrario sensu dicti statuti bene posset sumi ꝙ solēnitas requisita a dicto statuto non sit necessaria si contrahens sit maior.xx.annis: que solēnitas est maior ꝗ̄ solēnitas requisita a iure cōmuni: z omissio eius plus vitiat ꝗ̄ omissio solēnitatis requisite a iure cōmuni.vt patet ad sensum siquis bene inspexerit. Unde cum per statutuȝ prefigatur tempus vsqȝ ad qd̄ requiratur sequitur ꝙ vltra illud tempus non requiriť.ar.l.si ita quis.ff.de vulg.z pupil.de leg.iij.l.pater filium.§.fundum.de pac.l.epistola.§.fi.z.l.si vnus.§.j.sed ꝙ post.xx.annos non requiratur solēnitas iuris cōmunis hoc nullo modo potest sumi a contrario sensu dicti statuti cum de illa statutum non loquatur: sed si de illa loqueret z statueret ꝙ deberet obseruari in cōtractibus minor.xx.annis.fateor ꝙ a contrario sensu censereť velle ꝙ post.xx.ānos non requireretur z sic faceret illam etatez legitimam.arg.l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pac.dota.de testa.qui testamēto similiter. Sed cuȝ in casu nostro loquať de alia solēnitate requisita a dicto statuto dico ꝙ post.xx. annos licet illa nō requirať saltim requiritur solēnitas iuris cōis: qꝛ iste casus tanꝙ̄ omissus relinquitur dispositioni iuris.l.cōmodissime.ff.de libe.z postbu.cum si.

2 † plus dico ꝙ etiaz infra.xx. annos si alienat predia: non sufficit solēnitas statuti: vȝ cōsensus duoꝝ proximorum z curato.z iudi.decretū nisi etiaz interueniat iusta cā a iure cōi: vȝ es alienum.l.magis puto.§.non passim.z.§.si es alienum.ff.de reb.eoꝝ.lȝ enim statutuȝ reqrat illa tria in qualibet alienatione minoris.xx. annis z in quolibet contractu vel obligatione ipsius.z si vendanť mobilia debent illa sufficere: cū tñ vendunť imobilia requirunť illa z etiā vltra reqriť cā legitia.s.es alie.qd̄ reqriť a iure cōi a quo dȝ statutum suppleri.arg.ff.de re iudi.l.iiij.§.si qs cōdēnatus.v.sed si qdem. Statutum enim ꝓdictum non emanauit ad dirimendam z tollēdā solēnitatē iuris cōis sed ad ipsaȝ augendā: qꝛ requirit vltra ꝗ̄ reqrat ius cōe: non ergo dȝ operari ꝯriū effectū. ar.l.cū tale.§.falsam.ff.de condi.z demon.vñ reqriť id qd̄ reqrit ius cōe: z vltra hoc etiā reqriť id qd̄ reqrit statutū. preterea posito ꝙ esset verū id qd̄ dī p alterā ptē: vȝ vt istud statutū voluerit surrogare etatē.xx.annoꝝ z abinde supra etatē.xxv. annoꝝ: ꝗ̄ tñ est falsum: qꝛ verba eius hoc de necessitate nō important sed aliud de quo.s.dixi. Attñ posito qd̄ illud esset veruȝ: non tñ intelligereť hoc voluisse facere ꝗtum ad alienationem rerum imobilium quominus requirunť illa ꝗ̄ de iure cōi sunt necessaria.tex.est q hoc ꝓbat expresse.C. de his q veni. eta.l.ij. v.ita tñ.z.l.eos.vbi si cōcediť venia etatis ei qui est etatis.xx. ānoꝝ vel vltra p quā sua etas efficiť legitima z surrogať loco etatis.xxv.ānoꝝ: hoc tñ fallit ꝗtū ad ꝑtātē alienandi imobilia: qꝛ ꝗtū ad illā nō extendiť venia quominus sint necessaria ea que de iure cōi requirunť.si ergo hoc est in legitimatiōe etatis ꝗ̄ fit p principē principaliter z exꝑsse quāto magis dicendū est esse idē in illa ꝗ̄ colligiť incidenter z tacite a ꝯrio sensu dicti statuti cū etiā possit esse dubiū an colligať vel nō: censetur ergo facta dicta legitimatio quātum ad restitutionem in integrum vt nō possit peti nō ꝗtū ad faciēdū validas alienationes qui al's non essent: z ita sola sufficeret z abunde ad retractandas istas alienationes.lȝ vlterius diciť ꝙ nō valent qꝛ facte ab eo cui erat vel censebať interdicta alienatio z administratio bonoꝝ suoꝝ p iudicem eoipso ꝙ datus fuit sibi curator tanꝙ̄ ꝓdigo.prout determinat Bar.in.l.is cui bonis.ff.de verb.obli. nec ob.illa que alleganť contra istā dationem curatoris ꝙ nō valeat. Nam posito sine preiudicio veritatis: ꝗ̄ tñ negať ꝙ nō valeret datio: tñ interdictio administrationis z alienationis que resultat ex tali datione firma remanet.per.l. plane.la grāde.in prin.z per.l.si fideiussor.ff.de leg.j.

3 † Nec ob.ꝙ non valet expressum non valet tacitum[a].l.iij.§.fi.de serui.rusti.predi.qꝛ illud est verum quando est eadem ratio vitiandi vel qñ tacitū per se stare nō possit nō aliter: vt plene no.Cy.in auť.ingressi. C.de sa.san.eccle.sed hic non est eadem ratio vitandi: quoniaȝ interdictio censetur sibi facta tanꝙ̄ prodigo: z datio curatoris tanꝙ̄ minori.prout no.Bar.in.l.z habet.ff.de tutel.z.l.si curatorem habens.C.de in integ.resti. Item potest stare per se quoniam potest iudex interdicere alienationē bonoꝝ alicui absqȝ eo ꝙ det sibi curatorem: z talis interdictio reddat alienatiōes postea factas nullas.l.de pollicitationibus.in fi.ff.de polli.l. si creditores.ante fi.ff.de priuile.credi.z no.in.l.prosperit.qui z a quibus.per gl.l.ait pretor.de iure delib.cū si.de peti.here. l.diuus.sed vlterius diciť ꝙ dicta datio curatoris valuit non obstātibus allegatis in ꝯriū.nā primum qd̄ nō erat prodigus tolliť p ea que dixi in alio cōsilio.z p id qd̄ no. Bart.in.d.l.is cui.z.l.seie egresse.de tut.z cura.da.ab his.in fi.qꝛ de prodigalitate statur declarationi iudi.non sic de etate.

Additio.

a ¶ Non valet tacitū. Adde ꝙ vitiato expresso nō vitiať tacitū qd̄ est eque principale.vt ꝓbať in.l. fideiussor.i pn̄.ff.de leg.i. z in.l.i.§.i.ff.gbꝰ mod.pign. vel hypo.sol.z not. Allexā.in.l.j.in xj.col.vsi.lȝ qd̄ indistícte. ff. de vulg.z pupil.

4 ¶ † Ad scđm ꝙ extabat legitimus: ⁊ sic non erat deueniendū ad datiū. Rñdet ꝙ frater dicti prodigi q erat legitimus: q: ꝓpinquior fuit presens ⁊ cōsensit: q: fideiussit pro dicto curatore ꝓpter qđ colligit cōsensus. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. si gratuitā. §. fi. ⁊ hoc sufficit q: nulli aliū fiebat iniuria per hanc dationē nisi sibi quē prima cā tutele legitime tāgebat: vñ sufficit ipsum cōsensisse expresse vel tacite vt si ipse fuisset citatus ⁊ nō cōparuisset. ff. de ven. inspi. l. j. §. denūtiari. ⁊ qđ no. Bar. in. l. si qs istituat. ff. de heredi. isti. ⁊ de aqua plu. arcē. l. in diez. iunctis his q̄ no. p eumdē. in. l. tutor si petit. ff. de tuto. ⁊ cura. da. ab his. in qōne illa qñ fuit datus tutor cū extaret mater vel alius legitimus. vbi distiguit an mater vel legitimus fuerit in mora ⁊ valet: al's secus: fortius ergo valuit si consensit.

¶ Ad tertiū rñdet ꝙ censet dat⁹ eo modo quo dari debet. Nā Bar. dicit in. l. q hz. ff. de tute. ⁊ in. l. si curatorez. C. de in inte. resti. ꝙ debet fieri sibi iterdictio vt ꝓdigo: al's nō esset ꝓuisum ꝓdigalitati: q: plus operat talis iterdictio: q: facit ipsuz obligari naturaliter ꝙ non est in minore curatorez habente ⁊ dari curator vt minori. In hoc tñ non video magnam vim postꝙ talis iterdictio requiritur an detur curator postea vt prodigo an vt minori: nec habet istud reddere curā nullaz postꝙ vterqȝ status eius exigebat dationem curatoris. pōt eñ iudex eligere ꝙ magis expediat vnde parum est curandū de ista exceptione. Ad aliud ꝙ fuit data ad certum tempus rñdet ꝙ durante illo tempore fuerunt facte alienatiōes. Ad aliud ꝙ fuit facta sine cause cognitione ⁊c. rñdet ꝙ fuerunt presentes ⁊ cōsentientes q ledi poterant: vnde nō dicit facta sine cause cognitiōe. l. fi. C. si p vim vel alio mō. Ad aliud qđ dictus curator nō inceperat gerere nec cōfecerat inuentariū tēpore factarū alienationum. rñdet ꝙ istud nihil facit ad propositū: q: nullitas dictarū alienationum nō prouenit ex eo ꝙ curator gereret vel gerere incepisset sed prouenit ex eo ꝙ dicto ꝓdigo erat ablata seu interdicta administratio ⁊ alienatio suoꝝ bonoꝝ pure ⁊ simplr ⁊ alteri cōmissa. Cū ergo ille posset cogi ad gerēdum postꝙ acceptauerat. argu. ff. de arbi. l. iij. lz gerere nō incepisset: q: tñ poterat incipere impediebat aliū gerere cui erat simpliciter interdicta ⁊ ablata. ar. ff. de ꝯdi. inde. l. si nō sortez. §. adeo. C. de fideicō. l. si creditoris. Cōcludo ergo ꝙ ex multis capitibus dicte alienationes possunt retractari. Laus deo.

¶ Summarium.

1 ☞ Si in priuilegio conceditur autoritas legitimandi preter filios Illustri. principum: comitum: baronum: ⁊ nobiliū: qnomodo intelligatur verbum nobilium.

2 Confirmatio pape non validat legitimationem in vitijs non expressis in supplicatione. ⁊. 3.

3 Legitimatio non porrigitur ad defectus suppressos.

¶ Consilium. cvij.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Quantum ad primum dubium seu quesitū an dicta legitimatio fuerit nulla ex defectu potestatis legitimantis qui nō poterat legitimare filios illustrium principium comitū baronum ⁊ nobilium: ⁊ pater istius legitimate erat nobilis vt dicit ⁊ potest probari: ⁊ etiaz patet ex verbis legitimantis ad eam directis dum dicitur. dilecte nobis. M. nate nobilis viri ⁊c. facere potest dubium: quia illud verbum nobilium quod est generale videtur restringenduz ad nobiles similes expressis: puta regum. Marchionum ⁊ aliorū habentium superioritatem aliquam ⁊ iurisditionem in subditos seu dignitatem: non autem videt debere sic generaliter intelligi prout iacet. s. vt cōprehēdat simplices nobiles nō habētes aliquas maioritates seu ꝑeminētias in aliquos subiectos sz simplicia bona p̄rimonialia prout habent ignobiles: q: in illis nō videt fuisse aliqua ratio exceptuandi eos de ista ptāte tributa huic comiti sed esse debere in eis idem ꝙ in alijs nō nobilibus. ⁊ pro hoc. l. sed si adijciatur. ff. pro socio. vbi verbum generale lucri restringitur per speciale proxime precedens. c. vt sedes. de rescrip. † vbi generalis clausula restringitur ad similes expressis. ¶ Sed breuiter non audeo hoc dicere sed tutius fore puto verbis a principe prolatis ⁊ eorum significatui deseruire postꝙ de intentione ipsius ꝙ ita restringi voluerit nobis nō cōstat. ff. de exerci. l. j. §. si is qui nauē. de vsufru. lega. si alij. cū ad ipsum principem pertineat interpretatio ⁊ restrictio suorum priuilegiorum ⁊ rescriptorum. l. neratius de reg. iur. nam nobiles habentes maiorantias seu subditos ⁊ iurisditionem possunt comprehendi appellatione baronum: ⁊ sic nihil adderet verbum nobilium ꝙ non est dicendum. arg. l. ea tamen adiectio. ff. de lega. iij. intelligam ergo verbum nobilium ſm ꝙ verbum sonat ⁊ de oibus qui ſm cōem estimationez appellantur nobiles, iuxta ea que habētur in. c. j. de ꝯsue. li. vj. p Archi. ⁊ per Bar. C. de digni. l. si vt proponis. li. xij. potissime in casu nostro: q: dicitur mihi in facto ⁊ asseritur ꝙ est quidā nobilis in patria illa qui habet potestatez legitimandi nobiles. vnde fortius imperator huic ignobili ⁊ filio cuiusdaz notarij noluit hanc potestatem concedere in nobiles sed in sibi similes. nobiles autem ⁊ eorū filios voluit nobilibus reseruare. dr̄ etiaz qđ pater dicte legitimate non habebat simplex ⁊ ignobile patrimoniū: sed cū aliqua ꝑeminētia ⁊ maiorātia q̄ ſm vsuz patrie faciebat ipsum discerni ab ignobilibus: ideo vr̄ cadere sub exceptione contenta in priuilegio ⁊ sic dictā legitimationem nō valuisse ex defectu potestatis legitimantis ⁊ eam continere expressum errorem cum appellet eā filiā seu natā nobilis viri ⁊c. Et ipse sciebat seu scire poterat se nō posse tales legitimare. l. si expressim. ff. de appel. in hanc aūt sniam ꝓcliuior sum de presenti: propterea q: dicit dictā legitimatā mortuā esse sine liberis ⁊ fecisse heredē maritū suū penitus extraneū a cognatione sui patris ⁊ velle illū cōcurrere in maiorantiaz dicti p̄rimonij nobilis cum alijs de genere ꝙ posset esse cā scandali inter eos ⁊ non est credendum patrem hoc voluisse si cogitasset hoc euenturum. vñ istud mouet me ad fauendum dictis nobilibus institutis vna cum illa ne patrimoniuz defuncti deueniat ad extraneum ignobilem sed remaneat in familia. nō ergo ob. c. sedes. q: ibi ipsemet princeps interpretatur suū rescriptū: hic nō. nec etiā. l. sz si adijciat. pro so. nā patere pōt rñsio ex his q̄ no. bar. in. l. quesitum. §. fi. ff. de fun. instruc. ⁊ hoc breuiter de primo.

2 ¶ † Circa scđm de confirmatione facta autoritate aplica post mortem patris dicte legitimate videt ꝙ illa reddat eā validā: lz de se fuerit nulla. ff. de adop. l. adop. non iure facta. de rebus eorum. l. ij. extra de trāsac. c. veniens. in ꝯriuz ꝙ si legitimatio fuit nulla etiā cōfirmantio sit nulla. l. si ꝯstat. ⁊ qđ ibi p bar. ff. de appel. ⁊. l. si expressum. C. eo. l. nominationes. ⁊ qđ ibi plene p Bal. ⁊ qđ habet in regula nō firmat. in mercur. breuiter q̄tū ad defectū q fuit specificatus pape in libello supplicatiōis: vz ꝙ dicta legitimatio erat facta in terris ecclesie p habētez autoritatem ab imperatore: ⁊ sic erat dubium an valeret: fateor ꝙ censetur papa voluisse ex certa scientia dispensare ⁊ ꝙ censeret dispensatum concurrentibus alijs. Sed q̄tum ad defectuz de quo presentialiter agit qui nō fuit pape specificatus: imo fuit obiectum ⁊ assertum ꝯriū: vz ꝙ ille comes habebat ptātē legitimandi dictā legitimataz eo excepto: q: erat de terris ecclesie nō censet papa voluisse dispensare nec talem defectum tollere:
3 † q: legitimatio ⁊ dispensatio non porrigitur ad defectus suppressos. ff. de in ius vocā. l. sed si hac. §. patrimonium. de pecu. lega. l. cuz dñs. Iac. de are. de nata. resti. l. j. ⁊ qđ no. Io. an. in addi. Spe. ti. de clande. despon. ⁊ qui filij sint legi. super rubri. facit. c. ex parte. de offi. ordi. de sen. excō. cuz pro ea. Quinimo mandauit expresse ꝙ confirmaret ita demum si reperiret illuz habuisse potestatē legitimandi. Et iste non habebat potestatē legitimandi filios nobiliuz. ⁊ sic confirmatio fuit facta p commissarium pape preter formaz mandati. ergo ⁊c. c. dilec. de rescrip. per hoc etiam respondetur ad tertium quesitum ꝙ nulla clausula posita in rescripto pape. ⁊ nihilominus cū eadē autoritate dispenses ⁊c. hz in se illā cōditionē de qua. s. vz ⁊ quātū ad dictū defectum exp̄ssum non q̄tuz ad tacitos ⁊ suppressos. Preterea dictus cōmissarius non recte fuit partibus suis functus. vt in si. dicit tex. in. l. si pupillorū. §. si ꝑtor. ff. de reb⁹ eoꝝ. q: cuz haberet in mandatis se informare de potestate dicti comitis debuit requirere illos qui ledi poterant ex illa confirmatione. l. nam ita diuus. ff. de adop. de nata. resti. l. fi. ⁊ in. c. fi. de elec. lib. vj. ⁊ qđ no. in. l. gallus. §. ⁊ qd si tm̄. ff. de lib. ⁊ postbu. non enim poterat aliter se informare legitime. l. fi. C. si per vim vel alio modo. ⁊ sic dicitur facta sine cause cognitione ⁊ nocet non vocatis. iuxta not. per Inno. de causa pos. ⁊ proprie. cum olim. iunctis his que no. d. Fede. de se. in opere suo consilioꝝ. consi. clxxx. al's. cxl. ⁊ hoc breuiter de scđo ⁊ tertio quesito.

¶ Super vltimo clarū est ꝙ nō valētibus dicta legitimatione ⁊ ꝯfirmatiōe diuisio facta per illas dominas nō potuit afferre ꝑiudiciū filijs earū substitutis post earū mortē q nō fuerūt presentes nec cōsenserunt. C. fami. her. l. coheredibus. si in cōi eadem cā. l. j. in prin. ff. de libe. cā. si pariter. C. de reb⁹ cre. l. neqȝ filius. de aqua plu. ar. si aūt plures. ⁊ sic oīa reuocant existente casu substōnis filioꝝ. l. peto. §. ꝑdium. ff. de leg. ij. Laus deo.

¶ Summarium.

1 ☞ Dos que applicatur filijs matris mortue in matrimonio ex generali cōsuetudine an dicatur acquiri dictis filijs de bonis aui mr̄ni ad quē de iure mortua filia dos deberet redire.

2 Et qd si iste stipulatus est sibi ⁊ filie ⁊ filijs ei⁹: an isti filij computent sibi istam dotem in legitimam quam sunt habituri in bonis aui materni.

¶ Consilium. cviij.

In christi

In christi nomine amen.

1 ¶ †Dubitatio presentis articuli consistit in hoc: qr stante opi. Martini vera de cõsuetudine non de iuris rigore ẽm cõem opi. vz ꝙ dos a patre profecta non reuertatur ad eum si filia decedat in matrimonio liberis viuente patre. Sed remaneat penes virum ꝑpter liberos ꝑfata consuetudo aufert eã patri ad quem de iure deberet redire z tribuit eaz liberis: z sic liberi ꝑdicti dicũtur eã habere immediate ab auo materno cuius erat: lz nõ ex dispositione aui: sed ipsius cõsuetudinis prout in simi. dicit tex. in. l. si is qui. ff. de vulg. z pupil. ꝙ substitutus pupillaris dicit̃ capere bona pupilli ab ipõ pupillo, cuius sunt z a quo euellũtur: lz ex dispositione patris qui ipsum substituit: z si hoc est deberet eam sibi cõputare in legitimã que debet̃ eis de bonis aui mr̃ni cũ in eadẽ debeat cõputari qcquid habẽt ab ipso de ipsius substãtia. l. scimus. §. repletionẽ. C. de inoffi. test. z hec est ratio fortis ad quã non est dare respõsum ẽm Bart. in. l. iiij. ff. ad. l. fal. q dicit se in ea fundasse z bis ꝓ ista parte cõsuluisse: lz plures alij dicerẽt 𝔠trũ. vt refert Bal. q etiã in hoc fuit cõtrarius Bar. C. de colla. l. illam. per plures rõnes. sz ad hãc rõnẽ nõ videt̃ bñ respõdere: sz sue rõnes cõcluderẽt si haberẽt a matre tanꝙ heredes eius: quo casu etiã ipse Bar. nõ negat ꝙ imputare eam non deberent. Sz in casu nostro de dicta cõsuetudine factũ est ius scriptũ municipale qd illã cõfirmat: z sic illud idẽ facit z operat̃ qd operaretur cõsuetudo dicto statuto nõ extãte: facit qd not. in. l. ij. in prin. ff. de vulg. z pupil. in verbo moribꝰ. per doc. z qd no. Cy. in. l. ij. C. q sit long. cõsue. qñ de cõsuetudine efficit̃ lex vel statutum. Aufert ergo statutũ istud ꝑfatã dotẽ patri eidẽqz auo et tribuit liberis: z sic dicũtur liberi habere immediate ab auo: ergo debẽt sibi cõputare in legitimã eis debitã ab eo.

2 †Plus videtur in casu nostro ꝙ etiã ex expressa dispositione aui videat̃ habere ista infantula postꝙ ille fuit stipulatꝰ illã restitui ei cui ius dederit: nã censet̃ stipulatus ẽm ordinez iuris: videlicet ei cui deberet fieri restitutio si stipulatio nõ interuenisset. per ea que not. per Bar. in. l. vxorẽ. §. testõ. ff. de leg. iij. z. l. gaius. solut. mat. Sed si nõ interuenisset stipulatio deberet fieri dicte infantule virtutẽ dicte cõsuetudinis cõfirmate per statutũ: ergo censetur auus illi stipulatus z potuit sibi acquirere vtilẽ actionem. ꝓut est casus. C. de pac. quen. l. pater ꝓ filia. z. d. l. gaius. ff. solu. mat. z ista videnẽ multũ vrgere ꝯ dictã infantulã ꝙ teneat̃ cõputare. sed in 𝔠trũ aduertendũ: qr si pater nõ fuisset stipulatus dotẽ istã restitui: vel fuisset stipulatus precise restitui filijs dicte sue filie possent ista de plano cõcedi: sed stipulando eo modo quo stipulatus fuit. s. sibi vel filie vel filijs filie: vel illi cui ius dederit zc. censetur stipulatus sibi si filia decederet sine liberis. si vero cũ liberis cẽsetur per prius stipulatus filie sue quam censetur plus dilexisse ꝙ eius liberos eo casu quo cuz liberis decederet. vt voluit Bar. in. l. si cũ dotẽ. circa fi. princi. ꝓ illũ tex. ff. solu. mat. dicens ita fuisse disputatũ per Jac. de bel. z sic in puncto mortis cũ mori incipit cum liberis purificat̃ stipulatio in personã filie adhuc viuentis quã trãsmittit ad suos liberos tanꝙ eiꝰ heredes. z ita intelligũt. l. inter socerũ. §. cũ inter. ff. de pact. dota. s. ꝙ ibi liberi habeãt tanꝙ heredes matris in quã matrẽ censetur cõcepta taci. stipulatio in casu quo cum liberis decedat z sic purificat̃ stipulatio in pũcto mortis in personam filie. sicut in simi. habet̃ in. l. si filius heres. ff. de liber. et posthu. z. l. suus quoqz. §. marcellus. ff. de here. insti. z si ita est sequitur ꝙ dicti liberi: z in casu nostro dicta infantula non habet istã dotẽ ab auo sed a matre: nec tanꝙ de bonis z patrimonio aui de quo exiuerat. l. pater. ff. ad. l. falci. de colla. dotis. l. fi. in fi. Sed tanꝙ bona sue matris effecta per donationem patris ꝙ fieri poterat etiã iure veteri. l. põpo. filadelphus. ff. familie herci. z sic habẽt locũ rõnes facte per Bal. in. l. illã. C. de colla. vt nõ debeat cõputare. qd etiã videt̃ fuisse de mẽte Bar. in d. l. in quarta. z in. d. l. post dotẽ. que format hoc dubiũ qñ filie haberent vt heredes matris: qr pater fuisset tñ stipulatus vel sibi in vnũ casum quo casu censet̃ stipulatus filie in alterum casum. vt. d. l. si cũ dotẽ. an tunc dicti filij debeant eã sibi computare: z licet nõ soluat sed dicat se dubitare z esse pulchrũ dubiũ tamẽ innuit ꝙ non z dat clare intelligere ꝙ ea que prius dixerat locũ habẽt quãdo nõ habent vt heredes matris: sed ab ipõ auo immediate ꝙ contingeret si nulla stipulatio interuenisset vel in personã filiorũ tantũ z specifice: z ego dico ꝙ tunc habebit locũ determinatio Bal. z aliorũ qui tenuerũt cõtrariuz. s. ꝙ imputari nõ debeat in legitimã: qr dicto casu militãt rationes eorũ. vt ptz ex not. per Bal. in. d. l. illã. z si dicatur ẽm hoc resultabũt dãni patri ꝙ stipulatio censeatur per prius cõcepta in personã filie tanꝙ magis dilecte. Respondetur ꝙ sibi imputet quare specifice nõ cõcepit in personã nepotũ: qr tũc computarent in legitimã. arg. l. fi. C. de dotis promis. in fi. Item si dicatur postꝙ consuetudo vel statutũ aufert auo z dat filijs filie quomodo potuit auus per suã stipulationẽ auferre nepotibus z dare filie. Respondeo potuit a prin. z anteꝙ eis esset ius qsitum. l. quotiens. ff. solut. mat. de pac. dota. si cum dos. Itẽ qr sentiunt vtilitatẽ in hoc ꝙ non tenentur computare tanꝙ heredes sue matris. vnde conqueri non possunt. plus videtur ꝙ etiã citra vllã stipulationẽ idẽ sit qd. s. dixi. si verũ est qd asseritur per primũ dñm consulentem ꝙ dictũ statutũ fuit sic semper intellectũ z practicatũ z interpretatum Ferrarie ꝙ filij filie habeant vt heredes eius quasi tantum operatur statutum quantum stipulatio in personam filie cõcepta. l. si de interpretatione. ff. de legi.

Laus deo.

¶ Summarium.

1 Simulatio cõtractus põt coniecturis probari: z qualiter probetur fuisse cõtractus pignoris: lz instrumẽtũ cantet de venditione quãdo agitur solũ de cõputan. fructus in sortem.
2 Quãdo est qstio facti de vsuris iudex secularis est competens.
3 Et pulchre quomodo cognoscatur an causa sit in iure an vero in facto: z ꝙ crimen sit mere ecclesiasticum.

¶ Consilium. cix.

In christi nomine amen.

¶ Uisa petitione predicta z testibꝰ pro vtraqz parte receptis: z etiã sententia lata in fauorem dictoruz agentiũ super eo ꝙ primo queritur vtrũ ex deductis in processu sit probatum pignus: z sic simulatio cõtractus. respõdeo ꝙ sic:

1 † quia talis simulatio seu fraus de contractu vendi. ad contractum pignorationis probat̃ q cõiecturas z verisimilitudines tam de iure cõmuni. vt in. c. ad nostrã. de emptio. z ven. et c. illo vos. de pig. z not. per docto. in. l. emptione. C. plus valere qd agit̃. facit. l. dolũ. cũ ibi no. C. de dolo. ꝙ etiã per statutuz Pergami sub rubrica de cognoscendo per dictã potestatem z eius iudi. de cõtractibus fictitijs zc. vbi dicit̃ ꝙ possit fieri ꝓbatio ex leuibus ꝑsumptionibꝰ qd quidẽ statutũ laicorũ valet inter laicos etiã in materia vsuraria quãdo disponit super questionibus facti que sunt vel esse possunt de foro seculari: vt dicã in sequenti dubio. z ita tenet Fede. de señ. in opere suo. cõsi. xcj. si bene inspiciatur eius mens z intentio. Et inter alias cõiecturas est ista: si posset ꝓbari ꝙ debitor querebat accipere pecuniam mutuo super tali possessione: postea reperit̃ ipm fecisse vẽditionẽ de illa possessione pro quãtitate quã querebat. Nã presumitur color quesitus de cõtractu ad cõtractũ: sicut z alibi de persona ad personã. ff. ad velle. l. mulier. §. si cum esset. z hoc not. Host. in. d. c. ad nostrã. Uel quãdo cõcurrunt duo. s. ꝙ res valet longe plus ꝙ fuerit vendita z ꝙ factũ fuit pactũ de retro uendendo. Alterũ vero nõ sufficeret: qr tex. illorũ capituloruz loquitur in pluri. z sic requirũt plures adesse coniecturas. Sufficiãt ergo due. l. vbi numerus. ff. de testi. Sufficeret etiã cũ vna illarũ qualitas persone creditoris seu emptoris si consueuisset fenerari vel tales cõtractus simulatos facere. l. qui semissem. ff. de vsur. in fi. de pig. ac. l. vniuersorũ. z qd not. doc. C. de vsur. l. cũ allegatas. ff. de verb. obli. l. stipulati sumus. sz hic adsunt predicte coniecture z etiã alie plures: z primo adest prima: qr Auogarius pater istorũ agentiũ anteꝙ faceret vẽditionem de dicta petia terre querebat accipere mutuo super illa possessiõe: z eã pignorare z nõ vendere: vt ptz ex depositione. vij. testium scz Jacobi bonage q deponit qualiter dictus Auogarius ita sibi dixit: z ꝙ ipse voluit emere sed ille noluit vendere: cui Jacobo videt̃ dãda plena fides in hoc: cũ deponat de facto suo. argu. l. quero. §. fi. ff. de edili. edic. licet quando deponit de facto alieno nõ sufficiat vnus. l. vbi numerus. ff. de testi. C. eo. titu. l. iurisiurãdi. Cõfirmatur etiã hoc ex depositione primi testis q dicit ꝙ Guil. voluit dare Auogario lib. mille ducẽtas sed ille noluit recipere nisi sexcẽtas: z sic apparet ꝙ noluit vendere sed pignorare. Itẽ adsunt alie due cõiecture. s. maioritas pretij de duplo maius ꝙ datũ fuerit cũ oẽs quasi testes inducti per actores deponãt ꝙ valet mille ducẽtas lib. z vltra: z tñ vẽditio facta fuit pro sexcẽtis. Nec obst. testes inducti ꝓ alia parte: qr deponũt de tpe guerre ꝙ ꝑpter guerrã erat possessio inculta z nõ fuisset repertus qui dedisset vltra. 600. lib. qr istud nõ probat verũ pretiũ rei cũ sit tẽporale qd sperabat̃ cessare: ideo non debet attendi. l. pretia rerũ. in fi. ff. ad. l. falci. Preterea testes alij pro actoribus induci dicũt ꝙ illi met emptores dedissent. M. cc. lib. si ille voluisset facere liberã venditionẽ z sine pacto de retrouẽdẽdo: z illis magis est danda fides: qr dicũt verisimiliora. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. z licet dicti testes deponentes de maiori valore forte non reddũt ita sufficientem causam sui dicti sicut requireretur si ageretur de suppletiõe pretij. iuxta. l. ij. C. de rescin. vendi. qr tũc ageretur de magno ꝑiudicio. In ca

su tamē nostro q: non agitur de suppletione pretij nec de retractatione cōtractus propter pretiū: q: immo petitur retractari propter pactū de retrouendendo: nec negatur restitutio rei vel retrouēditio: immo offertur: sz solum agitur de probādo simulationē cōtractus ad finē cōputādi fructus in sortē non videt requiri tam exacta probatio sicut requireret si ageret de his q̄ s. dixi. tum q: hoc nō est magni preiudicij sicut sunt illa: tū propter naturā simulationis que per cōiecturas etiam leues detegitur. l. si maritus. §. fi. ff. qui ꝛ a quibus. de manu. l. iiij. §. si ab ignoto. l. sicut. §. superuacuū. quibus mo. pig. vel hypo. sol. et qd not. Bar. in. l. post contractū. ff. de dona. sic etiā dicti testes debent sufficere. arg. l. j. C. de rei vxo. act. post prin. Est etiā cōuentio de retrouendēdo facta eodem die. ꝛ sic magis arguit simulationē q̄ si ex interuallo. ff. que in frau. credi. l. si ventri. §. in bonis. in fi. ꝛ qd not. in. c. officij. de elec. Nec ob. q vn⁹ testis actorū dicat q ex interuallo fuit facta dicta cōuentio: q: ex tenore instrumenti apparet de cōtrario: ꝛ sic illi nō est danda fides. C. ad velle. l. antique. Sunt etiā alia indicia que arguunt simulationē predictā ꝛ coadiuuāt ea que dicta sunt vt ꝛ si per se non sufficerent qd negatur: iuncta tamē cū istis sufficere debent. iuxta illud que nō prosunt singula ꝛc. l. si stipulatus. ff. de vsur. ꝛ per. c. fi. de succes. ab intesta. ꝛ qd no. in. l. ij. in prin. ff. de excu. tuto. ꝛ. C. de rei ven. l. indicia. ꝛ. l. ob carmē. §. fi. ꝛ. l. iij. §. ij. ff. de testi. sunt autē ista. primo q: fuit actū in pacto de retrouendendo qd post certū tps ꝛ non ante teneret retrouēdere: et sic patet q voluerūt aliqd lucrari dicti emptores de eo q fecerunt. ergo ꝛc. ar. dictorū capitulorū. Itē est vnus testis: videlicet tertius in ordine q est do. Jac. filius dñi Marchi de aduocatis qui deponit de confes. partis aduerse facta presentibus istis agentibus vel altero ipsorū recipiente pro se ꝛ fratre suo qualiter re vera mutuauerat dictas sexcētas lib. ꝛ receperat illam possessionem pignori: nō aūt emerat: qui testis facit semiplenā probationē: q: si essent duo testes facerent plenā. Nā cōfessio extraiudicialis facta parte presente facit plenā fidē vel saltē releuat alterā partem ab onere probandi. iuxta not. super rubri. de pba. p Joā. and. in nouel. ꝛ. l. publia. §. fi. ff. deposi. ꝛ l. cū de indebi. §. fi. ff. de proba. C. de nō nume. pecu. l. generaliter. per doct. si duo facerent plenā: ergo vnus semiplenā. per ea que not. Bar. in. l. admonēdi. de iureiur. ꝛ ptz in. d. c. fi. de succes. ab intesta. ꝛ semiplena probatio est plus q̄ indiciū vel cōiectura. vt no. in. l. cū pba. ff. de pba. in gl. Sūt etiā plures alij testes qui deponunt de confessione facta parte absente que plene probata facit semiplenā probationē[a]. vt not. Bar. in. d. l. admonendi. de iureiurā. ꝛ lz testes in hoc videātur singulares: q: deponūt de cōfessionib⁹ factis diuersis tēporibus: negari tū non potest qn faciāt magnū indiciū ꝛ cōiecturā: ꝛ sic adminiculant ad plenā pbationē lz directā pbationē nō faciāt. vt in. d. §. fi. de succes. ab intesta. sic ergo cōcludit per illud capitulū q vel est directo pbatū pignus vel tā sufficiēter adminiculatum qd sufficit ad sentētiā p actorib⁹. ꝛ hec de primo dubio vel q̄sito.

2 ¶ † Quātū vo ad scdm dubiū an dicta sentētia reddat nulla ex defectu iurisdi. quasi iudex secularis de hac causa vsuraria[b] cognoscere nō potuerit nec pronūtiare tanq̄ de causa ecclesiastica seu spūali non pertinēte ad suū forū. iuxta not. in. c. cū sit generale. de foro cōpe. ꝛ in cle. dispēdiosam. de iudi. ꝛ per Jo. and. in. c. j. de vsur. lib. vj. in nouel. iuncto. c. si iudex laicus. de sentē. excō. ꝛ. c. vt inquisitionis. §. prohibem⁹. de hereti. li. vj. dependet ex his que not. Archi. xiiij. q. iiij. quid dicā. qui tenet sm q̄ plures q vsure possunt repeti in curia seculari. ꝛ Paul. de leaza in cle. j. de vsur. qui distinguit an sit questio facti: q̄ distinctio fuit originaliter Jo. and in casu simi. de ordi. cogni. c. tuā. ꝛ eā approbat Fede. de senis in. d. consi. xci. ꝛ Bar. in. l. titia. ff. solut. mat. ꝛ do. Pet. de ancha. in. c. ea que. de reg. iur. lz Bal. in. l. quotiens. C. de iudi. dicat q siue sit questio iuris siue facti pertinet ad forū ecclesie q puto verū actore volente: q: q̄ vult repetere vsuras vel petere declarari cōtractū esse vsurariū pōt eligere curiā ecclesiasticā si vult etiā qn est questio facti. Et ita videmus cōmuniter fieri qn moritur aliqs vsurarius de cuius cōtractibus nō vertitur questio iuris sed facti. s. quantū quis soluerit pro vsuris. Et sic est questio facti: ꝛ tn repetūtur vtplurimū in curia ecclesiastica. ꝛ hāc iurisditionē sibi appropriauerūt rectores ecclesiastici a tanto tpe cuius nō est memoria. vt not. Joā. and. in. d. c. j. de vsur. lib. vj. in nouel. Sed si volunt agere in curia seculari eo casu quo sit questio facti non est negandū quin possint. ꝛ sic saluantur no. per Archi. ꝛ alios in preallega. c. quid dicā. ꝛ per alios in locis. s. alleg. In casu autē nr̄o est q̄stio facti ꝛ nō iuris. qd ptz: 3 † q: tunc est questio facti quādo partes nō sunt cōcordes in facto sed in iure sic: q: ptes fatentur q si factū sic se haberet esset vsura: sed si non sic se haberet non esset vsura. Tum aūt dicitur questio iuris qn partes sunt concordes in facto non in iure: puta si vendātur fruct⁹ ad tempus minori pretio partes fatentur vendi. fuisse factā ad tēpus: tū vna pars dicit talem venditionē cōtinere vsurariā prauitatē: altera contradicit. Certe ista est questio iuris mere non facti: quia de facto non contenditur inter partes sed solū de iure: ꝛ ideo pertinet mere ad forū ecclesiasticū: ꝛ iudex secularis etiā ex proroga. partiū videtur q non posset cognoscere: q: videtur causa spūalis cuius nō est capax iudex secularis. c. decernimus. de iudi. ꝛ. d. c. si iudex laicus. de sen. excom. ꝛ qd no. In no. not. in. c. de causis. de offi. deleg. ꝛ doc. iuris ciuilis in materia prorogationis iurisditionis qui dicunt q in iudi. non habente imperiū nō potest fieri prorogatio de imperio mero vel mixto: q: talis potestatis non est capax: licet in contrarium faciat qd no. do. Pet. de ancha. in. d. c. ea que. q dicit q cā vsuraria nō est spiritualis sed est ecclesiastica non mere. Nā solū crimen heresis ꝛ simonia dicūtur crimina mere ecclesiastica. vt. d. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hereti. lib. vj. ꝛ de illis solus ecclesiasticus potest cognoscere. Sunt quedā q̄ sunt ecclesiastica sed non mere vt sacrilegiū. vt no. in. d. c. cū sit generale. de quo etiā secularis potest cognoscere. vt. l. si qs in hoc gen⁹. C. de episco. ꝛ cleri. ꝛ sm hoc videret q de. q. vsurarū: etiā quādo esset questio iuris: posset secularis cognoscere de cōi cōsensu partiū. Sed quādo est questio facti tunc etiam reo inuito.

¶ Breuiter super isto articulo de prогatione nō insisto de presenti: q: nō expedit cū in casu nostro sit questio facti ꝛ nō iuris: ꝛ sic etiā reis inuitis potuerunt actores recurrere ad curiā secularem sm cōem opi. doc. de qua. s. q aūt sit questio facti ꝛ nō iuris patet clare: q: solū de facto cōtēdit inter ptes: videlicet vtrū fuerit inter eas q nō esset emptio ꝛ venditio prout instrumētū cantabat: sed esset pignus prout partes re vera agebāt. An autem q esset vera venditio: nā vtraq: pars fatet q si fuisset actū q non esset vera venditio: sed pignus censeretur facta simulatio de pignore ad venditionem in fraudem vsurarū. s. vt dicti cre. tanq̄ de venditione lucrarent fructus interim pceptos. C. de pac. inter empto. l. ij. quos de pignore lucrari nō potuissent sed in sortē habuissent computare. l. j. ꝛ. ij. de pig. act. Itē vtraq: pars fatetur q si fuisset actum vt esset vera venditio prefati emptores lucrarētur fructus interim perceptos. De hoc ergo facto cōtenditur inter partes: scz qd fuerit actū inter eas non autem de iure q resultaret ex facto declarato ꝛ posito pro constanti: de illo enim sunt concordes. ꝛ isto modo declarat Bar. in. d. l. titia. sequitur ergo q potuit hoc peti in curia seculari: lz potuissent actores hoc petere etiam in curia ecclesiastica si voluissent: ꝛ iō dicta snīa non est nulla ex defectu iurisditionis: ꝛ dicta exceptio nullitatis ex isto capite nō pcedit. Laus deo.

¶ Summarium.

1 ¶ Ex cumulatione petitorij ꝛ possessorij retinēde pos. redditur libellus ineptus: ꝛ per cōsequens iudiciū ruit quādocunq: facta protestatione ante lit. contest.

2 Actor qui fatetur reū dñm vnius fundi pro parte pro indiuiso facit eum presumi dñm totius nisi aliter probet: ꝛ sic reus debet absolui ꝛ a petitorio ꝛ etiā a possessorio. ꝛ. 3. ꝛ. 4.

3 De cōnexis ꝛ inseparabilibus idē est iudiciū quādo est eadem ratio connexorum.

4 Dispositio facta de parte trahitur ad totum quando est eadē ratio in alijs partibus.

¶ Consilium. cx.

In christi nomine amē.

¶ In causa que vertitur corā domino locūtenēte patrie foris iulij: inter cōmunitatem ꝛ hoies ville seu castri buye petētes ex parte vna: ꝛ cōitatem vel hoīes ville osopij ex altera super dño ꝛ pprietate: necnon possessiōe cuiusdā pascui q hoies dicte ville osopij dicūt ad se iure dñij ꝛ possessiōis insolidū ptinere: ꝛ ppter hoc fecerunt pignorari quosdā de dicta villa buye reptos ibi pascuare. Prefati vo de villa buye dicūt dictū pascuū cōiter pertinere tā ad eos q̄ ad hoies dicte ville osopij: ꝛ etiā ad hoies q̄rūdā aliarū ꝛ se cōiter cū illis eē i possessiōe petūt hoc declarari: ꝛ etiā dictas pignorатiōes reuocari ꝛ retractari ꝛ eis pignora restitui.

1 ¶ † Uiso libello porrecto per homines de buya: ꝛ responsione facta ad ipsum vna cū toto processu ꝛ attestationibus testium hincinde receptorum ꝛ productorum. Uidetur dicendū homines de dicta villa osopij debere absolui pluribus rationibus. Et primo ratione ineptitudinis libelli: quia in eo proponitur petitoriū inquantū petūt declarari dictū pascuū ad se pertinere pro parte ꝛ etiā possessoriū retinende inquantū petūt declarari se esse in possessione cōmuniter cum hominibus dicte ville osopij ꝛ aliarum. Constat autem q ista duo iudicia simul proponi non possunt ratione contrarietatis: quia in possessorio retinende

---

a ¶ Probationem. Adde do. Mari. sozi. i cōsi. xv. vsi. tertius vo tractatus. circa mediū. in prima pte. q cōfessio extraiudicialis semel dūtaxat facta absente parte non nocet plene: secus vero reiterata seu geminata: quia tūc nocet cōfitenti. ꝛ adde eūdez Pau. s. in consi. lxxix. ꝛ qd ibidē dictū fuit in apostil.

b ¶ Usuraria. Adde eūdē pau. de cast. s. in cōsi. ij. ꝛ qd ibidē dictū fuit in apost.

tinende asserit se possidere: in petitorio vero videt asserere contrarium: quia illud nō competit possessori possidenti omni genere possessionis.l.j.§.interdictū aūt.in fi.ff. vti posside. nisi propo neretur ratione diuersarū possessionū qđ hic nō apparet. iuxta ea que plene habentur in.l.si de vi.ff.de iudi.C. de interdictis.l.incerti.de rei vendi.l.ordinarij.z.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquiren.pos.iuncta.l.j.C. de furtis. Sindicus autem ville osopij protestatus est de ineptitudine libelli tempore quo ad ipm respondit litē contestando: z sic censetur reseruata post litē contesta.z quādocūqz de ipsa ineptitudine postea ap

a pareat censetur retro nullū fore quicqd[a] super dicto libello factū est.l.nā z postea.§.j.ff.de iureiurā.l. pretor.§.j. qui incipit controuersia.ff.de dam.infec.z his que not. Bal.C. de rei ven

b di.l.domū.s.ꝙ libellus ineptus est ipo iure nullus[b].z.C.de iureiuran.l.actori.in fi.z qđ not.insti.de obli.circa prin.in glo.q̄ incipit istud.z qđ not.in addi. Spe.de actio.seu peti.§. sequit videre.z de offi.iudi.§.deseruit.ver.quid si libellus.

2 ¶†Secundo z fortius veniunt absoluendi dicti de osopio: quia ex confessione predictorū agētiū apparet ꝙ ipsi de osopio sunt dñi z possessores dicti pascui. Dicūt tamē agentes ꝙ non insolidū sed vna cū eis: ex quo igitur constat per confessionē predictorū ipsos fore dominos z possessores pro parte presumūtur dñi insolidū nisi dicti agentes probauerint se esse dños vna cū eis pro alia parte: eo quia dictum pascuum est vnū quid inte-

3 grum z nō indiuisum in aliquo. † z regula est ꝙ de cōnexis et inseparabilibus idē est iudicium.ff. de separa.l.j.§. preterea. de admi.tuto.l. ita autem.§. si tutor.z.l. tutor q tutelam.post princi.de dam.infec.l.si finita.§.ex hoc.ꝟ.si vo vnita.C.de nego.gest.l.si cognatis.maxime qñ est eadem ratio connexorum. vt not.in.c.preterea.de offi.deleg.in fi.glo.magne. Unde si cōstat me esse dominū in certa parte vnius fundi integri et vniti: presumor esse dominus omnium aliarum sibi coherentium et connexarum nisi probetur alium esse dominum illarum. argu. iurium predictorum facit.l. vxori.in princi.ff. de lega.iij.

4 vbi† appellatione partis totū continetur: z dispositio facta de parte trahitur ad totum quando est eadē ratio in alijs partibus.facit etiam.l.gaius.§.si.ff.de leg.ij.z qđ no. Bar.in.l.j.ff. de rebus dub. Isti autem agentes de dominio nullo modo probauerunt ex quo sequitur ꝙ etiam si probassent de possessione debent in possessorio retinende ꝑualere z obtinere dicti de osopio qui habent pro se presumptionem de dominio z proprietate super toto pascuo: cum in dicto possessorio existentibus partibus probationibus super possessione preferatur ille qui probat de proprietate ei qui non probat vel non ita bene probat. vt habetur z probatur in.c. licet causam. de proba. z in materia interdicti vti posside. quia modicum additum vni ex paribus reducit ea ad imparitatem.c.duobus.de rescrip.lib.vj.et sic veniunt absoluendi dicti de osopio tam a petitorio ꝙ a possessorio ꝙ etiam a restitutione pignorum que capta fuerūt pro defensione possessionis.

¶Tertio veniūt absoluendi dicti de osopio: quia per multos bonos testes productos per eos deponitur ꝙ dictū pascuū est de pertinentijs vel infra pertinentias dicte ville de osopo.i.infra eius territorium: z per cōsequens presumitur ad eos pertinere tam ratione dominij ꝙ possessionis: z si quā possessionem habuerunt dicti agentes in dicto pascuo postꝙ est infra territorium dicte ville de osopio presumitur iniusta: nisi iustificet aliquibus causis ꝙ factum nō est. arg.c. ad decimas.de rest.spo. lib.vj.iunctis his que not.de pertinētijs castri.in.c.cū ad sedē de resti.spo.in antiquis.per Inno.z alios.

¶Quarto veniunt absoluendi dicti de osopio a possessorio retinende: quia z si agentes de possessione vel quasi probassent: non tamen esset talis que pertineat ad huius iudicij vigorem. Quoniā ad hoc vt quis vincat in dicto possessorio debet possidere non vi: non clam: nec precario ab aduersario.l.j.in princ. ff.vti possi.sed hic non sic: quia immo per testes illorū de osopio apparet ꝙ vi possiderunt: idest contra voluntatem illorū de osopio qui predictos reptos pascuare pluries z pluries pignorauerunt vt dicunt multi testes etiam qui fuerunt ibi officiales: z dicunt se ita fecisse: z ꝙ fuerunt restituta pignora soluta pena: z sic patet ꝙ vi possiderunt.l.j.§. quid si vi factū.ff. ꝙ vi aut clam. ergo debent succumbere: quia melius probant dicti de osopio ꝙ non vi: non clā: nec precario ab aduersarijs possident qui fatentur de plano ipsos de osopio fore dominos et possessores: lz dicāt ꝙ etiā ipsi sunt vna cū eis. Laus deo.

¶Summarium.

1 ¶Qui probat quasi dominium debet obtinere in publiciana aduersus possessorem nudum qui non ostendit aliquem titulum habilem ad do.transferendum.

¶Consilium.cxj.

In christi nomine amen.

¶In causa agitata Utine coram domino locūtenente inter ser Geor.z fratrē filios ser And.radiuissi z etiā heredes agentes z petentes ex parte vna: z Paulū mariani de nimis reū cōuentum z suos manutētores ex altera super quodā terreno qđ prefatus Paulus de presenti tenet z possidet ex emptione vt asserit facta per eū a quodā ser Federico qui comparuit in hac lite z illā in se suscepit: prefati vero agentes asserunt dictū terrenū ad se pertinere iure dominij vel quasi ex emptione facta per ser Andreā patrē ipsorū iam sunt anni xlij.vel circa a quodā Jacobo mareti de nimis q dictū terrenum tenebat z possidebat tanꝙ suū z colebat: z statim eadem die locauit dictū terrenū prefato Jacobo venditori pro certo annuo affictu: quē dicunt illū soluisse quousqz vixit.z sic p.xx. annos z vltra: quia mortuus est a.xx.annis citra. Prefati vo cōuenti dicūt illū Jacobū non fuisse directū dñm: sed tenuisse dictū terrenū tanꝙ massarium loco dicti Federici z fratris: z ꝙ quolibet anno soluebat eis certū annuū censum: vnde dicūt ꝙ non potuit trasferre in dictū ser Andreā directū dominiuz qđ non habebat. Uiso processu z omibus actis z actitatis in causa: necnō attestationibus pro vtraqz parte receptis sup eo qđ queritur que sint vel esse debeant partes iudicis in pronūtian

1 do an pro agentibus an ꝓ cōuentis.† Respondeo ꝓ pma parte ꝙ pro agentibus z condemnare dictos conuentos ad restitutionem dicti terreni tali ratione: quia dicti agentes vident intentasse rei vendicationē vel publicianā qđ facere potuerunt. iuxta ea que habētur in.c.abbate.de re iudi.lib.vj.z probauerunt q̄ eis incūbūt.s.titulū habilē ad translationē dñij z traditionem saltim fictā per locationē statim factā per partē q̄ sufficit.l.quedā mulier.ff.de rei ven.C.de dona.l.quisqs. Item solutio pretij.prout de omibus istis cōstat per instrumenta ꝓducta per eos. Itē solutionē affictus probarūt per testes: aut igitur prefatus Jacobus erat dñs direct[us]: z tunc debent dicti agētes vincere in ipso directā rei vendicationē.l.in rē.in princi.ff. de rei vendi.aut erat dñs vtilis z debent vincere in vtili: quia in ipsum trāstulisset venditor: z in hoc libello censetur etiā vtile dñium deductū.vt not. Bart.post Dy.z Guil. de cun.in.l.si mater.§.eandē.ff.de excep.rei iudi.in vlti.col.aut neutro modo erat dñs: z tunc transtulit vsucapiēdi cōditionē.l.clauib[us]. ff.de contrahen.emp. Cū ergo dictus ser Andreas possederit per dictū Jacobum venditorē qui tenebat vt cōductor emptoris quousqz Jacobus ipse vixit.z sic per annos.xx.titulo z bonafide prescripsit longo tempore.z sic similiter acquisiuit vtile dñium.iuxta not.in auc.nisi tricennalis.C.de bo.mater.et sic idē qđ in precedenti. Et si prescriptio nō esset cōpleta deberēt obtinere in publiciana qm̄ agunt contra illos qui nullū ꝓbauerunt titulū sed solā possessionē. Nā Pau.principaliter conuentus: lz allegauerit titulū.s.emptionē factā a Federico: ipm tamē vel ipsam non produxit in iudicio nec ꝓbauit per testes. Constat autē ꝙ si habens titulū z bonāfidē cum traditione facta a nō dño agat cōtra simplicē possessorē q nullū titulū ostēdit debet obtinere in publicianā: quoniā dicitur habere quasi dñium z possessor nullū.vt.l.j.in princ.z per totū.ff. de publi. Prefatus etiā Federicus manutētor: lz alleget se z fratrū fuisse dominos: non tamen deduxit nec ꝓbauit aliquem titulū sufficientem ad hoc sed solā solutionē census. Sz pro maiori parte testes deponunt ꝙ propria autoritate sibijpsi soluebat faciē do vindemiare vineā a suis famulis: z qđ illum recusantē soluere fecit aliquando incarcerari: z sic probāt de violenta possessione que nō ꝓdest.C.de proba.l.vis eius.z posito ꝙ nō fuisset violenta: quia tamen non est fulcita titulo: z per consequēs est nuda non prodest aduersus agentes qui habuerūt eā cū titulo z sic non est nuda sed fulcita dñio directo vel vtili seu quasi dominio: licet si dictus Pau. principaliter conuentus probasset titulum quē allegat videretur debere obtinere in publicianaz non in rei vendicatione: quoniā titulus ille quesitus esset a diuersa psona z ipe est in possessione.l.sinautē.§.fi.z.l.se.in priu. ff.de publi.sed hic nō ꝓbauit z sic in oēm euentū debent agentes obtinere. Non ergo est curanduz ex quo capite.l. gallus.§. si eius.in fi.ff.de liber.z posthu. de acquiren.heredi.l.ꝙ si dubitet.z si dicatur prefatus Jacobus vēditor non potuit per illam fictā traditionē que resultat ex conductione facta ab emptore transferre possessionem in ipsum emptorē cum per prius teneret noīe dicti Federici: z sic Federicus erat ille q habebat possessionē ciuilē quā sibi nō potuit Jacobus auferre per dictā fictā traditionem.l.ꝙuis.§.j.ff.de acqui.pos.z p cōsequēs non potuit emptor incipe pscribere.iuxta no.in.l.j.in fi.mag.glo.

a ¶Quicquid. Sz nungd ꝓbationes dicant eē inepte ita ꝙ nō possint i alio iudicio ꝓduci vel repeti. vide do. alex. de imol. in consil. xxxvij. in vij. col.in.j.pte.

b ¶Null[us]. Qñ aūt dicatur libellus ineptus. vide do. Pe. phi. cor. in cōsi. cxxi. in lrā. J. in pma parte. vbi etiam ꝙ impedit litis ingressum. Sed quid in summarijs. dic ꝙ procedit fm eū in consil. lxij. in littera C. z. D. eadem parte.

C. de ser. fugi. iuncto. c. sine possessione. de regu. iur. Non ergo possunt dicti agentes obtinere in vtili rei vendicationē tanq̄ prescrip. cōpleta: nec in publiciana tanq̄ incohata. Respondeo per eandē viā repellendo dictā allegationē. Nā ex dictis testiū productorū per Federicū non apparet dictū Jacobū sol uisse affictū pro dicto terreno ante venditionē factā per eū pre fato Andree sed post: q2 venditio facta fuit in. M. cccl xxxvij. ꝛ sic sunt anni. xliij. ꝛ statim incepit dictus Jacob. soluere dicto ser Andree emptori. testes vero Federici deponunt de solutione facta Federico post dictā venditionē. Nā Petrus quōdam Joānis tertius testis super secūdo capl'o dicit de ānis. xx. Franciscus quondā Henrici quartus testis similiter super secundo dicit de annis. xxxij. vel. xxxiij. Odoricus. viij. testis lz dicat de. xlvj. nō tñ deponit de visu sed de auditu: ꝛ sic non probat: multi etiā alij deponūt similiter de auditu. Solus decim⁹ testis: scz Joānes dictus Zoff. deponit de annis qnquaginta: sed non sufficit. l. iureiurā. C. de testi. sunt etiā aliqui qui deponunt de solutione: sed nesciunt pro quo terreno. Solutio ergo dicti Jacobi facta ser Federico postq̄ inceperat soluere ser Andree non potuit preiudicare dicto ser Andree per. d. l. q̄uis. §. j. ff. de acqui. posses. Preterea q̄plures testes dicunt q̄ dict⁹ ser Jacobus denegabat soluere dicto ser Federico dicens se nō teneri: ꝛ q̄ ser Federicus ꝓpria autoritate faciebat vindemiari vineā: ꝛ aliqui dicunt q̄ fecit eū carcerari: ꝛ sic fuit possessio violenta que non debet illi ser Federico prodesse. l. vis eius. C. de proba. Quinimmo per tales actus violentos nō desijt Jacobus possidere: q2 nō fuit de possessione quā habebat eiectus nec ipsam voluit transferre in dictū Federicū ꝛ sic non transtulit: q2 in hoc inspicitur animus soluentis. l. iij. §. in amittenda. ꝛ. l. si colonus. de acqui. pos. qui hic non fuit. ꝛ lz aliqui testes non deponant de hac violentia: tamen nō propterea probant spontaneam solutionē postq̄ sunt aliqui ꝛ q̄plures qui deponunt de violētia. per ea que not. Inno. in. c. super hoc. de renū.

¶ Concluditur ergo q̄ cū pro parte dictorū agentiū fuerint talia producta ex quibus resultat probatio dñij directi vel vtilis seu quasi dñij: ꝛ pro parte dictorū cōuentorū non sit aliqd probatum: ex quo resultet probatio alicuius de predictis sed solū de nuda possessione prefati agentes debent obtinere: q2 fundata est ipsorum intentio. l. siue possidetis. C. de proba. Et sic partes iudi. sunt in ꝓnuntiando vt. s. dixi. Laus deo.

¶ Summarium.

1 Licet causa principalis ex statuto possit cognosci non seruato iuris ordine: cā tamē incidens que nō est eiusmodi potest retractari etiā si principalis trāsierit in rē iudicatam. ꝛ. 2.

2 Causa appellationis sicut deuoluit totā causam ad superiorē vt possit sententiam reformare: ita ꝛ cā nullitatis.

3 Sic ad prescribendū dñiū sine titulo requirūtur. xxx. anni: ita in iure personali habente similitudinē cum dñio.

¶ Consilium. cxij.

In christi nomine amen.

¶ Super primo videtur dicendū dictā sententiam valere† per argumentū a contrario sensu dicti statuti qd est validū. l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. ꝛ. l. qui testamēto. §. mulier. ff. de testa. Nam dictū statutū vult a ↄtrario sensu q̄ a. xxv. lib. infra non reqraṫ libellus: nec ordo iuris: sz hoc erat huiusmodi: q2 principalis questio erat de duobus ducatis: sed certe non stat dubitatio circa condemnationem factā de duobus ducatis: sed circa incertionē cause quam adiecit: videlicet q̄ pensionaticū a festo sancti Michaelis vsq3 ad festū sancti Martini pertinet ad homines de villa cū veritas dicaṫ esse in cōtrariū: q̄ immo ad dictū emptorem: scz Antoniū. ꝛ ista questio nō est infra. xxv. lib. sed satis vltra cū sit super proprietate huius iuris ꝑpetui. ꝛ sic si ista sñia esset valida in om̄i sui parte. s. tā in quātitate duoꝝ ducatorū quis etiam super insertione dicte cause faceret magnū preiudicium dicto emptori: q2 perderet ius proprietatis pro dicto tēpore: ꝛ si postea sup illo iure vellet agere in ordinario iudicio obstaret exceptio rei iudicate. dicendū est ergo q̄ non valet quantum ad illud nec affert dicto Antonio preiudicium super iure pensionatico: postq̄ super illo nō fuit plene discussum etiā si quantum ad duos ducatos esset valida: ꝛ transiuisset in rem iudicatā. per id qd not. Inno. de causa posses. cū ecclesia. in vlt. colū. in glo. que incipit hic apparet. Et q2 sententia lata super incidenti causa summaria nō facit preiudiciū quominus illud possit postea principaliter deduci in iudiciū. l. pe. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. si quis a liberis. §. si vel parēs. ff. de lib. agno. ꝛ plene per Bar. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. in. iij. col. in distinctiōe. ꝛ in. l. j. C. de ordi. iudi. sed hic cā principalis erat duorū ducatorū: ꝛ illa erat summaria per dictum statutum a contrario sensu questio vero de pensionatico erat incidens: q2 per modū cause veniebat. ergo ꝛc. Nā q̄stio pēsionaticus de sui natura est plenaria: q2 in ea agiṫ de perpetuo ꝛ continuo preiudicio: ꝛ sic requirebatur ordo iuris ꝛ plena cause cognitio tam ex forma dicti statuti q̄ de iure cōmuni. l. iudices. ff. de iudi. de sentē. prolatam. cum simi. Nō ergo valet dicta sententia quantum ad insertionem dicte cause: nec in illa preiudicium affert quominus in ordinario iudicio possit dictus Antonius dicere illud ad se pertinere etiam si super duobus ducatis esset valida: nec fuisset ab ea appellatum: vt p3 ex his que s. dixi. ꝛ ad hoc etiam qd not. Bart. in. l. j. ante fi. C. qñ prouoca. non est neces. ꝛ hoc de primo quesito seu dubio.

¶ Quantum ad scd̄m dicēdū est q̄ sñia que est nulla propter defectū iudiciarij ordinis nō seruati nō potest dici q̄ reconualescat ex attestationibus postea receptis: q2 cū subsistat adhuc ꝛ nō cesset dictus defectus solēnitatis omisse qui fuit causa inducens nullitatem non debet cessare nullitas: q2 sicut cā cessante cessat effectus: ita ꝛ ea non cessante. Sed durante debet effectus durare vt sit eadē ratio cōtrariorū. l. ꝛ si contra. in fi. ff. de vulg. ꝛ pupil. iuncta. l. generaliter. C. de episco. ꝛ cleri. ꝛ. c. cum cessante. de appel. Testes enim debēt procedere sñiam ad hoc vt influant in eam: nō autē sequi: quia sententia debet esse vltimus actus iudicij. l. vbi. C. de fal. Nec pertinent testes ad ordinem iudiciarium sed ad veritatis indaginem ꝛ iustitiam cause. iuxta not. in. l. cum lite mortua. ff. iudi. sol. per Bar. vnde p istos testes non suppletur defectus ordinis non seruati: posito etiā q̄ ꝓbarēt intentionē hoīm dicte ville. vñ nec roborant sententiā iā latā: nec per se sufficiūt sine noua sententia. iuxta no. in. l. sed ꝛ si possessori. §. fi. ff. de iureiuran. per glo. ꝛ doctores.

¶ Nunc tertio loco videndū est an probent intētionem hoīm dicte ville vt sic virtute ipsorū per iudices appellationū possit ferri noua sententia pro eis: presupposita etiam inualiditate vel inefficacia prime sñie.† Cōstat enī q̄ appellatio et etiam

2 causa nullitatis deuoluit negotium principale ad superiorem vt sic possit super illo ferre nouam sñiam posito q̄ prima fuerit nulla. vt plene not. Bar. in. l. si expressim. ff. de appel. ꝛ. l. si vt proponis. C. quomodo ꝛ quādo iudex. ꝛ hic breuiter nō video q̄ dicti testes fundent intentionē dictorū hoīm contra dictum Antonium emptorē. Nam intentio dicti Antonij fundata est per instrumentum publicum emptionis super pensionatico ꝛ iure locandi pascua forensibus: qd olim erat apud factoriā seu cameram publicam: prefati autē hoīes de villa tale ius nō habebant: licet possent suas bestias pascuare sed non locare forēsibus. ꝛ hoc appet ex postis extractis de libris factorie: ex quibus apparet q̄ factoria locabat dictū pēsionaticum ꝛ aliquādo incipiebat locatio in festo sancti Martini: aliquādo de mēse octobris fm̄ q̄ pecorarij forēses veniebant. Testes etiā per ipsum inducti deponentes de pensionaticis aliarū villarū dicunt q̄ locationes solent incipere in festo sancti Michaelis: ꝛ aliquando ante. hoīes vero dicte ville non ostendunt aliquem titulum super isto pensionatico qd ad eos pertineat. Sed dūtaxat habent aliquos testes deponentes q̄ ipsi consueuerūt locare a festo sancti Michaelis vsq3 ad festū sancti Martini. Et non deponunt q̄ locauerint tanto tempore q̄ sufficiat ad p̄scri-

3 ptionē:† ad quam sine titulo necessarij essent anni. xxx. sicut in alijs iuribus incorporalibus que habent similitudinē cū dñio vt est vsusfru. ꝛ iurisditio. vt not. p Cy. in. l. ij. de serui. ꝛ aqua. licet in seruitutibus p̄dialibus sufficeret longū tempus. l. si qs diuturno. ff. si serui. vendi. Sed hoc ius nō est seruitus predialis: q2 non debetur a re rei: sed est quoddā ius qd debetur psone in re: sicut in simi. habetur in. l. pecoris. de serui. rusti. predio. Et ideo habet similitudinem cū dñio sicut vsusfru. qui est pars dñij. l. v. ff. de vsufru. l. recte. de verb. signi. sicut igitur ad p̄scriptionem dñij requirūtur. xxx. anni sine titulo. l. sicut. C. de prescrip. xxx. anno. ꝛ longū tempus cū titulo. de prescrip. lōg. tempo. per totū. ita ꝛ in p̄scriptione talis iuris incorporalis habentis similitudinē cū illo fm̄ Pe. ꝛ Cy. i. d. l. ij. C. de serui. ꝛ aqua. Requiritur etiā scientia ꝛ patiētia aduersarij contra quē prescribitur sine qua nō potest haberi quasi possessio dictis iuris. de lega. ij. de serui. ꝛ aqua. ꝛ qd plene not. Inno. in. c. bone. de postula. Testes autē dictorū hoīm: nec deponūt de annis. xxx. sed de multo minore: nec etiā de scientia ꝛ patientia dicti Antonij vel alterius a quo dictus Antonius causam habuit: ꝛ sic non probat p̄scriptionem cōtra dictū Antonium. remanet ergo intentio dicti Antonij fundata in dicto titulo et non elisa per ꝓbationes dictorū hominū. Cum enim dicti hoīes fateantur: quia nec possunt negare dictū pensionaticum pertinere ad dictum Antonium qd consistit in locando pascua forensibus. dicunt tamen illud non incipere ante festum sancti Martini. Antonius vero contrariū asserit q̄ immo incipit quādocunq3

veniunt

ueniunt pecorarij forenses qui aliquādo veniunt tunc: aliquā do per mensem ante: aliquādo per duos: maior presumptio et verisimilitudo est pro eo ꝙ ipse dicit ꝙ pro eo ꝙ dicunt dicti hoies. Tum qr non est credēdū ꝙ dictū pensionaticū fuerit ab antiquo ita diuisum vt pro vno vel duobus mensibus ante festum sancti Martini pertinuerit ad hoies dicte ville: ꝛ a festo sancti Martini vsqꝫ ad festū sancti Georgij ad factoriā seu camerā vel habētes causam ab eis. l. eum qui edes. ff. de vsucap. Tum qr ex locationibus factis per factoriā ante festuꝫ sancti Martini hoc apparet. Si ergo dicti homines aliquādo locauerunt pro illo modico tempore credendū est ꝙ sibi vsurpauerunt: non autē ꝙ fecerint ex aliquo iure. Et lꝫ sint aliqui testes qui deponant de. xxx. an. non tamē faciūt ad propositū: qr nō dicunt ꝙ locauerint forēsibus: sed solū ꝙ suas bestias pascula uerint: de hoc non est contentio quin ꝑossint. Sed de potestate locandi forensibus. Concluditur ergo dictā sniam reuocādā ꝛ ferendam esse pro dicto Antonio ꝓ quo meliora sunt iura et verisimilitudines ꝙ ꝓ dictis hoibus. Laus deo.

Summarium.

1 Licet rei vendicatio ꝛ interdictū retinende nō possint cumulari: secus tamē est in cōfessoria actione que pro iure personali competit. ꝛ. 2.

2 Actio illa censetur proposita que colligi potest ex materia in libello deducta.

3 Qui probat se vsum pascuis ꝛ iure succidēdi ligna a. xl. annis citra dicitur plene prescripsisse. ꝛ. 4.

4 Libellantis intentio declaratur ex cōclusione libelli.

Consilium. cxiij.

In christi nomine amē.

In causa que vertitur inter cōitatem Brazani agentem ex parte vna: ꝛ cōitatem Cormonij ex altera reā: se defendentē super quibusdā pascuis ꝛ iure pasculandi in eo corā egregio doctore dño Guidone de alano cōmissario ducali: viso libello porrecto ꝓ parte dicte cōmunitatis Brazani: ac etiā actis ꝛ actitatis in causa ꝛ testibꝰ pro vtraqꝫ parte inductis ꝛ examinatis super eo ꝙ queritur que sint vel esse debeant partes iudi. videtur primo dicendū ꝙ debeat absoluere partē reā ab obseruatione iudicij propter libellū male conceptū. iuxta. l. j. §. j. si messor fal. mo. dix. ꝛ. c. examinata. de iudi. 1 † qr pars actrix deduxit in libello possessoriū retinende dū asseruit se fuisse ꝛ esse in possessione dictorū pascuoruꝫ: ꝛ se in ea presentialiter turbari: ꝛ petijt partē aduersam cōpesci a turbatiōe. itē petitoriū dū petijt declarari dicta pascua pertinere in proprietate ꝛ possessione ad se. Et constat ꝙ ista duo iudicia nō pñt in eodē libello cumulari tanꝙ sibi contraria: qr in vno asserit se possidere: in altero asserit aduersarium possidere cū possidenti nō detur rei vendi. l. j. §. interdictū. ff. vti possi. ꝛ plene no. in. l. si de vi. ff. de iudi. C. de rei vēdi. l. ordinarij. vnde vi. l. incerti. ꝛ. l. naturali. §. nihil cōe. de acqui. pos. Sed ad istud de facili respondetur ꝙ procederet si cū possessorio ꝓponeretur petitoriū rōne rei corporalis: ꝛ sic rei vēdicatio que nō datur possidenti omi genere possessionis. Sꝫ hic fuit ꝓpositū petitoriū ratione iuris incorporalis. s. pasculādi. nō enī petijt ꝓnuntiari simpliciter illa pascua ꝑtinere ad se rōne proprietatis. Sed subiūxit quo ad dicta iura buscandi ꝛc. ꝛ sic nō rei ven. sed cōfessoriā vel quasi q̄ pro talibus iuribus proponitur ꝛ cōpetit. l. ij. §. j. si ser. ven. ꝛ per Inno. in. c. bone. de postu 2 la. prela. censetur proposuisse: † quoniā illa actio censetur proposita que ex materia deducta in libello colligi potest. argu. l. gallus. §. j. ꝛ ibi per Bar. in fi. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ not. Cy. in l. edita. C. de eden. Sed confessoria vel quasi cōpetit possessori seu quasi possessori iuris incorporalis. l. ꝛ si forte. §. j. ff. si ser. vēdi. insti. de actio. §. eque. Et sic cōcurrere pōt cū interdicto vti possi. vtili ꝙ pro iure incorporali pōt ꝓponi. ff. si ser. ven. l. sicuti. §. aristo. in fi. not. in. l. pe. ff. de serui. Et ad predicta facit qꝺ not. Bar. in. l. si prius. ff. de ope. no. nun. in. v. oppo. Item adhuc videtur ꝙ debeat iudex partem reā absoluere ꝓpter defectū probationis tam in possessorio ꝙ in petitorio. Nam in possessorio retinēde debebat probare de presenti possessione. Sed testes quasi oēs deponunt de possessione preterita ꝛ non sequitur olim possiderūt: ergo nūc possident cū possessio faciliter ꝑdatur. l. iij. §. in admittenda. ff. de acqui. pos. Sꝫ certe hoc verū est qñ ille qui semel possedit nō asserit se hodie possidere: al's bñ presumeretur hodie possidere. vt plene no. per doc. in. l. siue possideo. C. de proba. ꝛ. l. non ignorat. ad exhiben. Preterea sunt hic ꝙ plures testes qui deponūt de presenti possessione. vt Seruasius paulir Ioānes quondā pauli. Item super petitorio nō videntur probasse intentionē suā: quia nō deponūt de aliquo titulo sed de nuda possessione. ergo ꝛc. l. nunꝙ nuda. ff. de acq. 3 re. do. ꝛ ad. d. §. nihil cōmune. † Sed respondetur ꝙ ꝓbāt de possessione tanti tēporis qꝺ sufficit ad prescribendū. l. xl. annorum ꝛ vltra si bene considerentur eorum dicta. l. sicut. C. de prescrip. xxx. anno. cum simi. in qua prescriptione longissimi temporis non requiritur titulus vt est clarum. Probant etiam ꝙ possiderunt ꝛ vsi fuerunt scientibus ꝛ patiētibus aduersarijs quod requiritur in istis iuribus incorporalibus in quibus nō pōt aliter haberi quasi possessio. l. ij. C. de ser. ꝛ aqua. ꝛ not. Innocen. in dicto. c. bone. de postula. prelato.

His ergo non obstantibus dico partes iudi. esse in ꝓnūtiando fm petita per dictā cōitatem Brazani qr plenissime probauit suā intentionē. s. ꝙ a. xl. annis ꝛ citra fuerūt vsi ꝛ hodie vtūtur dictis pascuis vsqꝫ ad cōfines descriptos in eorū libello pacifice ꝛ quiete excepta presenti controuersia scientibus ꝛ patientibus aduersarijs: preterꝙ a duobus vel tribꝰ annis citra. Et ista sufficiūt in vtroqꝫ iudicio. pars vō altera nihil deduxit vel ꝓbauit ꝙ habeat tollere vel elidere intentionem agentium qꝺ ostenditur. Nam ipsa articulauit de alijs penitus diuersis confinibus ꝙ articulauerit pars actrix. de quo valde mirandū est: ꝛ maxime de ꝓcuratore suo ꝛ aduocato. Nam sciebant vel scire debebant ꝙ etiā si ꝓbarent deducta in eorū articulis nihil concludebant contra intentionem agentium postꝙ deduxit confines diuersos: quia possunt demonstrare pascua penitus diuersa: ꝛ sic intentio actorum pōt esse vera: ꝛ etiam intentio reoruꝫ respectu diuersorum pascuorū. Debebant ergo facere vnuꝫ articulum postꝙ alios confines deduxerunt: videlicet ꝙ pascua comprehensa infra confines deductos in eorū articulis sunt illa eadem que continentur infra confines deductos in articulis actorū fm theoricā ꝛ practicā traditā per Bart. C. si vnus ex pluribus ap. ꝛ in. l. demonstratio. ff. de condi. ꝛ demō. ꝛ in. l. ij. C. de erro. aduo. vel deducere illos eosdem cōfines quos deducunt agentes in eorū articulis: ꝛ tunc aliquid cōclusissent contra intentionem agentium si suos articulos ꝓbassent. Preterea nec eorum articuli sunt probati per eorum testes: quoniā ipsi deponunt de alijs confinibus ꝙ deductis in eorum articulis ꝛ sunt oēs singulares: qr quilibet loquitur de alijs ꝛ alijs cōfinibus penitus diuersis: ꝛ vnus nō concordat cum alio: nec dicunt ꝙ scientibus ꝛ patientibus actoribꝰ fuerint vsi dictis pascuis: immo dicunt hoc se ignorare ꝛ tñ istud erat necessariū cū aliter non potuerint esse in dicta quasi possessiōe dicti iuris vt s. dixi. Posset etiā opponi ꝙ ius pasculaudi ꝛ boscandi cū sit quoddā ius vtendi potest competere cuilibet parti insolidum. l. si vt certo. §. si duobus vehiculū. v. vsum aūt. ff. cōmo. Unde cuꝫ in nulla parte libelli dixerint agentes se solos fuisse in possessione. Cōclusio libelli cū petunt ꝓnuntiare dictos homines Cormoñ. ꝛ. S. nullum ius habuisse nec de ꝑsenti habere non videtur ꝓcedere qr non sequitur ex premissis: ꝛ sic redditur libellus ineptus ex defectu conclusionis. ꝑ ea que not. Barto. in. l. edita. C. de eden. in arti. illo de mutatiōe libelli. ꝛ per glo. in. l. ij. §. circa. ff. de doli excep. Sed respondetur ꝙ immo in ꝑcedenti parte satis videntur dixisse se solos fuisse in possessione ꝛ ad se solos spectare ius ꝑfatum dum dixerunt ꝙ homines dictarum cōitatum ausu temerario a modico tēpore citra presumpserūt buscare ꝛ ligna incidere in dictis pascuis sine ipsorum licētia ꝛ etiam pignorare. Et posito ꝙ hoc non dixissent sed solum ꝙ ipsi agentes fuerūt ꝛ sunt in possessione dictorum pascuorum ex quo tamen postea concludūt ꝓnūtiari dictas siluas ꝛ nemora ad se spectare: ꝛ parti aduerse nullū ius competere satis per hoc declaratur qualiter in ꝑce. parte intellexerūt verba illa ꝙ 4 fuerunt in possessione. s. soli. † nam ex conclusione libelli declaratur intentio libellantis ꝛ qualiter verba narrationis intellexerit[a]. l. aureliꝰ. §. sticho. ꝛ ibi ꝑ doct. ff. de lib. leg. ꝛ qꝺ no. Cy. in. l. nec exemplū. C. de fal. contrariū ergo ꝓcederet quādo narratio ꝑcedens est talis cui nullo modo pōt adaptari conclusio etiam per subauditum: vt ꝙ rex est in Frācia ideo peto centū. Sed hic non sic. Dico etiam ꝙ ꝑdicti agentes hoc ꝓbauerūt: videlicet ꝙ ipsi soli ꝛ non aduersarij possiderunt ꝛ vsi sunt dictis pascuis cū dicāt ꝙ quotiēs aliqs de aduersarijs reptus est ibi pasculare fuit pignoratus: vt ptꝫ ꝑ Andreā quondā Thomasij super scdo caplo ante finem. Item per Thomasinū quondam Bartholoti similiter super secūdo caplo. Item ꝑ Paulum quondam Dominici sup eodem caplo. Item per Gallutium sup secundo ꝛ tertio. Item per Dominicum Nicolai et Simonem Martini qui dicunt ꝙ semel iuerunt ad locū propter quandam pignorationem factam ab aduersarijs infra dictos confines: et qr illi reputauerunt se ꝯiunctos restituerūt pignora. Et ita etiam per alios testes apparet de predictis. Habent ergo dicti actores intentionem suam fundatam in petitorio et possessorio: ideo sententia pro eis fm petita ferenda est vt. s. dixi. Laus deo.

[a] Intellexerit. Adde. d. pe. phi. cor. in cōsil. xviij. in lra. A. l iij. parte.

¶ Summarium.

1 ☞ Cõstitutio sinodalis φ si quis confiteatur se recepisse ab vsurario ducentum presumatur centum tm̃ recepisse non habet locum vbi notarius asserit de vera numeratiõe ⁊ vbi pars confiteatur se recepisse.

2 Creditor qui dat pecuniam suscepto periculo in se debet verisimiliter habere partẽ lucri: nec obstat φ sit vsurarius: q᷑ vsurarij quandoq₃ faciunt veros contractus.

3 Quãdo quis promittit multoplus pro lucro φ̃ nõ cõsueuit lucrari presumitur vsura.

4 Utile per inutile nõ vitiatur quãdo possunt cõmode separari.

¶ Consilium. cxxiiij.

In christi nomine amen.

¶ In causa que vertitur corã domino Uicario episcopi Tridentini inter ser Antoniũ quondam ser Bartholasij de burgo nouo actorẽ ser Dñici tutoris Alexandri pupilli filij quondã magistri Bartholomei de bonoñ. ciuis ⁊ habitatoris Tridentini petentẽ ex parte vna ⁊ magistrũ Antoniũ aurificẽ reum ⁊ se defendentem ex altera super certis quantitatibus pecuniarũ in quibus dicitur dictũ magistrum Antoniũ fuisse obligatũ dicto magistro Bartholomeo patri dicti Alexandri eius heredis prout constare dicitur quibusdã publicis instrumẽtis ⁊ etiã cedulis ⁊ scripturis factis manu dicti magistri Antonij ⁊ testiũ subscriptionibus roboratis.

¶ Uisa petitione dicti ser Antonij ⁊ responsionib⁹ ⁊ exceptionibus dicti magistri Antonij: necnõ instrumẽtis ⁊ scripturis predictis ac etiã testibus hincinde receptis super eo qđ querit̃ q̃ debeãt esse partes predicti dñi vicarij in sententiando plura occurrunt videnda. † Primũ est an dictus magister Antonius veniat condẽnandus in ducẽtos ducatos quos habuisse dicit̃ in societatem ad partẽ lucri ⁊ dãni prout cõstat instrumẽto publici notarij cõfecto anno dñi. M. cccclx. de mense Januarij. Et in hoc breuiter mihi vr̃ dicẽdũ φ sic: qm̃ ex serie dicti instrumenti apparet φ dictos ducẽtos ducatos dictus magister Antonius vere habuit ⁊ recepit: ⁊ ita attestatur notarius φ in presentia sui ⁊ testium cui notario credendum est. iuxta no. p glo. ⁊ doc. in. l. si ex cauti. C. de nõ nume. pe. Nec reperio in aliqua parte actorũ φ dictus magister Antonius negauerit se illos ducẽtos ducatos recepisse: l₃ alleget istud instrumentũ fictitiũ ⁊ simulatũ ⁊ cõfectũ in fraudẽ vsurar̃. Nam ista verba possunt intelligi quantũ ad cãm contentã in instrumento. s. φ non receperit ex causa societatis prout instrumentũ cantat sed ex causa mutui: ⁊ ad vsuras dicit etiã φ presumitur factũ de duplo vere sortis virtute constitutionis sinodalis ⁊c. Sed hoc sufficit dixisse: sed si volebat φ ita presumeretur debebat hoc allegare: videlicet φ l₃ instrumentũ cantet de ducẽtis duca. re vera nõ nisi centũ. Sed hoc postφ̃ nõ dixit in aliqua parte suarũ exceptionum vel capitulorũ non potuit allegare pro se p̃sumptionẽ dicte ꝯstitutionis: prout in simi. determinat Bar. in. l. cũ qđ. añ fi. ff. si cer. pet. p. l. si adulteriũ. §. idẽ pollioni. ff. de adulte. Nec est verisimile φ ita fuerit cũ postea dicat se fecisse illi promissionem de duca. xlij. p parte lucri pro vno anno ad rõnẽ. xx. duca. ⁊ vltra pro centenario. Et ita apparet ex instrumento publico ⁊ sic videtur cõfiteri φ vera sors erat ducentorũ nõ centũ tantum. Non eñ est verisimile φ promisisset lucrũ vel vsuras pro illis centũ quos nõ recepisset. Nec est credendũ φ fuerit ita supinus φ si recepisset centũ tm̃ obligasset se ad ducenta ⁊ vltra hoc etiã ad vsuras ducentorũ: φ hoc transcenderet vsuras centesimas. Presumptio vero dicte cõstitutionis locũ haberet si notarius non attestaretur de vera numeratione sed de cõfessione tm̃. Et quãdo pars negaret se recepisse: non aũt in casu nr̃o. Nam ipsamet constitutio dat facultatẽ probandi cõtrariũ ei⁹ qđ presumitur. ¶ Unde si posset probari per testes φ re vera habuit ⁊ recepit non video quare hoc pbari nõ possit etiã per instrumentũ qđ de hoc attestatur. l. in exercẽdis. C. de fi. instru. Non ergo bene facit denegare restitutionẽ dictorũ ducentor̃. ff. depositi. l. j. §. est autẽ. ¶ † Secũdo videndũ est an veniat cõdẽnandus ad partem lucri qđ rationabiliter ⁊ arbitrio boni viri potuit fecisse dictus magister Antoni⁹. ⁊ breuiter dico φ sic: quia ex quo prefatus magister Bartholomeus sustinebat periculum pro parte: vt patet ex instrumẽto: iustũ est etiam φ sentiat lucrum pro parte. ff. pro socio. si vnus. §. si vnus. in fi. de iure do. si mancipia. solut. mat. l. penul. §. si mancipia. ⁊ qđ not. Bar. in. l. quia poterat. in fi. ff. ad trebel. facit. l. si is qui. §. j. in fi. ff. cõmo. Nec obst. allegata per magistrũ Antoniũ φ iste nõ presumitur fuisse contractus societatis sed mutui: quia vsurarij non cõsueuerunt dare suas pecunias in causam ex qua possit incurrere periculũ. Nam ista est frustatoria allegatio. posito enim φ non consueuerint: possunt tamen si volunt. Nam ⁊ vsurarij possunt licitos ⁊ veros contractus celebrare ⁊ interdũ celebrant: vt dicunt doct. C. plus valere qđ agitur. l. emptione. Et hic constat φ ita fecit postφ̃ suscepit in se periculũ. vñ si iste magister Antonius posset ostendere φ dicta pecunia sine sui culpa fuisset perdita cum negotiarentur cum ea posset se iuuare virtute dicti instrumenti: vt iste pupillus teneret̃ participare damnũ pro dimidia. ff. pro socio. cum duobus. §. quidam sagariam. non ergo debet audiri nunc postulans id cuius cõtrarium non esset postulaturus. C. de solu. l. fi. ff. de peti. here. si et rem ⁊ pretium. Et sic sicut posset se iuuare de isto instrumento si pecuniam sine sui culpa perdidisset: ita si non perdidit tenet̃ ipsum contra se admittere ⁊ soluere partem lucri rationabilis liciti ⁊ honesti: ⁊ ad hoc estimandũ prefatus dñs vicarius debet assumere probos et rationatos viros qui habeant hoc videre arbitrari ⁊ referre. l. arbitrio. ff. qui satisda. cog. C. de fide instru. cõparationes. Nec obst. constitutio sinodalis. que presumptio de qua ibi debet cessare qñ ex tenore instrumẽti apparet euidenter cõtrariũ cum eadẽ constitutio permittat probari contrariũ: ⁊ nõ est melior probatio φ̃ per facti euidentiã. vt dicit Inno. in. c. proposuisti. de proba. facit. ff. de inoffi. test. si pars. ibi. nisi aperte ⁊c. Nam ⁊ si in instrumento nõ contineretur hoc qđ suscepisset in se periculũ ⁊ vellet hoc probare per testes sine dubio foret admittendus iste agens q᷑ probaretur vera causa ⁊ licita nõ simulata: al's nõ posset verificari dicta constitutio in ea parte qua permittit ꝯtrariũ probari. Et si ita est non video quare nõ debeat stari tenori isti⁹ instrumẽti in quo apparet manifeste de vera causa ⁊ vero ⁊ licito contractu non simulato: nec in fraudẽ vsurarũ: q᷑ cõtinet nõ solũ ea que tendunt in fauorem creditoris: sed etiã id qđ tendit in fauorẽ debitoris. s. vt creditor sustineat partem damni. vnde cessat presumptio fraudis. arg. ff. de ritu nup. l. non solum. §. j. C. de bo. prescrip. si quis post hanc. Sed si contineret solũ id qđ concerneret fauorem creditoris tũc esset standum presumptioni dicte constitutionis. Et isto modo sane est intelligenda dicta cõstitutio ad hoc vt cessent inconuenientie multe.

3 ¶ † Tertio loco videndũ est vtrũ veniat condẽnandus dict⁹ magister Antonius in illis. xxvij. ducat. de quibus in cedula scripta manu sua ⁊ subscripta testibus. Respõdeo hic puto φ non: q᷑ illa est suspecta de vsuraria prauitate: qm̃ illud debitu₃ descẽdit a debito maioris summe. s. xlij. duca. quos prefat⁹ magister Antonius ꝓmisit per publicũ instrumẽtum soluere pro parte lucri vnius anni. Sed nõ est verisimile φ fuerit lucratus licite. xl. pro centenario in vno anno de tali arte argentarie: q᷑ talia lucra licite fieri non cõsueuerunt. Ideo considerato φ ille magister Bartholomeus pur exercuit vsuras: ⁊ φ ista quãtitas lucri est excessiua ⁊ non verisimilis: presumo contra eum φ potius pro vsuris φ̃ pro iusto lucro extorserit illã promissionem: quia forte ille non restituebat sortem ⁊ partem lucri ⁊ ille ne ab eo exigeretur promisit plusφ̃ deberet. Et ista possunt stare simul φ contractus publicus fuerit licitus ⁊ honestus ex forma sui: ⁊ tamen ex postfacto propter retardatam restitutionẽ sortis ⁊ partis lucri inciderit in vitiũ vsurarũ. † ⁊ vtile p inutile nõ debet vitiari quãdo possunt cõmode separari. vt in regula iuris. ⁊. l. si spõsus. §. generalis. ff. de dona. inter virum.

4

¶ Quarto loco videndũ est an debeat ꝯdemnari in illis. viij. vntijs argenti de q̃bus etiã cõstat scriptura manu propria dicti magistri Antonij φ eas recepit. Respondeo puto φ sic: q᷑ in illa parte processus reperio negatum per eum quominus receperit vel aliqđ allegatũ propter φ restituere nõ debeat postφ̃ recepit: nec hic cadit presumptio vsurarum sicut in casu precedenti vt patet ad sensum.

¶ Quinto loco videndum est an de parte lucri liciti quod fuerit iudicatum illũ magistrũ Antoniũ potuisse facere debeant deduci quantitates petite per eũ quas dicit se soluisse. Respondeo sic: q᷑ sunt satis verisimiles: ⁊ vxor quondã dicti magistri Bartholomei cũ iuramẽto attestatur de eis: delato ergo sibi iuramento super singulis faciat dominus vicarius videri librum eius per peritos: ⁊ si referunt sibi φ eis videtur ipsum dicere verum deducat illas summas de parte liciti lucri: in qua dictus magister Antonius veniet condemnatus. In talibus enim in quibus non consueuerunt prestari probationes ⁊ confisci scripture sufficere debet leuior probatio. iuxta no. p Bal. C. de episco. ⁊ cleri. id quod pauperibus. circa fi. ⁊ in. l. scimus. C. de iudi. ⁊ si predicte summe trãscenderẽt partem lucri deducas eas de sorte. Et ex his patet qualiter dictus vicarius in expeditione istius cause debeat se habere.

¶ Sexto loco videndum est an sit verum φ procedat de iure id quod asserit dictus magister Antonius in. xxxj. cap'lo suo: videlicet φ ipse presumatur soluisse vsuras pro toto tempore preterito quousq₃ vixit dictus magister Bartholomeus ad rationem

rationē vnius grossi pro quolibet ducato ⁊ quolibet mense iuris presumptione presupposito sine preiudicio ꝙ fuerit ꝓbatū ipm magistrū Bartholomeū cōsueuisse tali modo suas pecunias dare ad vsuras: lꝫ alio modo non foret vel nō sit probatū ipm sic soluisse vt sic possit dictas quantitates repetere. Breuiter dicendū est ꝙ non. Et hoc determināt expresse doc. scilicet Cy. Bald. ⁊ aliꝫ. C. de proba. l. j. Qui enim repetit vsuras necessarie habet probare se eas soluisse: nec sufficit ꝓbare ꝙ ille a quo repetit sit vel fuerit vsurarius[a]: et ꝙ consueuit mutuare ad tantum pro floreno ꝭm docto. ibidem.

¶ Septimo vidēdū est. Utrū fideiussor receptus in primo cōtractu fuerit liberatus per cedulas postea scriptas manu dicti ser Antonij iuris p̄sumptione. Rn̄deo clarū est ꝙ nō cū in dictis cedulis cōtineatur ꝙ saluū remaneat dicto creditori om̄e ius qd habet tam cōtra ipsum principalem debitorem q̄ contra fideiussorem: ⁊ sic nō fuit facta nouatio. l. aliā. ff. de noua. talis em̄ ꝓtestatio vel reseruatio ꝯseruat ius partis. vt pꝫ ex no. per glo. ⁊ doc. in. l. eleganter. in prin. ff. de pigno. ac. C. de sen. l. libera. l. si quis aliam. ff. de solu. ⁊ qd no. Bar. in. l. fi. ante fi. de eo qd cer. loco. ⁊ probat̄ in. l. iiij. §. j. quibus mo. pig. vel hypo. sol. de libe. exhiben. l. iij. §. pe. cum simi. ¶ Illud etiam cōstat ꝙ ea que deducūtur in articulis dicti magistri Antonij ad probandū ꝙ iste contractus presumatur fuisse simulatus: et in fraudē vsurarū ⁊ potius mutuū q̄ societas: scꝫ qꝛ ipse creditor voluit se tantū cautelare diuersis modis ⁊c. parū valent. Nam etiam in veris ⁊ non simulatis: immo licitis ⁊ honestis prudētes creditores adhibent interdū tales cautelas. ergo ⁊c. l. non hoc. C. vnde cogna. ¶ Preterea ex tenore instrumenti apparet manifeste cōtrariū qꝛ voluit stare ad partē dāni sicut lucri ⁊ sic ex illo potuisset conuinci vt. s̄. dixi. ergo ⁊c. Nam coniecture cessant vbi res est certa cū in incertis nō certis locus sit coniecturis. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de verb. oblig. iterū. Laus deo.

¶ Summarium.

1 ☞ Ius pascēdi ⁊ eundi per aliquam viam potest esse quoad vsum apud plures insolidum.

¶ Cōsilium. cxv.

In christi nomine amen.

1 ¶ † In causa que vertitur inter cōmunitatem Brazani ⁊ Yasici ex parte vna ⁊ homines ⁊ cōmunitatē Cornioni ex altera occasione iuris eundi per quandā stratam que vocatur armentareza: ⁊ pascuandi in quodā pascuo vocato silet: al's salice ad qd transitur per dictā stratam. Uiso libello dicte cōitatis brazani ⁊ articulis eius ⁊ testibus receptis et examinatis super eis: ac etiā exceptionibus alterius partis et testib⁹ pro sua parte examinatis. Super eo qd querit̄ que sint vel esse debeant partes dn̄i Guidonis de alano cōmissarij ducalis dn̄ij. Respondeo ꝙ debet pronūtiare dictos de brazano ⁊ yasico fore ⁊ esse in possessione vel quasi eundi per stratā predictā vocatā armentareza. Et etiā pascuandi in pascuo predicto sic noīato salice seu silet confinatis prout in eorum libello ⁊ articulis cōfinantur ⁊ eos nō debere turbari in dicta quasi posses. per illos de cornioñ. sed eos de cornioñ. cōdēnare ad desistendū a dicta molestia ⁊ turbatione ꝭm qd petitū est. Et hoc duplici de causa. prima qꝛ dicta cōitas brazani ⁊ yasici plenissime probauerūt suam intentionē per testes. s. ꝙ fuerunt ⁊ sunt in quasi posses. predicta videntibus scientibus ⁊ patientib⁹ hominibus de cornioñ. ⁊ nō cōtradicentibus per longissimū tempus: ⁊ sic cōpetit eis interdictū retinende. l. sicuti. §. aristo. ff. si ser. ven. l. quof. ff. de serui. ⁊ ibi not. Item quia habent ꝓ se sententiam arbitralem latā in. M. cccc xxix. que fuit approbata ⁊ emologata per sindicos vtriusqꝫ partis. Et lꝫ etiā altera pars probasse videatur: ꝙ etiā ipsa fuit ⁊ est in quasi posses. pascuādi in dicto pascuo: lꝫ aliter ipsum cōfinauerit q̄ pars agens tū presupponitur ꝙ sit idē pascuū id qd continetur in petitione et articulis agentiū ⁊ illud quod in articulis se defendentium nihilominus qꝛ non probauerūt ꝙ ipsi soli fuerint in dicta quasi possessione: ⁊ exclusis dictis hoībus de brazano. Et istud est tale ius qd potest competere cuilibet parti insolidū. l. si vt certo. §. si duobus vehiculū. ff. cōmo. ver. vsum autem. ¶ Dicendꝫ est ꝙ probatio facta per hoīes non tollit nec impedit id quod s̄. dixi. videlicet quominus debeat pronūtiari pro parte agentium. s. ꝙ possint ire ⁊ pascuare: ⁊ ꝙ nō possint impediri ꝑ partem aduersam. Non tamē dico ꝙ debeat ꝓnūtiari prefatos de brazano solos fuisse ⁊ esse in dicta quasi posses. eundi ⁊ pascuādi exclusis illis de cornioñ. licet per eos videatur hoc petitum ⁊ articulatum: quia nō propterea fuit hoc probatuꝫ: sed poti⁹ videtur probatū contrariū per hoīes dicte ville cornioñ. Et vt s̄. dixi istud est tale ius ꝙ cuilibet parti potest insolidū cōpetere: ⁊ quelibet pars potest esse in quasi posses. eiusdem. Nec etiā propterea debet ad id pronūtiari super quasi pos. dictoꝝ de cornioñ. posito ꝙ eam plene probassent postq̄ sup hoc nullā petitionem obtulerūt. prout plene not. per Host. ⁊ Ioā. and. in. c. ex conquestione. de resti. spo. lꝫ glo. in. l. circa. ff. de proba. in ꝟ. item quero an in omni alia causa ⁊c. videatur imminere cōtrariū: sed debet intelligi ꝭm predicta. per ea que no. in. d. c. ex cōquestione. vel quando actor nō probasset de sua pos. vel iure sꝫ reus: ⁊ absolueretur reus: qꝛ per modū cause posset annecti: scꝫ qꝛ de sua possessione vel iure probauit: qd esset vtilius sibi q̄ si absolueretur solū: qꝛ actor nō probasset. iuxta not. in. l. iul. ff. de condi. indebi. ⁊ ibi de hoc not. per Bar. post prin. Sed quādo actor probauit ⁊ etiā reus nō est pronūtiandū pro reo ꝙ sit in posses. ⁊ ꝙ non sit in ea molestandus nisi super hoc petitionē suā dederit: ⁊ hoc petierit: ideo dicim⁹ ꝙ in interdicto vti pos. vterqꝫ est actor ⁊ reus: qꝛ vtriqꝫ dat petitionē suā ⁊ libellum petendo declarari se esse possessorē ⁊ in possessione nō esse turbandum. iuxta plene not. in materia dicti iuterdicti. in. l. j. vti possidet. Dico etiam nō esse pronūtiandū ꝓ dictis de brazano sup sfortio ⁊ restitutione animaliū: qꝛ lꝫ hoc fuerit petitū ⁊ articulatum: non tamē fuit probatū. ergo ⁊c. l. actor. C. de proba.

¶ Cōcludo ergo solū fore ꝓnuntiandū dictos actores fore in quasi posses. eundi ⁊ pasculandi in predictis locis confinatis ⁊ eos nō fore nec esse turbandos in dicta quasi possessiōe ꝑ partē aduersaꝫ ꝑtēqꝫ victā victrici in expēsis ꝯdēnādo. Laus deo.

¶ Summarium.

1 ☞ Prescriptio lōgissimi tpis nō ꝓdest cōductori non soluēti canonē multis rōnibus que in casu presenti cōcurrunt. ⁊. 2.

2 Et talis prescriptio nō procedit sine titulo vbi ius cōmune presumit contra prescribentem.

3 Si ex cōsuetudine fructus primi anni debētur fabrice et papa in collatione eos sibi reseruat nō fit tm̄ preiudiciū fabrice.

¶ Consilium. cxvj.

In christi nomine amē.

¶ In questione que vertit̄ inter capitulū ecclesie Tridētine ex parte vna: ⁊ quondā abbatē mona. sancti Lauretij extra muros tridentinos ꝗ hodie dicitur preposit⁹ ex altera occasione cuiusdā decime seu cuiusdam quarte partis decime site in campaniam in cōfinibus dicte abbatie. Et in limitibus plebis sancte Marie maioris in Tridēto dudū dicto capitulo vnite incorporato viso puncto mihi trāsmisso ⁊ etiam compromisso ⁊ laudo inde secuto iam sunt anni centum ⁊ vltra quo continetur ꝙ dictus abbas recognosceret dictā quartā decime a dicto capi. ⁊ ab ipso eam cōduceret ⁊ in conductā haberet in perpetuū qd etiā dicitur fuisse

1 factū: ⁊ per dictū abbatem per plures annos solutū † dubitat̄: quoniā a longissimo tempore citra. s. xl. vel. l. annis prefatus abbas nunq̄ soluit dicto capi. vtrū prescripserit aduersus ipꝫ ne in futurū soluere teneatur. Et an dictū capl'm ceciderit a iure suo per lapsum tanti temporis. Ad qd breuiter videtur dicēdū ꝙ non pluribus rationib⁹. Primo propter malā fidem abbatum ꝗ fuerunt pro tempore si apparet ꝙ habuerūt notitiam de dicto compromisso ⁊ laudo. c. fi. de prescrip. de regu. iur. c.

2 ij. lib. vj. † Secundo propter defectū tituli quia ius cōmune faciebat ⁊ facit cōtra dictum abbatem cuꝫ dicta decima sit vt dicitur infra limites parochie dicte plebis. Et sic ad ipsam plebem spectabat ⁊ pertinebat de iure cōmuni: ⁊ per cōsequēs intentio dicti capituli est fundata. c. ad decimas. de resti. spo. lib. vj. iō regrebatur titulus de iure cano. etiā ad p̄scribendum longissimo tpe. s. xl. an. vt in. c. j. de p̄scri. li. vj. ꝗ titulus hic deficit. ¶ Tertio propter defectū possessiōis: qꝛ si apparet ꝙ semel cōduxit a dicto capl'o ⁊ soluit incepit possidere dictus abbas nomine dicti capituli: ⁊ ꝑ consequēs potius capitulū incepit possidere q̄ abbas: qꝛ ille possidet cuius noīe possidet̄. l. qd meo. in prin. ff. de acqui. pos. Et lꝫ postea desierit soluere si tū nō apparet ꝙ possessionē interuerterit denegando soluere semꝑ fingit̄ ⁊ presumitur possedisse ipm capl'm vt sit cōtra ipm nunq̄ prescripserit abbas p̄dictus. vt in. l. male agitur. ⁊ ibi not. ꝑ glo. ⁊ doct. C. de p̄scrip. xxx. anno. iuncto. c. sine possessione. de regu. iur. ⁊ qd not. glo. mag. in fi. C. de ser. fugi. l. j. ¶ Quarto qꝛ dictū capl'm fuit impeditū agere ⁊ ꝓsequi ius suuꝫ vt dicitur: tū propter hostilitatem ⁊ guerram que fuit in dicta ecclesia ⁊ expulsionem ep̄i: tum quia idem abbas fuit ⁊ stetit vicarius ep̄atus vt dicitur ꝑ annos. xl. ⁊ vltra. ⁊ sic non poterat esse iudex ⁊ pars. ff. de iudi. l. pars litterarum. de iurisdi. om. iudi. l. qui iurisditioni. Et sic non cucurrit p̄scriptio tpe: sed totū illud tempus debet de p̄scriptione deduci. c. ex trāsmissa. de p̄scrip. ⁊ qd ibi per Innocen. ⁊ ꝑ Barto. in. l. naturaliter. ff. de acqui. pos. iuncta. l. j. in fi. C. de anna. excep. ⁊. l. fi. §. donec. C. de iure delibe. Potest ergo dictum capl'm ꝓsequi iura sua contra dictum

[a] ¶ Usurarius. Adde idem per Bald. in consi. cccclix. i. iiij. ꝑte. ⁊ qn̄o qs ꝓbetur vsurarius. vide per eū in ꝯsi. cclxxvij. in. iij. ꝑte. et quot incūbat ꝓbare. vide ꝑ eū in dicto consil. cccclix.

prepositum super dicta decima probando ꝙ sit infra parochiã
dicte ecclesie deducendo in iudicium compromissum ⁊ laudũ
predictum: ⁊ non obstabit ei lapsus dicti temporis quo abba-
tes non soluerunt: quia non propterea prescripserunt obstan
tibus rationibus predictis vel aliqua ipsarum vt dictum est
si aliud in contrarium non appareat. Et hoc de primo.

3 ¶ † Quantum ad secundũ quo queritur vtrum ex eo ꝙ dictus
prepositus soluit camere apostolice fructus primi anni sit libe
ratꝰ a fabrica ecclesie sancti Vigilij in tridẽto cui ex antiqua
⁊ approbata consuetudine debentur fructus primi anni bene
ficiorũ vacantiũ cum dicat se nõ teneri bis soluere. arg. in. l. bo
nafides non patitur. ff. de reg. iur. Et breuiter istud determina
tur per ea que habentur in. c. si propter tua debita. de rescri. li.
vj. in tex. ⁊ glo. ⁊ in nouel. circa fi. vbi Jo. and. refert se vidisse
reseruationes factas de fructibus primi anni per Joan. xxij.
in primo ⁊ septimo anno sui pontificatus: in qbus ipse declara
bat ꝙ per hoc non intẽdebat facere preiudicium fabrice vel al
teri cui ex consuetudine deberentur fructus predicti quominꝰ
habere debeant fructus anni sequentis. Et sic annus primus
reducitur ad secundũ quo ad fabricam predictam sicut etiã in
casu illius capituli fm lecturam glo. ibi posite que per dictas
declaratorias Joannis approbatur fm eundem Joan. and.
in nouel. ibidem in fine. Et hec de secundo.

¶ Super tertio quesito nil dico cũ dictus prepositus nõ sit de
corpore capituli. Et ideo non ligatur statutis capituli: sed solũ
qui sunt de corpore. l. fi. C. de consti. pecu. Laus deo.

¶ Summarium.

1 ☞ Quando testator legat fundũ quẽ dicit esse in vna regio-
ne ⁊ est in vicina: etiã legatum debetur licet erratum sit in re-
gione modo alie demonstrationes conueniant. ⁊. 2.

2 Nomine libertorum suorum qui veniant: nomine filiorũ qui
veniant.

3 Quis possit diuidere territoria ⁊ cõmunitates illarum.

¶ Consilium. cxvij.

IN christi nomine amen.

1 ¶ † Videtur dicendũ ꝙ dicte petie terre cadant in
legato predicto postꝙ̃ dicte insule sunt vicine colo-
nello loci troioni licet non sint de ipso colonello. per. l. pa-
tronus. §. sempronio. ⁊. §. libertis. de lega. iij. Sed certe in il-
lis. §. §. fuit facta mentio de certo nominato predio quod dice
batur esse in vna regione ⁊ non erat in illa: nec ipsum nec aliud
eiusdem nominis: sed reperiebatur esse in regione vicina vn-
de illud debetur: q2 testator censetur de illo cogitasse: alʼs lega
tum redderetur inutile: et sic presumitur errasse in regione: sed
sufficit ꝙ reperiantur alie demonstratiões vere: licet illa de re
gione reperiatur falsa. l. i. §. fina. cum ibi no. per Bar. ff. de do
te preleg. sed hic legauit non nominatim sed generaliter ꝑdia
existentia in colonello loci troioni ⁊ eius villis: ⁊ in dicto colo
nello seu villis reperiuntur aliqua in quibus legatum potest
verificari. vnde sufficit ꝙ illa tantũ veniant nec debent venire
illa quibus non conuenit demonstratio facta a testatore. vt col
ligitur ex illo. §. libertus. in ver. respondi si nullus esset satria-
nus ⁊c. quia pro conditione seu taxatione sumitur dicta demõ
stratio. l. nuper. ver. si vero incertũ corpus ⁊c. eo. titu. de auro
⁊ argen. leg. l. quintus. la. j. ⁊. l. pediculis. §. cum quereretur. in
fi. de fun. instru. l. fundus qui locatus. ¶ Item adhuc videtur
idem propter hoc ꝙ testator post testamentum locauit ꝙ̃ plu-
res petias terrarum positas in dicta insula alta Veronẽsis di
strictus cuidam Andree quẽ dixit habitare in dicta insula al-
ta longi troioni. Cum ergo in dicto contractu locationis ap
pellauerit dictam insulam altã longi troioni declaratur quali
ter intellexerit id quod dixerat in testamẽto de petijs terre po
sitis in villis longi troioni: videlicet ꝙ dictã insulam altã ac
ceperit pro villa longi troioni: quia sicut per verba prolata in
testamento declaratur qualis fuerit mens testatoris in cõtra-
ctu per prius celebrato ab eodem. l. vxori. §. fi. ff. de leg. iij. Ita
⁊ econuerso debet esse vt eadem sit ratio contrariorum. l. ⁊ si cõ
tra. ff. de lega. iij. Mens enim ⁊ intellectus testatoris declaratur
2 ex verbis ⁊ scripturis eius. † vnde si aliquem consueuit appel-
lare libertum suum continetur appellatione libertorũ suorum
licet non esset libertus suus sed libertus liberti. ff. de alimen. ⁊
ciba. lega. l. alimenta. §. i. per quem dicit Bart. ibi ꝙ appella-
tione filiorum a testatore prolata continetur nepos quẽ testa-
tor consueuit filium appellare licet regulariter non ita sit. l. li-
berorũ. cũ ibi not. ff. de verb. sig. Sed certe in dictis iuribus cõ
stat ꝙ verba fuerũt a testatore prolata: nõ sic in casu nostro: q2
verbum illud longi troioni positum post verbũ insula alta in
dicto cõtractu locationis potuit apponi a notario cũ verba in
strumenti sint concepta in personam tertij. Et ita vt dicitur atte
statur notarius ꝙ a seipõ ⁊ per inaduertẽtiã apposuit: ideo nõ
obstant dicta iura nec dicta verba ꝓbãt dictã villã altam esse
de colonello longi troioni. iuxta no. in. l. cũ aliqs. C. de iure de
libe. de contrahen. stipu. l. optimã. s. ꝙ ṽba enũciatiua notarij
non probant fines plebanatuũ ⁊ territoriorũ. Et iõ predictis
non obstantibus dicendum est dictas petias terrarum nõ cade
re in dicto legato postꝙ̃ vt presupponitur ꝑ cõstanti prefate in
sule nõ sunt de cõtinentijs longi troioni: sꝫ de cõtinẽtijs cãpa-
nee Verone: q2 dicitur esse distincta a colonello longi troioni.
Et postꝙ̃ in cõtinẽtijs longi troioni sunt alique petie terrarũ
in quibus legatũ põt verificari. vt. d. l. patronus. §. libertis. ṽ.
respondi a cõtrario sensu. ⁊. l. nup. ver. si vero incertum in ratio
ne sui. ff. de leg. iij. Nec habet obstare ꝙ per dominos rectores
loci fuerunt dicte ville copulate cum dicto colonello longi tro-
ioni ad publicũ incantũ: q2 hoc ꝓsumitur fuisse factũ gratia cõ
modioris locationis nõ vt vellet illas venire cũ dicto colonel
lo sicut ecõuerso fieri consueuit diuisio vnius fundi gratia cõ-
modioris culture nõ vt fiant plures fundi. l. gaius. §. titius. ff.
de leg. ij. iunctis his que not. ꝑ Bar. in. l. j. ff. de reb. dub. ⁊. l. q
ex pluribus. de verbo. oblig. Remanent ergo dicte ville distin
cte et separate a dicto colonello non obstante dicta copulatio
ne facta per dictos dominos rectores in publico incanto post-
ꝙ̃ constat de antiqua distinctione: licet sub vno nomine fuerint
3 copulate. d. l. qui ex pluribus. ff. de verb. obliga. ¶ † Preterea
cum ꝓfati rectores sint positi solum ad iustitiam ministrãdam
non potuissent etiam si voluissent vnire dictas insulas cũ di
cto colonello ⁊ sic remouere distinctionem que fuit ab antiquo
inter dictum colonellum ⁊ eas: quoniam illa distinctio dicitur
facta de iuregentium. ff. de iusti. ⁊ iur. ⁊. l. ex hoc iuregẽtiũ. ibi.
agris termini impositi ⁊c. Et sic solus princeps ⁊ qui princips
et res patris possideant nõ fuissent apposita in investitura: idẽ esset vt nepotes non possent venire ad ista bona nisi essent heredes aui. Modo ex his que narrantur in puncto apparet q̃d iste nepos et neptis non sunt heredes auo quod patet quia dicitur quod pater substituit filias tantũ et de nepotibus ex eis non fecit mentionem. Et quod due de dictis filiabus: ex quibus dicti nepotes nati sunt mortue sunt viuente patre eodẽq̃ testatore superstite tertia filia scilicet Ursolina sicq̃ portiones illarum defunctarum sibi accreuerunt. C. de caducis tollẽdis. §. pro secundo. et. §. his ita. circa medium. exclusis nepotibus qui nec ex testamento possunt venire: quia non fuerũt substituti. ff. de here. insti. quidam cum filium. nec ab intest. stante causa testati. l. quamdiu. ff. de acquirenda hereditate. nec iure transmisso: quia spes institutionis non transmittitur sicut nec substitutionis. legẽ sed si plures. in principio: et lege qui habebat. ff. de vulgari et pupillari. nec hereditate non adita. C. de iure deliberandi. lege quoniam sororem. Nec obstat si dicatur quod immo testamentum istud debet dici nullũ: quia dicti nepotes reperiuntur in eo fuisse preteriti sine causa tempore mortis aui materni subductis matribus eorum de medio. ergo. etc. ff. de iniusto testamento. lege posthumorum. iunctis his que notan. per glo. in autentica de here. et falci. §. exheredatos: quia si verum est quod in puncto proponitur q̃ extaret agnatus qui ex forma statuti filias feminas excludit: et per cõsequens descẽdentes ex illis a succes. intest. iuxta no. per Bart. in. l. ij. §. fi. ad tertul. et per Bal. in. l. maximum vitium. C. de libe. prete. preteritio ipsorum vel ab eis descendentium non vitiat testamentũ vt ibi no. quoniam eis non debetur legitima cum sit portio portionis debite ab intest. l. cum queritur. et. l. parentibus. C. de inoffi. testa. Et hic nulla portio debetur filiabus predictis vel descendentibus ab eis de successio. ab intesta. stante agnato: licet ipse filie sint dotande. Sed hic dos non est portio vel quota hereditatis propter quam possit dici eas succedere et legitima deberi eis. Constat autem q̃ preteritio non vitiat nisi cũ fit de illis de quib' debet̃ legitima: vt patet ex no. per doct. in locis p̃alleg. et per Bar. in. l. titio centum. §. titio genero. ff. de condi. et demonst. Preterea si dictus agnatus fuisset heres institut' excluderet filias et descendentes ex eis a rumpendo ratione preteritionis sicut excluderet eas a succedendo ab intesta. ne fit deterioris conditionis: cum habeat voluntatem defuncti expressam q̃ cum non habet arg. ff. de leg. ij. l. titia seyo. §. fin. de vulg. et pupil. si filius qui patri. ver. presertim. Eodem ergo modo si fuit instituta filia vel etiam quidã extraneus ipso agnato pretermisso: quia talis institutus subrogatur in locum dicti agnati: prout in fi. not. glo. in auc. hoc amplius. C. de fideicom. circa medium. et in corp. vnde sumitur. et sic excludere debet a rumpendo sicut excluderet ipse agnatus institutus cuius loco subrogatur. arg. ff. de condi. et demonstra. l. titia. §. filia. si quis cau. eum qui. §. qui iniuriarum. cum si. Item non obstat si dicat̃ in bonis ecclesiasticis de quibus agitur non succeditur ab intest. fm formam statuti sed fm formam iuris cõmunis virtute decreti apostolici: vnde ab intestato nepotes isti successissent in istis bonis vna cum filia testatoris eorum matertera post q̃ non extabat filius masculus. Et sic videtur q̃ saltim q̃tũ ad ista bona debeat censeri testamentum istud nullũ: nec videtur hoc inconueniens q̃m iste testator censetur duplex habuisse patrimoniũ postq̃ habebat bona diuersarum conditionum in quorum quibusdã succedebatur ex forma iuris municipalis: et in quibusdã ex forma iuris communis: sicut dicunt doc. de illo qui habet bona in diuersis territorijs in quibus sunt diuersa statuta in modo succedendi. vt no. Cy. et alij in. l. cunctos popu. C. de summa tri. sed respondetur q̃ immo isto casu non successissent isti nepotes ab intestato vna cum filia in bonis istis postq̃ stante isto agnato nõ successisset in alijs. Et hoc propter tenorem inuestiture que requirit q̃ res patris vel aui habeãt ad hoc vt succedant in istis et sic q̃ sint heredes patris vel aui in alijs bonis quod hic non est. Prefatũ ergo decre. locum haberet quãdo inuestitura fuisset facta simpliciter pro se et suis descen. seu filijs et nepotibus: et sic non requireret q̃ essent heredes: presupposita tamen opin. Bar. qui sentit q̃ tunc non requiritur q̃ sint heredes. in. d. §. si liberi. licet Bal. contra vt. s̃. dixi in. d. l. ij. C. de suis et legiti. Et in dicto casu procederet oppo. s̃. facta. vz. q̃ saltim quantũ ad hec bona testamentum posset dici nullum: et per consequens in alijs bonis sola filia succederet ex testamento: in istis vero tam filie q̃ nepotes et neptes ab intestato: sicut videmus in milite q̃ potest in vno patrimonio decedere testatus in alio intestat'. C. de testa. mil. l. j. et. l. q̃q̃. cum ibi plene no. Et constat q̃ nepotes et vlteriores ex vno filio succedunt cum patruis et materteris filijs: et filiabus testatoris. C. de suis et legiti. l. iij. Nõ ergo excluduntur isti nepotes et neptes ab istis bonis per statutum predictum: cui decre. papa vult derogare quãtum ad ecclesiastica bona vt non deferantur fm formam statuti sed fm formã iuris cõmunis: sed excluduntur propter tenorem inuestiture cui papa derogare voluit: q̃ requirit vt quis sit heres patris in alijs bonis ad hoc vt succedere possit in istis. sed isti non succedunt in alijs stante agnato ex forma statuti cui papa in hoc et quantum ad alia derogare noluit: igitur nec in istis: et per predicta tollũtur plures perplexitates tacte in allegationibus si bene inspiciatur. Nec ob. q̃ iste est nepos masculus et sic comprehendi videtur in inuestitura. Nam contrariũ determinat Spe. in titu. de locato. §. nunc vero aliqua. ver. clxvj. q̃ non comprehẽditur nisi descendat ex masculo. et Bald. in. l. j. C. de condi. inser. et in auc. si quas rui. in fi. C. de sacrosan. eccle. et Ricar. malum. in. q. disputata per eum que incipit titius habẽs duos fratres. quã refert Jo. an. in addi. Spe. ti. de testa. sup rub. in vlti. q. Preterea etiam in eo viget defectus predictus q̃ non habet bona aui materni. Quod aũt dicitur de ordine inter filios et nepotes nõ multũ viget q̃ illud pcederet de filijs ad nepotes vel neptes ex eisdem q̃ illi procedunt a parentibus eorũ: ideo debent vocari post illos. iuxta plene no. in. l. gallus. §. j. ff. de lib. et posth. Non autem procedit de filijs et nepotibus seu neptib' ex alijs filijs vel filiabus: q̃ illi succedunt loco parentum suorum et cõcurrunt cum patruis auunculis amitis et materteris: sicut et parentes eorum concurrissent. C. de suis et legi. l. iij. Concludit ergo per primas rationes tm̃ filiam predictam preferendam in his bonis emphiteoticis prefatis nepotibus et neptibus hereditatem aui materni non habentibus. Laus deo.

> a Propter stuprũ. Sz nũq̃d propter stuprũ priuet̃ successione filij. vide Bal. in cõsi. ccxcix. i. iij. pre.

1 Pulcherrim' casus. Mulier vidua pter cõmissum stuprum ita perdit dotẽ applican. agnatis defuncti sicut viuente marito si cõmittat adulterium. 2. 3. 4.

2 Vidua non habens vnde se alat debet ali de bonis quõdã mariti etiam si nõ habuisset dotem.

3 Exceptio dilatoria orta ante litẽ contest. et non opposita nõ poterit postea opponi.

4 Defunctus qualiter offendatur.

Consilium. cxlvij.

In christi nomine amẽ.

1 † Reuocatur in dubium si mulier existẽs in viduitate cõmittat stuprum: deinde agat cõtra fratrem et heredem quondam mariti ad repetitionem dotis: an possit repelli et dos debeat cedere lucro dicti heredis ratione predicta. Et videtur dicendũ q̃ non debeat lucro cedere: nec possit repelli triplici ratione. Prima quia iura loquentia de hac materia loquuntur in adulterio quod committitur a nupta: vt propter ipsum debeat dotem perdere: quia per ipsum violatur matrimonium. C. de re pud. l. consensu. post medium. et in. c. plerumq̃. de dote post diuor. resti. Sed in vidua committitur stuprum non adulterium. ff. de adulte. l. prima. l. inter liberas. §. primo. nec per ipsum videtur violari matrimoniũ quod non est. igitur etc. Sed ad hoc potest responderi q̃ non solum propter adulterium per q̃d violatur verum matrimonium mulier perdit dotem: sed etiam propter stuprum a per quod violatur matrimonium putatiuum: vt patet cum putatur matrimoniũ tenere: et tamen non tenet: vt no. per glo. in. d. c. plerumq̃. et etiam per alios docto. et etiam in dicta. l. consensu. in glo. mag. super verbo annum. in fi. que hoc tenet per tex. in auc. de nup. §. si vero ab initio. eodem modo videtur q̃ perdat propter stuprũ per quod violatur matrimoniũ fictum quod est durante viduitate: quo tempore censetur et fingitur precedens matrimonium durare. in auc. de nup. §. soluto. C. de bo. mater. l. fi. ff. ad munici. l. filij. §. vidua. de sena. feminis. in fi. et quod no. in. c. ex parte. in fi. magne glo. de foro compet. Sic enim durante viduitate gaudet priuilegio primi matrimonij. vt. d. ll. et quod in eis no. ita debet eam inuiolatam conseruare alias debet puniri sicut violans matrimonium putatiuum: ratione cuius sortitur priuilegium in quasi dote sicut in vera dote. l. si cum dotem. §. fi. ff. soluto matrimo. Sicut enim non licet violare verum matrimonium ita nec opinionem matrimonij vel fictionem. argumen. not. in dicto. c. plerumq̃.

2 † Nam existens in viduitate deberet ali de bonis quondam mariti si esset egena etiam si dotem non habuisset. vt not. Cynus. in dict. l. fina. C. de bo. mater. propter memoriam bene transacti matrimonij. l. vnum ex famil. §. fi. ff. de leg. ij. Igitur et penam de ipsius violatione sustineat: iuxta illud. Commoda qui sentis iungas onus emolumentis. de reg. iu. fm naturam.

Secundo facit pro hac muliere q̃ res non debet incipere ab eo casu quo cepta finiretur. ff. de vsufru. l. titio cum morie‹tur›: sed si adulterio

adulterium fuisset cōmissum viuēte viro. Et sic fuisset acquisitū viro ius accusandi eā pro lucro dotis eo mortuo in iudiciū illo non deducto non transmitteret ipsum ad suos heredes: sed extingueretur morte. l. rei iudicate. §. j. in fin. ff. so. ma. C. de reuo. dona. l. fi. no. in Spe. de dona. inter vi. ꝛ vxo. §. formatis. versi. quid si mulier. igitur non debet hoc ius querele in persona heredū incipere postꝙ ceptum in persona viri finiretur in ꝑsona heredū. Sed ad hoc respondet ꝙ non est eadem rō: ideo nō valet argumentatio. Nam si ceptum esset in ꝑsonam viri ideo nō transiret ad eius heredes: qꝛ moriendo censeret ipsum remisisse sicut ꝛ al's accusationes tendētes ad vindictā: vt iniuriarū. ff. si quis cau. eum qui. §. qui iniuriarū. de priua. delic. l. j. sed si non erat ortum viuente viro non pōt dici remissum per eū: ideo non ꝓhibetur incipere in ꝑsonā heredū. † simi. videmus in excep.

3 dilatoria que si orta erat ante lit. conte. ꝛ non fuit opposita non pōt postea opponi: quia censet remissa. C. de ꝓcu. l. ita demum. Et tñ si oriatur post lit. cōte. non prohibet opponi: qꝛ non pōt dici remissa per ꝯtestationem que tūc nata non erat sed nata est post. C. de conf. eiusdē li. l. ij. Et in mora que commissa ante lit. ꝯte. non potest postea purgari: ꝛ tñ si committitur post purgari potest vsqꝫ ad sententiam. C. de transac. si maior: ꝛ ibi no. ꝛ in l. sine apud acta. ꝛ ibi no. circa fi. glo. fi. eo. ti. ¶ Tertio facit pro hac muliere: qꝛ tunc vir lucratur cum accusat vxorem de adul-

a terio [a] ad separationem matrimonij olim ꝛ se inscribit ad penā talionis: in auc. vt lice. ma. ꝛ aue. §. qꝛ vero. ꝛ no. Bart. in. l. miles. §. ij. ff. de adul. vel hodie ad separationem thori: vt in c. plerunqꝫ supra alle. Sed hic neutrum istorum fecit: sed certe primum non est verū: qꝛ cum accusat criminaliter ꝛ se inscribit dos non cedit lucro viri sed mulier vna cum dote ꝛ alijs suis bonis detruditur in mon̄. ne fit ei onerosa certa parte ipsorum assignata consanguineis. in auc. vt nulli iudi. §. adulterā. posita. C. de adul. auc. sed hodie. Secundum vero quod agatur ciuiliter ad separationem thori bene est necessarium. vt. d. c. plerunqꝫ. ꝛ no. glo. in. l. consensu. s. allega. in glo. ma. in. iij. solu. ꝛ probatur in c. tue. de procura. tamen tunc est illud necessariū cum matrimonium constat. Sed si solutum erat olim diuortio sufficiebat excep. vt colligitur ex. l. cum mulier. ff. sol. ma. ꝛ quod not. Spe. in d. §. forma. ver. quid si mulier. in fi. secundum Alberi. pap. cum quo Jo. an. ibidem in addi. dicit concordare Accur. in. l. j. §. illo proculdubio in. j. glo. C. de rei vxo. act. idem ergo in casu nostro vbi solutum est morte stātibus his de quibus. s. ¶ Quarto facit pro ista domina: qm̄ pena amissionis dotis ꝓpter adulterium imponitur propter offensam ꝛ iniuriam que fit marito l. consensu. C. de repudi. Sed mortuo non videtur posse inferri iniuria vel offensa: quoniam defunctus non habet animū qui possit ad iracundiam prouocari: ergo ꝛc. C. de inoffi. testa. cum te. ꝛ l. filia in orbitate. ꝛ quod plene no. Bar. in. l. licitatio. §. qō

4 illicite. de publi. † Sed hic respōdetur ꝙ immo defunctus potest offendi. ff. de his qui. vt indi. l. j. ꝛ no. C. eo. titu. l. sororem. ff. de religio. ꝛ sump. fune. l. ꝛ si quis. §. iudex. ꝛ prosecutio talis iniurie vl' offense pertinet ad eius heredes. ff. de iniurijs. l. j. §. ꝛ si forte. ¶ Predictis ergo non obstantibus sub correctione potioris sentētie. ff. qui pot. in pig. ha. l. claudius felix. videtur dicendum de rigore iuris dictam mulierem propter dictum stuprum in viduitate commissum debere dotem perdere: ꝛ sic eam posse repelli excep. si eam petit: ꝛ ꝙ debet apud fratrē dicti defuncti ꝛ heredes eius remanere tanꝙ principaliter offensum ex offensa facta defuncto per iura. s. alleg. ꝛ etiam per text. cum glo. ꝛ per id quod ibi no. Bar. in. l. penulti. C. de adulte. vbi patet quod vidua non debet viduitatē stupro maculare. Et si contra facit maritus si viuit quia si matrimonium fuit solutum diuortio principaliter offenditur ꝛ prefertur in accusatione omnibus alijs sicut si commisisset adulterium durante matrimonio. Et eodem modo si solutum est per mortem viri tam ipse vir defunctus ꝙ heredes eius: ꝛ eius consanguinei similiter principaliter offenduntur: vt ibi signāter no. Bart. Igitur possunt petere eam puniri sicut puniri deberet si durante matrimonio cōmisisset adulteriū: ꝛ ꝙ pena debeat eis tanꝙ principaliter offensis applicari. ff. de litigi. l. fi. ꝛ. d. l. j. §. si forte. ff. de iniurijs. iūcto. c. plerumqꝫ. de dote post diuor. resti. Laus deo.

¶ Particula testamenti domine. F.

¶ Item reliquit Dorothee eius nepti quōdam Alexādri de Vēturino duc. centum auri pro maritando ipsam ꝛ in auxilium ipsam maritandi: ꝛ si decederet anteꝙ nuberet voluit ꝛ ordinauit dicta testatrix ꝙ dictum legatum deueniat in heredem suum infrascriptum.

1 ☞ Legatum factum pro aliqua maritanda debetur etiā ea nubente per vitam relinquentis si non mutetur testamentum.

¶ Consilium. cxlviij.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Proponitur in facto quod quedā testatrix in suo testamento reliquit cuidam sue nepti non dum nupte duc. centū pro ipsa maritanda ꝛ in auxilium nubendi. Et ꝙ postea ipsa testatrice viuente prefata neptis fuit maritata ꝛ dotata ꝑ aliū. Et ꝙ postea dicta testatrix decessit cum eodem testamento aliter non mutato.

¶ Queritur nunc vtrum dicta legataria possit petere dictum legatum. Et videtur ꝙ non: quia causa propter quam dictum relictum fuit factum videtur finita ꝛ ꝙ amodo non possit impleri ex dicto legato postꝙ iam nupta est. ergo ꝛc. per ea que habent per Barto. in. l. lucius. la prima. ff. de lega. secundo. Sed Guillel. de cu. mouet istud dubium in proprijs terminis ꝛ determinat contrarium in. l. cum is. §. si mulier. ff. de condi. indebi. per l. publius. in princip. ff. de conditioni ꝛ demonstrationi. vbi videtur hoc expresse probari. ꝛ Ray. de forli. tenuit idem per. l. hec ergo. la prima. eodem titulo. vbi dicit esse casum. Nec ob. no. per Barto. in dicta. l. lucius. quia Bald. ipsum ꝛ rationem suam reprehendit in. l. filia legatorum. C. de leg. vbi dicit quod causa non dicitur finita vel extincta: sed adimpleta. Ideo non debet extingui legatum. Preterea si quantitas legati est tam magna ꝙ conueniat doti censetur relicta pro dote non pro expensis nubendi. sed dos potest augeri constante matrimonio. [a] ergo ꝛc. ꝫm eundem Barto. in dicta. l. lucius. qui hoc tenet quādo relictum fuit factum pro dote. Si vero esset parua ita quod non videretur relicta pro dote dicto casu videtur legatum deberi. per dictā. l. publius. vbi reliquit in honorem consulatus: ꝛ sic pro expensis incumbentibus. ꝛ tamen ibi dicitur legatū deberi: licet legatarius viuente testatore consulatum fuerit adeptus ꝛ expensas de suo fecit preterea testatrix si sciebat eam nuptam ꝛ testamentum in illa parte non mutauit censetur voluisse decedere cum eodem testamento: vt. l. athlete. §. dat remissionem. cum ibi no. ff. de excu. tuto. Laus deo.

[a] ¶ De adulterio. Quib' autē casib' vir ꝑpter adulteriū vxoris lucret vel non lucret dotē. vide bal. in cōsi. cc.xxj. in ij. parte.

¶ Et ita dico ego Paulus de castro vtriusqꝫ iuris doctor ꝛ ad fidem me subscripsi ꝛ sigillaui.

¶ Casus.

¶ Quedam domina. K. nupsit cuidam. P. nulla dote interueniēte qui. P. postea superstitibus tribus communibus filiabus decessit testatus: dicte eius quondā filie in modum transactionis ꝛ concordij habuerunt tertiam partem hereditatis. reliquas vero duas partes habuerunt. F. ꝛ. N. testatoris agnati. deinde dicti. F. ꝛ. N. certas possessiones cesserunt ꝛ tradiderunt memorate domine. K. que aliter inops erat ex bonis dicte hereditatis: ꝛ similiter postea predicte eius filie cum autoritate iudicis tutorum ꝛ curatorum suorum cum vna tunc earum esset pupilla alie vero adulte seu puberes earum matri certas alias possessiones cesserunt ꝛ tradiderūt vt apparet ex publico instrumento sub his verbis. videlicet. Cum hoc sit ꝙ dicta. K. vxor quondā dicti. P. restaret habere debere a filiabus suis predictis communibus sexcentos ducatos pro completa solutione omnium dotium suarum ꝛ omnium iocalium suorum que omnia. scilicet dos ꝛ iocalia pro bono pacis ꝛ amicorum interuentu per heredes quondā dicti. P. in mille ducentis ducatis constituta fuerunt: ꝛ pro partibus. F. ꝛ. N. assignate fuerunt dicte domine. K. tales possessiones pro sexcentis ducatis. vt ibidem partibus presentibus dicta domina manifeste confessa fuit: propterea dicte eius filie cesserunt tradiderunt transtulerunt ꝛ mandauerunt predicte earum matri iure proprio ꝛ pro libero ꝛ expedito saluo iure conductorum talia bona ꝛ possessiones spectantia ꝛ pertinentia dictis sororibus que per predictum. P. earum patrem que tenebantur ꝛ possidebantur tempore vite ꝛ mortis sue ad habendum tenendum possidendum: ꝛ quicquid predicte domine. K. deinceps placuerit continue faciendum cum omnibus ꝛ singulis actionibus iuribus integro vsu ꝛ actione dictis filiabus pertinentib'. Constituentes etiam ipsam procuratricem in rem suam ac se possidere eius nomine donec tenutam ꝛ corporalem possessionem apprehenderit. Promittentes insuper quod predicte earum matri vllo tempore non inferrent questionem litem ꝛ controuersiam pro bonis predictis: immo defendent conseruabunt ꝛ manutenebunt ꝛ in nullo vnꝙ contra facient vel contrauenient. hoc insuper pactum adijcientes ꝙ quandocunqꝫ dicte domine vel earum heredes offerrent dicte earum matri dictos sexcētos ducā. infra tempus duodecim annorum ipsa teneatur restituere bona ꝛ possessiones supradictas: renunciaueruntqꝫ cum iuramento conditioni sine causa restitutioni appellationi supplicationi: ꝛ similibus remedijs ꝛc.

¶ Subsequenter ante finitum tempus memoratum duodecim annorum maior eadem. K. an. xxx. contracto ꝛ consummato secūdo

matrimonio cum. V. alienigena ꝛ nihil in patria habente nulla dote propterea specialiter constituta ac nullo dotis instrumento confecto ex eodem duas genuit filias: possessiões predictas per. F. ꝛ. N. consignatas ꝛ vt supra traditas de consensu secundi mariti alienauit cuidam: demum eadem domina. K. condito testamento decessit in quo filias primi mr̃imonij in exigua quãtitate instituit etiam longe minori legitima. filias vero secundi matrimonij vniuersales heredes instituit quibus substituit ei⁹ scdm̃ virum: ita vt toto tempore vite sue sit vsufructuarius: eo vero defuncto medietas bonorum deueniat in fratrem testatricis ꝛ eius heredes: alia vero medietas in filias primi matrimonij ꝛ earum heredes quos maritum. S. ꝛ fratrem predictos commissarios ordinauit ꝛc.

¶ Nunc presupposito statuto quo cauetur ꝙ si mulier aliqua cõtrahat matrimonium cum aliquo: ꝛ consummatũ sit nulla dote constituta: ꝙ omnia bona res vel iura que habet seu possidet dicta mulier intelligantur ꝛ sint dotalia ꝛ in dotem data per dictam mulierem. Ita ꝛ taliter ꝙ omnia iura ꝛ ordinamenta ciuitatis loquentia de dote vera locum habeant in dote ꝛ bonis siue iuribus suprascriptis ac si per dationem vel possessionem in dotem data seu constituta forent. In dubium reuocatur an bona de quibus supra que prouenerunt ad ipsam dominam. K. ex bonis prioris matrimonij reuerti debeãt. ꝛ quomodo ad filias prioris matrimonij. Et an omnia an ex patre ꝛ ꝑ quota ꝛ quanta parte. ¶ Presupposito quod precia dictarum possessionuꝫ venditarum sunt in loco tuto: ꝛ possunt haberi ꝛ extorqueri a dictis filiabus secundi matrimonij.

1 Filijs primi matrimonij tradentibus res immobiles matri: vt possit de eis velut de dote sua facere pro libito sue voluntatis: an ipsa mater possit eas res relinquere filijs secundi matrimonij ꝛ inquantum.

¶ Consilium. cxlix.

In christi nomine amē.

1 ¶ † Sine disputatione questio supradicta videtur decisa ꝙ bona predicta omnia spectẽt integre ad filias prioris matrimonij: quoniam ex patrimonio ꝛ substantia earum patris processerunt. per. l. femine. per totam. l. ꝛ ibi Angelus post alios doctores cum pluribus alijs. ll. C. de secundis nuptijs. ꝛ in autẽ. de nup. §. si vero fit soboles. colla. quarta. ꝛ in auten. vt lic. ma. ꝛ auie. §. quia vero legem. collat. viij. Et videtur etiam expresse decidi per auten. preterea. C. vnde vir ꝛ vxor. ꝛ ibi Bald. ꝛ in corpore vnde sumitur. non enim heredes ipsius. N. dotes ꝛ iocalia constituerunt eidem. K. quasi talia priori marito non dedisset: sed moti equitate dicte auten. preterea. tales dotes pro futuris contrahendis nuptijs ꝛ alimentis recipiendis constituerunt ꝛ fecerunt ex concordio ꝛ in modum pacis ex interuentu amicorum in vim transactionis. Quinimmo dato ꝙ hec bona sibi fuissent insolutum tradita: ex eo ꝙ alias dotẽ dedisset priori viro: attamen cum non tantumdem reliquerit liberis prioris matrimonij ꝙ̃tum tacite dedit in dotem secundo viro nulla ei dote expresse constituta integre ad liberos prioris matrimonij pertinent non ad filias scdi: per text. in. l. quoniam preterite. et auten. ad eos. ibi posita. ꝛ vnde sumitur coniuncto memorato statuto. C. de secundis nupt. ꝛ in aut. de nup. §. optime. ꝛ. §. nec illud. col. iiij. illa enim verba statuti iura ꝛ ordinamenta ciuitatis vt aliquid importent debent intelligi fm̃ iura ciuilia ꝛ communia vt differat ab ordinamentis municipalibus sicut in similibus per Bar. in. l. rerum ammotarum. ff. de re. ammo. Amplius cum predicta testatrix studuerit filias prioris matrimonij decipere ꝛ omnino excludere tam per alienationeꝫ predictam factã de consensu ꝛ forsan melius stimulis ꝛ precibus mariti secundi forensis contra iura municipalia: tam quia eas quasi in nihilum instituit relinquens vniuersales heredes filias secũdi matrimonij eis substituens mariuꝫ succedere debent filie prioris matrimonij quasi per excogitatam fraudem. studuerit ad secundum viruꝫ bona sua contra legis dispositionem transferre. per l. hac edictali. ver. omni circunscriptione. C. de secũdis nuptijs. Per quam insuper legem solet vulgo tradi doctrina quod saltem non potest mater etiaꝫ mortuo secundo viro plus relinquere filijs secundi matrimonij ꝙ̃ relinquat filijs prioris matrimonij. Ex quibus apparet pluribus rationibus quod bona predicta: tum quia fuerunt ex substantia prioris matrimonij: aut saltim propter fraudes ꝛ machinationes excogitatas spectant ꝛ pertinent in totum aut saltim pro parte maxima filiabus prioris matrimonij per iura preallег. diuersis respectibus de quibus. s. Et illa verba dationis insolutum ꝛ cõsignationis ex ꝓprio iure ꝛ pro libero ꝛ expedito vt continue possit dicta domina. K. facere de eis bonis ad libitum sue voluntatis hoc important ꝙ vbi alias possessio non transferretur in ipsam dominã. sed sola possessio ꝛ vsufructus vsq₃ ad diem mortis sue. per. d. l. femine. ꝛ per dictũ. §. quia vero legeꝫ. hoc casu transferatur ꝓprietas pro tempore eius vite non ꝙ possit transferre in alios post eius mortem quasi subiaceant restitutioni. vt indicant verba traditionis que nunꝙ̃ nominant eiusdem domine heredes. sed ipsam tantummodo: ꝛ illud verbum continue ꝛ nunꝙ̃ intelligantur vsq₃ ad mortem matris ipsarum. per. l. primã. ff. pro socio. cum simi. Quando ergo tradiderunt proprietatem etiã dicte restitutioni vt dixi subiacentem plus debito fecerunt ꝛ ea ꝙ̃ tunc pupilla erat que iurare non potuit si tempora petende restitutionis non perierint posset in integrum respectu hoc restitui. Non obstat insuper his que predicta sunt memoratum pactum ꝙ dicte priores filie reluere possint dictas possessiões vsq₃ ad. xij. annos hoc enim in earum fauorem appositum est. vnde sibi plenum preiudicium parere non debet; nec omnimodam exclusionem. per. l. quod fauore. ff. de legi. Tantoq₃ forti⁹ quia pro centum ducatis cõuentum fuit vt bona valentia. cc. duca. s. bona antedicta. vcꝫ. tam habita a filiabus ꝙ̃ ab alijs coheredibus. F. ꝛ. N. lui ꝛ exigi possint quasi per hoc vsumfructuꝫ ꝛ vtilitatem quam in vita sua mater esset perceptura ex oĩbus his bonis cõmuni consensu in duca. centum estimauerint: fm̃. l. precia rerum. ꝛ. l. circa. l. ff. ad. l. fal. cum simi. Laus deo.

1 Si non constat de dote data: ꝛ per trãsactionem heredes mariti dederint mulieri aliquid an censeatur datum pro restituẽda dote: an vero propter dispositionem iuris iubentis vxorem non dotatam habere quartam in bonis mariti premortui diuitis.

Et an talia bona possit relinquere filijs secundi matrimonij et est idem casus cum precedenti consilio.

¶ Consilium. cl.

In christi nomine amē.

¶ Uiso casu ꝛ allegationibus suprascriptis satis iustum ꝛ rationabile piumq₃ videtur iuuare filias primi matrimonij aduersus impietatem matris eaꝝ que ipsas ita contempsit ꝛ male tractauit: quinimmo contempsit legis consilium ꝛ suasionem. Nã imperator Iustinianus in aut. de nup. §. pe. qui incipit illud instruit consulit ꝛ suadet parentibus qui tam ex primo matrimonio ꝙ̃ ex secundo liberos habent si volunt boni pij ꝛ iusti videri ꝙ non relinquant filijs primi matrimonij legitimam tantum quam per legem necesse habent relinquere: ꝛ filijs secundi matrimonij totum residuum: quia sic viderentur obliti prioris matrimonij: ꝛ nullam libertatem exercere circa liberos ex illo cum in necessitatibus non dicantur fuisse liberales. l. rem legataꝫ. ff. de adi. leg. Et sic viderentur nullũ amorem vel dilectionem habere ad filios primi matrimonij: sed totuꝫ ad liberos secundi. quod est iniustum ꝛ impium si filij primi non sunt ingrati: vnde consulit ꝙ faciat eos equales imitando dispositionem legis q̃ ipsos vocat equaliter ab intestato: si tamen habent vnũ vel aliquem filium ita festiuũ ꝛ eis gratũ ꝙ ipsum vltra alios diligũt permittit ꝙ sine reprehẽsione aliquid vltra alios sibi relinquere possint: non tamen taliter vel tantum ꝙ alijs non nisi legitimam relinquant: immo debẽt eis relinquere aliq̃d plus: alias nõ solum inuidia generatur inter fratres: sed etiaꝫ odium interdũ mortale vt contingit in filijs Iacob qui Ioseph vltra alios filios immense diligebat. dicit eniꝫ sancta scriptura ꝙ hec inter alios contra eum inuidie ꝛ odij fomitẽ subministrant: ideo lex mãdat inter filios equalitatẽ seruari. C. õmunia vtriusq₃ iud. l. fi. Mater aũt ista non solum aliquid vltra legitimam filiabus ex primo non reliquit: sed nec ipsam legitimã reliquit sed parũ quid: vt sic videatur non solũ spreuisse legis consiliũ sed ipsam legẽ ꝛ legis conditoreꝫ derisisse: adeo ꝛ aduersus gesta ꝑ eam legem insurgere debent. arg. C. de adul. l. cum vir. q₂ non erubuit vocari velut mater impia ingrata ꝛ crudelis erga carnem suam quã vr̃ potius odio habuisse ꝙ̃ amore. contra eã q̃ not. in. l. j. §. ij. ff. in ius voca. vt eant. Debet ergo in dubijs fieri interpretatio contra eam ꝛ gesta per ipsam. arg. ff. de serui. vrb. predi. l. si arborem. §. fi. ¶ Nunc ergo ad propositum propius accedendo.

1 † Dico si constaret verum esse quod in themate presupponitur vcꝫ. ꝙ ista mulier nullaꝫ dotẽ habuit in primo matrimonio. ꝛ ꝙ heredes primi mariti constituerint sibi dotem de bonis ipsius primi mariti ꝛ virtute aut. preterea. C. vñ vir ꝛ vxor: q₂ erat pauper ꝛ apta ad nuptuꝫ ꝛ defunctus diues tũc res esset clara q̃ ea mortua dos ꝑdicta tanꝙ̃ ꝑfecta ex bonis primi viri ꝛ occasione primi

ne primi matrimonij deberet integraliter ad filias ex illo matrimonio redire.per.d.auf.preterea.z per.l.femine. cu3.l.seq.C. de secun.nup. Nec ob.q cum filiabus primi mariti successerunt etiam agnati ex illo pro duabus tertijs z sic ista mulier non habuit a filiabus primi matrimonij nisi tertiam partem dicte dotis z sic illa tantum tertia videtur ad filias illas debere redire tanq ab eis profecta non autē alie due tertie que ab illis agnatis sunt profecte quia respondetur contrarium cu3 istud sit priuilegium filiorum primi matrimonij vt ad eos redeāt bona inde profecta etiam si in nullo sint heredes illius primi coniugis a quo pfecta sunt.C.de secun.nup.l.generaliter.§.in his.z auf. hec res.z in corpore vnde sumitur.multo fortius .i.si sint heredes, in aliquo:de quo etiam est casus in auf.de nup.§.si vero filios. col.iiij.sc3 q si primo cōiugi successerunt liberi z extranei lucra tamen ab illo prouenientia redeunt ad solos filios non ad extraneos vt ibi dicitur. Item non ob. si dicatur q lex femine cu3 concor.loquuntur in lucris que binubus coniunx habuit a primo coniuge:sed dic nō a primo viro: sed ab heredibus eius habuisset dicta mulier si vera sunt que presupponuntur:quia immo z ab illo censetur habuisse qui recipiendo illā sine dote censetur consensisse in eo q disponit auf. preterea.arg.ff. de diuer. z tempo.prescrip.l.de accessionibus.in fi. Item dicta.l.femine. post principi. loquitur si bene inspiciatur in rem non in personam disponendo de quibuscunq lucris obuenientibus de bonis primi mariti:nec requirit q ab ipso marito.ergo zc.ff.de acquiren.heredi.l.si seruum.§.non dixit.de constitu. pecu.l.eum qui.§.quod exigimus. Nec etiam obstant predictis verba instrumenti q dicta domina de dictis bonis possit facere velle suu3 zc.quia intelligitur.scilicet pro tempore quo vixerit z quo penes eam sunt mansura:non autem censentur per dicta verba renunciasse iuri de futuro.ve3 q post illius mortem redeant ad filias predictas si supererunt vel eorum filios.argu.l.qui rome §.duo fratres.ff.de verbo.oblig.cum ibi plene no.de lega.iij.l. paulo calimacho.

¶ Nunc est videndum vtrum ex verbis dicti instrumenti dationis insolutum sit fundata intentio dictaru3 filiarum primi matrimonij.videlicet q mater earum non dederit dotem in primo matrimonio:z q virtute auf.preterea.C.vnde vir z vxor.prefata bona fuerunt sibi data. Et videtur q sic.nam dicte filie hoc afferunt:z verba dicti instrumenti ad hoc adaptantur:quia dicunt q pro bono pacis z amicorum interuenta fuit dicta dos prefate domine per heredes primi mariti constituta zc. Si em dedisset dotem in primo matrimonio:non dixisset constituta s3 reddita. Uerbum enim constituta significat q de proprio ipsorum heredum:z aliud est reddere aliud quasi de suo dare.ff.de po.l.j.§.eleganter.in fi.verbum ergo constituta. positum in instrumento nullo modo conuenit ei quod asserunt filie secundi matrimonij. videlicet q mater predicta dedisset dotem primo marito:z q pro restitutione ipsius fuerunt sibi data insolutum dicta bona: tunc enim dos non fuisset constituta per heredes cum dudum primo z tempore matrimonij contracti constituta fuisset per ipsam dominam consentiente marito in dicta quantitate. Et regula est q in obscuris id quod verisimilius est debet assumi.z alio non apparente statur proprietati verboru3.de regu.iur.in obscuris.z.l.semper in stipu.cum ibi not. Nec fuissent necessaria verba illa q pro bono pacis z interuentu amicorum zc.si prefata domina probasset se dote3 dedisse.immo dicta verba probant clare q ipsa non ostendebat se dotem dedisse.z paria sunt non dedisse z nō ostēdere nec apparere q dederit.l.duo sunt.de testa.tu. Et si dicatur potuit esse q non ostendebat plene.sed aliqualiter. Et propter hoc puenerunt ad trāsactionem. Respondetur non esse verisimile q pro transactione in re dubia tam magnam quantitatem.s. M.cc.duca.constituissent se soluturos. Nam z si vere dedisset z probasset se dedisse:s m tamen ea que comprehendo ex qualitate persone non dedisset tantam dotem:quia forte non erat ita diues ipa vel ei9 pater quod tantam dotem dare potuisset. vnde non est credendum quod pro transactione z vt a lite recederet fuerit plus vel tantum datum quantum petebatur. potius ergo est verisimile quod hoc factum fuerit virtute auf.preterea.C.vnde vir z vxor. z propter qualitatem z conditionem primi mariti:quia erat diues z illa pauper z sine dote.huic enim sensui z interpretationi bene conuenit talis z tanta quantitas non transactioni in qua modicum quid dari solet respectu quantitatis petite.C.de trāsactio.l.transactio. Si enim totum quod petitur datur non trāsactio sed solutio dici potest:ideo solet partim dari partim retineri.z hic non est verisimile q dederit vltra mille ducentos: sed nec tantum ex qualitate persone:ergo non est presumendum q pro transactione quantitatis per eam petite tanq tradite primo viro: sed bene est verisimile q cum ipsa assereret se debere succedere viro suo in quarta parte virtute dicte auf.quia erant tres filie z matrimonium erat sine dote z mulier erat pauper defunctus diues. Prefati vero heredes resisterent: quia non sole filie succedebant:sed agnati:z sic erat questio in quantum succederet illa transegerunt per Mille.cc.z si hoc est quod adaptaretur negocio z verbis instrumenti habet intentum:quia virtute dicte auten.preterea.dicitur habuisse dicta mulier non autem insolutum pro dote quam dedisset: nec ex transactione facta super debito dotis date:sed ex facta super quantitate debita virtute dicte auten.preterea. Et per consequens debent ad filias primi matrimonij integraliter redire vt ibi. Et posito q transactio facta fuisset super debito dotis date: quia tamen illud erat dubium:alias transactioni non fuisset locus.ff.de trāsactio.l.prima.censentur dicti heredes fuisse moti principaliter propter hoc:quia siue fuisset data erat restituenda siue non:saltum venire poterat virtute illius auf.preterea.vnde cum in omnem euentum foret aliquid habitura: deliberauerunt pro bono pacis dare:z sic cum ista causa magis vigeret q aliqua alia scilicet contemplatio dicte auten. censetur habuisse virtute illius potius q ex alia causa.scilicet quia dotē dedisset.l.prima. cum sequen.ff.de soluti.z sic adhuc dicendu3 erit idem quod in casibus precedentibus.scilicet vt ad dictas filias debeat dicta dos integraliter redire tanq habita mere ex bonis primi mariti:z ex liberalitate legali que succedit loco liberalitatis ipsius primi mariti non ex causa debiti dotis date. Forte enim dicti heredes non transegissent si non fuisset timor dicte auf.preterea propter quam in omnem euentum erat aliquid habitura siue dotem dedisset siue non:z ita est verisimile postq non ostendebat se dotem dedisse: alias transactio z interuentus amicorum non fuisset necessarius. Sed presupposito q predicta cessarent:z q dicta bona fuissent data insolutum pro dote data in primo matrimonio. Et sic non deberent redire integraliter ad filias primi matrimonij virtute auten. preterea.C. vnde vir et vxor.vel virtute.l.femine.C. de secundis nuptijs. quo dicto casu locum non haberent.vtrum saltim redire debeant pro parte virtute.l.hac edictali.eodem titulo.videlicet vt primo habeant legitimam debitam iure nature: z de eo quod supererit habeāt viriles portiones. Nam vtrumq debent habere s m Bal.ibidem qui dicit se pluries ita consuluisse.scilicet q illud quod reuocatur virtute dicte legis non computatur in legitimam. sed debet ipsum habere vltra legitimam licet quidam contra vt ibi refert Cy. ¶ Et hic breuiter facit dubium quia per.l. illa3 non reuocatur dos nisi quando data est cum pacto de lucrando qd hic non fuit. Et licet sit statutum tamen locum non habet quia loquitur quando decederet sine liberis z hic decessit cum liberis. ¶ Sed ad hoc potest responderi fatendo hoc de plano q hic non agitur de retractando titulum z dationem dotis ratione predicta sed institutionem factam de filiabus secundi matrimonij que fuerunt insolidum institute. Sed tunc occurrit dubium quia Bald. fuit in opinio. q licet non possit relinquere secundo marito plus q vni ex filijs primi matrimonij per illa3 legem bene tamen potest relinquere filijs secundi matrimonij plus q filijs primi dummodo filij primi suam habeant legitimam z hoc per text.in auten. de nupt.§. penulti. qui incipit illud.vbi dicit esse casum licet male faciat z contra consilium ibi traditum ab imperatore.z hoc plene disputando ponit in.l.prima.C.de inoffici.doti.z in dicta.l.hac edictali. z ita consuluit licet alij consuluerint contrarium scilicet dominus Francis. de albergo.de aretio.dominus Ioan.de ligna.z dominus Ricardus de salyce.de quorum consilijs Bal.qui ea vidit truffatus est z miratus est de tantis viris q consuluerint contra casum dicte auten.in dicto.§.penultimo. z ad rationes eorum sigillatim respondit. Item quia.l. hac edictali.solum prohibet relinquere plus secundo coniugi:non ergo debemus extendere prohibitionem ad filios ex eo cum lege cautum non reperiatur.argumen.C.de colla.l.illam.ff.soluto matrimo. si vero. §.de viro. ¶ Nec obstat textus dicte.l. dum dicit omni circunscriptione cessante zc.quia fatetur q alteri q secūdo viro non posset quādo esset rediturum ad virum sed hic non sic. ¶ Breuiter text9 quem Bald.allegat pro casu non probat suam opinionē.quia solum loquitur in muliere que habet filios ex primo z secundo matrimonio nec exprimit q viuat secundus maritus vnde potest intelligi quando etiam secundus maritus mortuus est et tunc est clarum quia non potest dici q reliquerit filijs secundi mariti contemplatione patris eorum. Nos loquimur quando superest z viuit secūdus vir.vnde possunt hic distingui tres casus prout in simili distinguit Bartolus.in questione de nepote legitimo z naturali quem quis habet ex filio spurio: vt ipse notat in.l. Gallus.§. si eius.ff. de liberis z posthumis. quod aut constat quod contemplatione patris vt illi acqui-

ratur vsufructus ⁊ non valet: vnde in terminis in quibus consuluit Bal. videlꝫ ꝙ pater stipulat⁹ est pro filijs nascituris: videtur ꝙ illi alij melius consuluerint ꝙ̄ Bal. qm̄ ad nascituros non poterat mulier habere affectionē q̄ causatur ex gratitudine. arg. in. d. §. illud. in verbo festiuū. que non pōt esse in nō nator: sicut nec ingratitudo. l. siquis in suo. C. de inoffic. testa. Aut constat ꝙ instituit contemplatione ipsorum filiorum tm̄ vt si ꝓhibuit patri vsumfructum acquiri. ⁊ tūc valebit institutio. Aut dubitatur qꝛ instituit iam natos ad quos poterat habere affectionem ⁊ non prohibuit acquiri patri vsumfr. ⁊ tunc censet instituisse contemplatione filiorum tm̄: ⁊ sic tacite voluisse ꝙ vsufructus nō acquiratur patri: nec acquiretur ⁊ valebit institutio per ea q̄ idem no. in. l. j. ff. de auto. tu. ¶ In casu autē nostro instituit filias scdi matrimonij iam natas ⁊ non prohibuit patri vsumfructum acquiri: ⁊ si vltra non processisset posset dici locuꝫ habere id qd̄ dicit Bar. in dicto tertio casu dubio. videlꝫ ꝙ cēserentur fuisse institute ipsarum tantum contemplatione nō patris earum: ⁊ sic patri non acquireretur vsus ⁊ valuisset institutio ⁊ non retractaretur per filias primi matrimonij: ⁊ isto casu posset procedere determinatio ⁊ opinio Bal. in locis p̄allegatis. sed hic vltra processit qꝛ filiabus decedentibus substituit maritū in vsufructu toto tpe vite sue ex quo apparet eā voluisse etiā viuentibus filiabus dictū maritū acquirere ⁊ hr̄e vsumfructū ⁊ per cōsequens ꝙ eius cōtemplatiōe instituerit eas. vn̄ fecit fraudē legi de psona ad psonā. l. si ꝑ impressionem. in fi. C. qd̄ metus cā. de cōtractibus iudi. l. j. in fi. ⁊ sic videt̄ ꝙ possit reuocari ꝑ filias primi matrimonij ac si ipm maritū instituisset argu. l. queritur. ff. de bonis liber. ¶ Nec obstat qd̄ saltim ꝓprietatem nō censetur reliquisse contēplatiōe scdi mariti qꝛ illi non veniebat acquirēda ergo quo ad illā non venit institutio retractanda. Nam si in ea instituisset scdm virū veniret institutio retractanda ⁊ tn̄ ipse secundus vir eam optasset ad filias peruenire. l. nihil. §. facilior. de bo. lib. Presumitur ergo hoc fecisse ad postulationem ⁊ voluntatem: scdi viri qui tm̄ diligebat illas institui in ea quantū se ⁊ sic in necessitate filiarū primi matrimonij qd̄ est presumēdū qꝛ tales scdo nubentes non solū bona sed etiā vitam filiorū primi matrimonij solēt addicere scdo viro vt sibi cōplaceant. l. lex q̄. ante si. C. de admi. tut. Et pro hoc. l. mulier. al's incipit sulpitius. ff. de dona. inter virum. vbi sufficit qd̄ voluerit aliq̄d acquiri incapaci lꝫ non totū ad hoc vt actus dicatur nullus.

1 Qui promisit stare sententie super vno articulo non censetur approbasse sententiaꝫ quatenus sibi preiudicaret in alijs preterꝙ in his de q̄bus fuit lis ante ꝓmissionē standi sentētie.

¶ Consilium. cli.

In christi nomine amen.

¶ Super primo de quo queritur. Uidi ꝓcessum ⁊ acta facta inter partes ⁊ cōprehendo ꝙ tempore responsionis facte per dictū Aloysium erat cōtentio inter ipsum ⁊ prefatum dn̄m Thomasium solum sup ipm affictum quem dictus dn̄s Thomasius petebat ab illis affictalibus: qꝛ dicebat sibi fuisse adiudicatas terras quas tenent dicti affictales pro dimidia: ⁊ sic petebat dimidiā affictus de duabus petijs terre quas illi tenebant. Prefatus vero Aloysius dicebat illi non fuisse adiudicatā nisi dimidiam vnius petie terre pratiue qui est vnus campus: ⁊ de illa tm̄ debebat habere dimidiam. Et ꝙ ille Dn̄icus affictalis tenebat ab eo duos campos prati. s. dictam petiam terre adiudicatā pro dimidia: ⁊ etiā vnum alium campum dicti Aloysij contiguum dicte petie terre ⁊ ꝙ dictus dn̄s Thomasius de illo alio nihil debebat habere. Sed prefatus dn̄s Thomasius replicabat ꝙ ambe dicte petie terre comprehendebantur sub confinibus adiudicationis sibi facte: ⁊ sic ambe erāt sibi adiudicate. ⁊ de ambabus debebat habere dimidiam affictus. Et cum vterqꝫ ipsorum super dicta differentia referret se ad sententiam adiudicationis: prefatus dn̄s potestas interrogauit predictum Aloysium si volebat stare dicte sententie qui respondit ꝙ sic in omnibus ⁊ per omnia: prout supra continetur in puncto.

¶ † Nunc ergo dico ꝙ dicta responsio debet restringi ad illū articuluꝫ de quo tunc erat cōtentio inter partes. videlꝫ. An esset adiudicata vna tantuꝫ petia terre pro dimidia prout asserebat Aloysius. An due vel ambe prout dicebat dn̄s Thomasi. Nō aūtē referri ad aliud de quo tunc non erat contentio inter eos videlꝫ an dicta bona essent dicti Aloysij virtute donationis allegate per eum. An vero pertinerent ad dictuꝫ dn̄m Thomasiū virtute testamenti per ipsum allegati. Nam de hoc pro tūc non erat inter eos lis vel cōtrouersia. Sed solū de hereditate occasione testamenti vel codicillorū inter ipm dn̄m Tho. ⁊ matrem dicti Aloysij: qui Aloysius non mouerat adhuc litem alicui ꝑdictorum inter se litigantium. Sed solū fuerat protestatus eis ꝙ dicta bona pertinebant ad se virtute dicte donationis in solidum: non aūt ad aliquem predictoruꝫ litigantium in totū vel pro parte. Solum ergo erat contentio inter dn̄m Tho. ⁊ Aloysium pro tunc de affictu: qꝛ Aloysius dicebat ꝙ etiā si adiudicatio facta dn̄o Thomasio foret iusta ⁊ valida: qd̄ tn̄ ipse non fatebatur: tn̄ dictus dn̄s Thomasius petebat plus debito: qꝛ cū deberetur sibi dimidia vnius campi tm̄ petebat dimidiam de duobus. In hoc ergo voluit ⁊ voluisse censetur Aloysius stare ⁊ parere sententie: non aūt in alio articulo de dona. sibi facta vt censeatur ꝑ hoc illi renunciasse: immo sup illo remanet sibi ius saluum. tex. est qui hoc probat expresse. ff. de arbi. si cum dies. §. plenum. ver. sed si forte. ⁊. C. de transac. l. si certa. Preterea non presumitur animus donandi ⁊ iactandi suuꝫ vbi potest subesse alia causa. ff. de sol. l. si cum aurum. de pigno. actio. l. elegāter. §. qui reprobos in fi. Sed si diceremus per dictam responsionem ipsum voluisse renunciare donationi ⁊ approbare sententiā in oibus ⁊ per omnia: prout generalitas verborum suoruꝫ importat: prima facie iam censeretur voluisse donare ⁊ iactare suū qd̄ minime presumendū est: postꝙ apparet alia causa propter quā potest dici ipsum fecisse dictam responsionem. Item dictuꝫ simplex restringitur ad causam dicendi sicut ⁊ alij actus. l. cancellauerat. ff. de his que in testa. delen. qꝛ limitata causa limitatū ꝓducit effectum. l. ita autem. §. j. de admini. tuto. de fideic. l. luci⁹. Sed causa interrogationis facte per dn̄m potestatem ⁊ responsionis facte per Aloysium fuit contentio que erat inter ipsuꝫ ⁊ do. Tho. de quantitate affictus: igitur ad illam tm̄ refertur dicta responsio. Preterea dicta interrogatio non fuit facta ꝑ dominum potestatem ad instantiam do. Tho. ⁊ sic nec eius ꝓcurator. sed a seipso ⁊ ex officio. vnde videtur ꝙ dicto do. Tho. nullum ius ex ea fuerit acquisitum. per id qd̄ no. Bart. in. l. j. C. de confes. in. v. col. in questione illa qua queritur an ex confessione facta in iudicio requiratur ptis pn̄tia. Preterea dicta respōsio fuit incontinenti declarata reintegra: ⁊ tpe quo ius aduersarij non erat effectum deterius. Et sic videtur illi declarationi standum. arg. ff. de offi. deleg. l. mancipiorū. cū ibi not. ff. siquis cautio. ⁊ si post tres. ⁊. l. de etate. §. fi. ff. de interrog. actio. vbi videt̄ esse casus. ¶ Concludo ergo dictam rn̄sionem nullū facere preiudicium dicto Aloysio in rei vendi.

¶ Super scdo quesito vel dubio: clara est ⁊ indubitata rn̄sio ꝙ lꝫ dictus Aloysius potuerit appellare a dicta sn̄ia lata in fauore dicti. d. T. contra matrem dicti Aloysij sup dictis bonis attāmen si non appellauit nullū preiudiciū facit sibi res inter alios acta posito etiā ꝙ sciuerit cām agitari sup dictis bonis interꝑ dictos cū prefatus Aloysius in iure qd̄ pretēdit se habere sup dictis bonis nullā cām habuerit vl' habeat ab aliquo dictorū litigantiū sed ab illa dn̄a ingrauata donāte. Et sic nō poterat illos impedire vel ꝓhibere inuicē litigare. text. est expressus in l. sepe. ff. de re iudi. ⁊ expressior in. c. cū sup. in fi. de regu. ⁊. c. quuis. in fi. extra eo. ti. Et si dicat̄ si nō facit preiudiciū ei quare dicis ꝙ potuit appellare. rn̄deo rōne qualisqualis p̄iudicij non pleni. ff. de app. l. a sinaꝫ. Preterea ⁊ si cām habuisset ab aliquo illorū. Et sic sibi scienti deberet p̄iudiciū gn̄ari. vt. d. l. sepe. §. j. ⁊. d. c. quāuis. attamē ex quo cōparuit in iudicio ⁊ protestat⁹ est ⁊ eis inhibuit sup dictis bonis litigare tanꝙ ad illos spectantibus virtute vltime volūtatis dicte ingrauate cū ad illos non ptineret sed ad se virtute dona. prius facte dicto Aloysio quā dicta dn̄a non potuit reuocare dico ꝙ in casu isto nō pōt p̄iudicare: qꝛ sufficit illa cōditio ⁊ protestatio: lꝫ appellationē nō interposuerit: cum ꝑ eam appareat ꝙ illis litigantibus nō cōsentiebat: ⁊ hoc ei sufficere debet vt pꝫ ex illa. l. sepe. ⁊ qd̄ in fi. habetur in. l. cum antea. ver. si aūt minime. C. de arbi. in verbo attestatio missa ⁊c. Et qd̄ ibi per Bal. qui dicit sufficere attestationem absqꝫ eo ꝙ appelletur. Preterea illi litigarunt principaliter sup hereditate illius dn̄e que cōsistit in iure. Sed iste Aloysius non pretendit se heredem sed donatarium illius dn̄e ⁊ sic illis non contradicit: merito dicta sentēria tanꝙ lata super alio ⁊ inter alios non habet huic Aloysio preiudicare. l. cum queretur. de excep. rei iudi.

¶ Concluditur ergo ꝙ si dicta sn̄ia mittenda sit executioni cōtra matrē dicti Aloysij: ius tn̄ dicti Aloysij saluū ⁊ illibatū remanet vt ipm possit in iudiciū deducere pro libito voluntatis: pꝫ est casus expressus in. d. c. cum sup in fi. Laus deo.

1 An ⁊ qn̄ substitutio facta ꝑ verba directa mere ciuilia iāctis verbis cōibus possit obliquari post pup. etatem.

2 Restitutio verbalis in fideicō. vniuersali tm̄ valet quo ad iura vtilia: quantū aditio quo ad directa.

3 An possessio in pium locum trāsferatur sine apprehensione ipso iure.

4 Legitima debita filio detrahitur per matrem aduersus piū locum non

cum non sic in trebel. vel falci. ⁊ decedente legatario ante fini tam conditionem fideicō. legatum acquiritur fideicōmissario.

¶ Consilium.clij.

In christi nomine amē.

¶ Vencenlaus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex volens et intendens proprio motu non ad alicui⁹ petitionis instantiam in preclarum et strenuũ militem dominũ Jacobum de verme ciuem Veronensem fidelem et dilectum ei⁹ virtutibus et probitati munificentiam imperialem exercere: tale priuilegium infrascripti tenoris disponendo indulsit atq͂ cõcessit. Donationem et concessionem tibi factam per nobiles Antonium et Bartholomeum fratres de la scala ciuitatum Verone et Vincentie imperiales vicarios. De omnibus et singulis villis terris bonis et possessionibus rebus proprietatibus iuribus et rationibus titulis iurisditionibus dignitatibus honoribus domibus curtiuis et alijs quibuscũq͂ que fuerũt quõdam nobilis Petri de verme militis aui tui et nobilis Jacobe matris tue: cum eisdem dependentibus et connexis. De qua donatione et concessione publicum apparet instrumentum traditum per Thomeum filium Francisci de montagnana Imperiali autoritate notarium publicum: ac omnia et singula in dictis donatione et concessione contenta non ad tue petitionis instantiam: sed proprio nostro motu: nec per errorem sed ex certa nostra scientia et plena cause cognitione prohabita: sicut rite et rationabiliter processerunt: sano principum et procerum nostrorum accedente consilio approbamus ratificamus confirmam⁹ roboramus et validamus omnem iuris et facti defectum supplẽtes: qui quomodolibet fuisset in eis et perinde haberi decernimus ac si tenor ipsius donationis et concessionis in p̃senti priuilegio nostro esset de verbo ad verbum descriptus. ¶ Attendentes quoq͂ quantum tua fidelis et obsequiosa deuotio nos inuitet ad exhibendam gratiam pleniorem: predictas omnes et singulas villas terras bona possessiones res proprietates iura rationes titulos iurisditiones dignitates honores domos curtiuos et alia quecunq͂ que fuerunt quondam Petri de verme predicti et Jacobe supradicte: ac castrum et villas loca et terras subsaneuti et sanguenedi veronensis diocesis. ¶ Item terram et villã pupilli parmensis diocesis quã a Joanne galeaz vicecomite pro sacra maiestate nostra Mediolani Parme etc. Vicario generali habes et tenes exemptam penitus et immunẽ cum eorum et earum etiam cuiuslibet eorum et earum fortilicijs presentibus et futuris terreno territorijs limitibus atq͂ districtibus honorantijs aquaticis et pascuaticis vasalis vasallagijs iuribus iurisditionibus hominibus habitantibus et habituris in eis ac quibuscunq͂ regalibus que in ipsis imperium habere dignoscitur cum mero mixto imperio omnimoda iurisditione et plena gladij potestate non per errorem aut improuide: sed ex certa scientia nec ad tue petitionis instantiam: sed proprio nostro motu et de nostra regie Romanorum plenitudine potestatis. De nouo damus concedimus et gratiose ac irreuocabiliter inter viuos donamus tibi liberis et descendentib⁹ ac successoribus tuis et in te liberos et descendẽtes ac successores tuos pleno iure transferimus. Ita et taliter q̃ tu liberi et descẽdentes ac successores tui omnia et singula supradicta: et omnia bona tua et descendentium tuorum presentia et futura vbicunq͂ sint vel vnq͂ in futurum esse reperiantur: ac homines habitantes et habituri super eis cum eorum redditibus fructibus et prouentibus sitis et sint exempti exempte exempta liberi libere libera ab omnibus et singulis oneribus et muneribus realibus et personalibus atq͂ mixtis ordinarijs et extraordinarijs et quibuscunq͂ alijs quecunq͂ illa sint et quocunq͂ nomine nuncupentur impositis et imponendis per communia Vincentie Verone et Parme: aut aliud quodcunq͂ commune vel per aliam quancunq͂ singularem personam cuiuscunq͂ status et coditionis existat. Et cum totali separatione a ciuitatibus districtib⁹ et diocesibus veronensibus Vincentinis et Parmensibus et ab alijs quibuscunq͂ ciuitatibus diocesibus et officialibus eorũdem etc. Deinde vero post indultum dictum priuilegium et gratiose concessum prefato domino Jacobo de verme per annos tredecim vel circa spectabilis dominus Franciscus de barbarijs procu. et procuratorio nomine domini Joannis galeaz tũc ducis Mediolani etc. vt constat dicte procurationis instrumẽto publico et autẽ. titulo et ex causa permutationis et cambij dedit tradidit et permutauit predicto strenuo militi domino Jacobo de verme ibi presenti sti pulanti et recipienti infrascripta omnia et singula posita et iacentia in territorio Veronensi per egregium virum Faciolum de riprandis factorem factorie verone transmissa iuxta formam litterarum prelibati domini spectabilibus dominis magistris intratarũ extraordinariarũ domini memorati videlicet de spirumbecho. Primo vnã petiam terre aratiue pratiue valiue paludiue buschiue cum domibus

partim copatis iacentem in villa spirumbechi cum omnibus suis dacijs decimis vicarijs regulis bannis manifestationib⁹ ⁊ condemnationibus ⁊ cum omnibus alijs bonis iuribus honoribus suis ⁊ iurisditionibus sitis infra hos deganeos ⁊ confines cui coheret ⁊c. De carpi primo vnam petiam terre pratiue aratiue buschiue vigre valiue paludiue ⁊ cassi. cum domibus paleatis que appellatur carpi cuȝ omnibus suis iuribus cui coheret ⁊c. De castagnario primo petiam vnaȝ terre cas. cũ domibus paleatis cum vna turresella cuȝ terris aratorijs pratiuis buschiuis valliuis ⁊ paludiuis cum omnibus suis iuribus ⁊ honoribus que appellatur castagnarium cum villa bona cui coheret ⁊c. Item ⁊ omnia iura omnesq; commoditates iurisditiones ⁊ vtilitates spectantia ⁊ competentia ⁊ spectantes ⁊ competentes quouis modo causa ⁊ iure prefato domino duci in predictis superius permutatis ⁊ quolibet ipsorum. Et versa vice suprascriptus strenuus miles do. Jacobus de verme dedit tradidit ⁊ permutauit prefato viro domino Francisco de barbauarijs procuratori ⁊ procuratorio nomine prelibati domini Joãnis galeaȝ ducis Mediolani ⁊c. ⁊ ibi presenti stipulanti ⁊ recipienti totam ⁊ vniuersam illam possessionẽ quaȝ prefatus do. Jacobus habet tenet ⁊ possidet in territorio de vigano comitatus Mediolani: ⁊ quam solitus erat habere tenere ⁊ possidere quondam. d. Galeaȝ de vicecomitibus et successiue do. Jo. Galeaȝ dux Mediolani ⁊c. videlicet castrũ vnũ situm in loco de vigano muratum circuncirca de lapidibus coctis cum fossato vno ⁊ alijs suis iuribus ⁊ pertinẽtijs ⁊c. ⁊ hoc in contracambium ⁊ permutationem predictorum bonorũ ⁊c. prout de predicta permutatione constat publi. instrumẽtuȝ ⁊c. ¶ Postmodum vero a dicto tempore permutationis citra p̄fatus do. Jaco. de verme ⁊ post eius mortem. M. Lud. de verme eius filius exercuerunt merum ⁊ mixtum imperium ⁊ oĩeȝ iurisdi. tam in locis suprascriptis sic permutatis ꝙ̃ imperiali autoritate concessis ⁊ confirmatis ⁊ maxime a viginti annis citra probatur per scripturas publicas tabellionum de exercitatione meri ⁊ mixti imperij in dictis locis: videlicet denũcijs institutis per massarios vel massarios dictorum locoruȝ: accusis ⁊ inquisitionibus factis ⁊ institutis per vicarium generalem p̄dicti Aloysij de verme ⁊ sententijs condemnatorijs inde subsecutis cõtra malefactores ⁊ delinquẽtes in dictis locis. Nũc vero orta est exitatio ⁊ altercatio vtrum stantibus ⁊ attẽtis priuilegio imperiali ⁊ instrumento permutationis suprascriptis ac duabus litteris ducalibus Serenissime dominationis nostre vna sub data in. M.ccccxv. altera sub data in. M.ccccxxviij. quarum tenor videri potest ⁊ quadam sententia dñi potestatis Verone lata de. M.ccccxxviij. de mense Septembris: ac etiam possessione vel quasi iurisditionis cum mero ⁊ mixto imperio quam exercuit ⁊ habuit Aloysius de verme in locis suprascriptis spectant ⁊ pertinent de iure prefato Aloysio de verme suprascripta bona ⁊ specialiter sic permutata cum mero et mixto imperio ⁊ gladij potestate. ¶ Item vtrum dicte possessiones ⁊ castra magnifici Aloysij de verme ⁊ hoĩes habitantes in eis possint de iure grauari aliquibus oneribus realibus p̄sonalibus seu mixtis ordinarijs seu extraordinarijs: nisi quatenus sit de voluntate ⁊ consensu prefati magnifici Aloysij.

1 ☞ Princeps donans alicui strenuo militi castruȝ censetur in eum transferre merum ⁊ mixtum imperium cum omnimoda iurisditione.

2 An quando princeps eximit castrum quod donat a iurisditione aliarum ciuitatum quibus subijcebatur videatur donatario ipsam applicare. nu. 3.

3 Jurisditio an dicatur coherere territorio.

4 Jurisditio comprehendit merum ⁊ mixtum imperium.

5 An supremus princeps per generalem impositionem onerum videat̃ grauare exemptos ⁊ immunes: an vero solum dicantur exempti ab oneribus imponendis per ciuitatem cui suberant.

¶ Consilium. clxxxvij.

In christi noĩe amen.

¶ Notandum est ꝙ ista imperialis cõcessio tres partes hȝ principales quantũ attinet ad nostrum propositũ. ¶ In prima parte que durat vsq; ibi. Attendentes ⁊c. cõfirmat donationem factam ab illis de la scala. Et in ista particula nulla fit mentio de mero vel mixto imperio. 1 † Vnde cum de natura confirmationis sit solum dare robur confirmato[a]: non autem aliquid addere. ff. de libe. lega. l. aurelius. §. testamento. qui est. §. primus ⁊ no. Bal. per illum tex. in. l. tertia. in fi. C. si aduer. rem iudica. ⁊ argu. in clemen. j. in primo ⁊ secundo casu de preben. virtute isti⁹ particule: non diceretur donatarius ⁊ eius heres habere merum ⁊ mixtum imperium: nisi quatenus in donatione facta per illos de la scala hoc comprehenderetur etiaȝ in rebus donatis ab illis per predicta.

a ¶ Dare robur ꝯfirmato Quid autem tribuat cõfirmatio. vide Bal. in consi. cxxxv. i tertia parte. ⁊ adde d. Pet. phil. cor. in ꝯsil. ix. i littera. C. in tertia parte.

b ¶ Cum. Vide do. pe. phi. cor. ꝯsili. iij. in lr̃a. C. ⁊. D. in prima parte.

¶ In secunda vero particula que durat ab illo versu attendẽtes vsq; ad versiculum ⁊ ita taliter ⁊c. Prefata bona donata per illos de la scala ⁊ etiam quedam alia donata per duceȝ Mediolani: tunc tñ non duceȝ sed imperialem vicarium tã in veronẽsi districtu ꝙ̃ parmensi de nouo donat pleno iure. Et in ista particula bene apponitur clausula illa cum mero ⁊ mixto imperio Sed aduertendum ꝙ potest determinare verba que ibi precedunt. s. habes ⁊ tenes. Et tunc idem videretur qđ supra veȝ ꝙ ita demum haberent si probarent fuisse ab illis donata cũ imperio ⁊ non aliter. Potest etiam determinare verba sequentia s. donamus damus ⁊ concedimus ⁊ tunc importaret augmentum: veȝ ꝙ etiam si illi non donassent cum imperio ipse tñ princeps Romanorum rex cum imperio donabat que dictio cuȝ[b]. auget. l. si cui serui. in prin. de lega. j. Et hec interpretatio in dubio est assumenda cum hoc indultum contineat beneficiũ principis qđ largissime est interpretandum. ff. de consti. princi. l. beneficium. extra de dona. cuȝ dilectus. C. de bonis vacan. l. si qñ libr. x. ¶ Et qꝛ ista est noua donatio in qua etiam si verba illa cum mero ⁊ mixto imperio non fuissent apposita tacite veniret imperium ex natura rei donate cum donatur castrum vel villa. ff. de offi. prefect. vrbis. l. j. §. cum vrbem. ⁊ ex qualitate donantis: quia princeps. C. de agen. in reb⁹. l. hac saluberrima. post medium. extra de dona. c. j. Et ex qualitate persone donatarij: qꝛ nobilis ⁊ strenuus miles est consuetus habere talia. arg. ff. de iudi. sed ⁊ si susceperit. §. sed ⁊ si p̄ponas. de aur. ⁊ arg. leg. l. titia. §. fi. Et hoc tenuit Oldra. in consi. ad questionem qua q̄ritur ꝙ donando castrum censeatur donasse iurisditionem et imperium: posito etiam ꝙ per se non possent transferri qñ cuȝ vniuersitate castri vel ville transferuntur. ff. de contrahen. emp. l. in modicis. ⁊ per Inno. expresse in. c. ex litteris. de iurepatro. ⁊ de hoc plene in Specu. de iurisdi. om. iudi. §. j. ⁊ per Jo. an. in addi. ⁊ expresse per Bart. in. l. j. in fi. ff. de iuris. om. maxime qꝛ hic dixit pleno iure. arg. eius qđ no. Inno. de offi. deleg. preterea super verbo plenaria. ⁊ arg. eius quod no. ff. de rei ven. l. iul. scribit. si hominem. in vltima glo. sup̲ v̓bo plenũ. de ver. ob. si ita stipu. §. j. in fi. de annuis leg. titia. post prin. C. ad tertu. l. mater per Bal. Et qꝛ posito ꝙ illa clausula cum mero ⁊ mixto imperio determinaret verba precedentia. s. tenes ⁊ possides: tamen qꝛ hoc affirmant ⁊ ponunt pro constanti faciunt super hoc plenam fidem: lȝ sint de alieno facto cum videatur super eis fundari intentio concedentis etiam si aliter non probetur. vt i cle. j. de proba. cum ibi no. in glo. ¶ Quantum ergo ad dicta bona donata. nulli dubium dicto Aloysio competere meȝ ⁊ mixtum imperium in eisdem virtute dicte scđe particule prefati indulti per ea que supradicta sunt.

¶ † In tertia v̓o particula que incipit in ver. ita ⁊ taliter ⁊c. 2 Prefata bona donata: ⁊ etiam omnia alia bona que tunc habebat dictus donatarius ⁊ etiam que in futurum tam ipse ꝙ̃ filij sui acquirent: ac etiam dictum donatariũ ⁊ eius filios ⁊ etiam homines morantes super eisdeȝ liberat ab omnibus muneribus realibus personalibus atq; mixtis. Et hic etiam non fit mentio de imperio sicut nec in prima parte. Nec cõueniebat ita facere sicut facta fuerat in secũda: qꝛ in illa parte bona illa de nouo dabantur: ideo conueniebat etiam datio imperij tanꝙ̃ accessorij. Sed hic non dantur: sed eximuntur a muneribus: que exemptio non sic dȝ includere dationeȝ imperij: cuȝ sint species omnino differentes sicut datio ⁊ donatio reruȝ includit dationem imperij: cuȝ similitudineȝ habeant inter se. s. datio cũ alia datione. Sed non exemptio cum dationẽ. † ⁊ cõstat ꝙ in habentibus simbolum facilior est transitus ꝙ̃ non habentib⁹. l. sȝ cuȝ patrono. ⁊ ibi no. ff. de bonoruȝ posses. Resultat ergo satis probabile dubiũ. Vtrum virtute hui⁹ indulti prefatus donatari⁹ ⁊ eius heres habeat merum ⁊ mixtuȝ imperium in alijs bonis suis que tunc habebat: ⁊ que postea acquisiuerunt aliunde ꝙ̃ ex donationibus de quibus fecerat mentionem in partib⁹ precedentib⁹. Et specialiter in dictis bonis acquisititis ex dicta permutatione dudum postea facta. Cum enim in illis non habeant titulum dominij a principe: quod dñium est quid principale: sed solam exemptionem a muneribus non videt̃ ꝙ in cõsequentiam veniat imperium: ꝙ non debet attrahi a qualitate rerum predictarum sed a dñio: in quo consistit substantia. Nec etiam repetitur expresse in hac tertia p̄te: ⁊ sic nec tacite videt̃ repetitum. arg. ff. de leg. j. l. si cui serui omnes. §. j. ⁊. l. si quis a filio. ¶ Sed his non obstantibus contrarium est dicendum ꝙ licet non veniat in istis imperium virtute tacite repetitionis. Nec ex natura eius quod conceditur in hac tertia parte. s. solius immunitatis ⁊ non dominij: ⁊ sic qualitatis ⁊ non substantie: qꝛ

tie:qȝ qualitas non dȝ ad se trahere substantiam cuȝ sit minus potens:sed vna substantia pōt tanq̄ principalis aliā ad se trahere.l.ꝛ si non sint.§.perueniamus.ff.de aur.ꝛarg.leg.Attamē ꝓpter aliud videtur p̄fatus donatarius in p̄fatis bonis aliun de vel post acquisitis habere merum ꝛ mixtum imperium virtute dicte tertie particule p̄fati indulti:lȝ in ea nulla fiat mētio de imperio.Et hoc ex eo qȝ dicta omnia bona totaliter exim̄ūt ꝛ separant in illa tertia particula a ciuitatibꝰ q̄buscunq̄ ꝛ ab eaꝝ districtibus ꝛ officialibus quaꝝ ꝛ quoꝝ iurisditioni ꝛ imperio per prius suberant.l.qui ex vico.ff.ad munici.Et per ōns censentur dicta loca ꝛ bona exempta ꝛ separata ab imperio ꝛ iurisditione dictarum ciuitatuȝ ꝛ officialium suoꝝ postq̄ sunt separata ab earum districtu ꝛ territorio que hoc important.ff.de v̄.sig.si pupillus.§.territorium.ꝛ in.c.vbi periculum.de ele.li.vj. Cuȝ igitur hec separatio facta fuerit fauore ꝛ contemplatione dicti donatarij:sequitur q̄ omnis iurisditio ꝛ imperium q̄ priꝰ in dictis locis ꝛ bonis cōpetebant p̄fatis ciuitatibꝰ vel ex pace constantie vel ex antiqua consuetudine s̄m ea que notant per glo.magnam in fi.auten.de defenso.ciui.§.nulla fuerit attributa ꝛ attributum seu concessum prefato donatario tali ratione: qm̄ facta separatione predicta nouo preside indigebant dicta loca ꝛ bona ꝛ nouo magistratu.ff.de offi.asses.l.si eadem vbi cā ꝛ qd̄ no.in.l.j.C.de metropoli.berito.al's remansissent acephala ꝛ sine capite vel superiore qd̄ minime credendum est principem voluisse.arg.vij.q.j.c.in apibus.de maio.ꝛ obe.c.ij. ¶ Cū ergo de alio superiore non prouiderit quo ad iurisditionem et imperium censetur ipsam ꝛ ipsum transtulisse in dictum donatarium cuius contemplatione dictam separationem fecit. arg. l.seruo legato.§.si testatoꝛ.ff.de leg.j.de lega.iij.l.fideicōmissa. §.interdum.ꝛ quod no.Bar.in.l.ij.§.fi.ff.ad tertul.ꝛ cui committebat regimen dictoꝝ locoꝝ ꝛ bonoꝝ.arg.l.j.§.cum vrbem. ff.de offi.prefec.vrb.ꝛ.l.illicitas.§.qui vniuersas.de offi. presi. in verbo tegunt. ¶ Nec obstat qd̄ no.Bar.in.l.j.C.de excusa. mune.lib.x.vbi dicit q̄ cum cōmittitur regimen alicuius terre non videtur concessum merum imperium:sed solum qm̄ prouincia.vt in auten.de defen.ciui.per totum.ꝛ de manda.prin.ꝑ totum.Fallit in ciuitate romana in qua dicit esse speciale vt.d.§. cum vrbem.qȝ illud qd̄ ipse dicit procedit de iure cōi s̄m qd̄ imperium non erat apud vniuersitatem ciuitatū vel inferioꝝ locorum.Sed apud illam que faciebat prouinciam ꝑut etiam ipse no.in.l.j.ff.de dam.infec.Sed dato q̄ ex priuilegio vel ex consuetudine sit apud ipsam ciuitatem vel eius vniuersitatem sicut olim erat apud vrbem romanam:tunc commisso regimine illiꝰ ciuitatis censeretur cōmissum imperium qd̄ esset apud eam. vt in.d.§.cum vrbem.Nam in hoc consistit specialitas vrbis romane:qm̄ apud ipsam solam tanq̄ vnam ciuitatem:ideo apud alias non erat:sed apud presidem sui suberant erat olim imperium:qȝ non suberat alicui alteri presidi alie sic.ff.de offi.presi. l.ex omnibus.Cum igitur apud ciuitatem Verone ꝛ Parme ꝛ reliquarum esset imperium per totum suum districtuȝ vel territorium.iuxta no.per glo.in.d.§.nulla.de defen.ciui.dicēdum est q̄ sicut in commissione regiminis dictarum ciuitatum cum suis territorijs ꝛ districtibus ante dictam separationem venisset imperium super toto.vt in.d.§.cum vrbem.ita ꝛ post factaȝ dictam separationem dictoꝝ locoꝝ ꝛ bonoꝝ a districtu ꝛ territorio earum ꝛ cōmissionem eoꝝūdem locoꝝ factam dicto donatario censetur saltim quo ad illa translatum imperium.arg.de toto ad partem.ff.de rei ven.l.que de tota.† Et qȝ iurisditio dicitur cohere territorio a s̄m quamplurimos.C.vbi ꝛ apō quē l.fi.ꝛ sic pro rata territorij transit insolidum cum qualibet particula sicut seruitus diuiso fundo remanet insolidum apō quālibet eius partem.ff.de serui.rusti.predi.l.via constitui.§.fina. ꝛ.l.si partem.Et quia diuiso territorio ꝛ districtu quelibet ꝑs retinet nomen totius.l.plane.§.fi.la prima.ff.de legat.j.Et sic idem esse debet de qualibet parte de per se qd̄ erat priꝰ de ambabus simul.vt.d.l.si eadem.ff.de off asses.Preterea dux Mediolani qui permutauit dicta bona habebat in illis sine dubio imperium.Cum igitur ex cā permutationis transtulerit ea in dictum do.Jacobum cum omnibus iuribus ꝛ iurisditionibus suis.vt patet ex tenore permutationis:† ꝛ nomen iurisditio est generale ꝛ comprehendit meꝝ ꝛ mixtum imperium tanq̄ species eius:iuxta plene no.in l.imperium.ff.de iur.om.iud.ꝛ per glo.in.d.§.nulla.cum sit potestas de publico inducta cum necessitate iuris dicendi ꝛ equitatis statuende.vt not.in.l.prima ff.de iurisdit.omni.iudic.que diffinitio conuenit mero ꝛ mixto imperio ergo ꝛ diffinitum.iuxta no.in.l.j.§.j.ff.de dolo. Et sic omne imperium dicitur iurisditio:dicendum est q̄ transferendo dicta bona ex dicta causa permutationis cum omni iurisditione censetur transtulisse cum omni specie iurisditionis.arg. ff.de leg.iij.l.iul.ꝛ sic cum imperio mero ꝛ mixto.Ex quibꝰ concluditur dictum Aloysium habere merum ꝛ mixtum imperium in dictis bonis ꝑmutatis sicut in illis bonis donatis.Et hoc tam virtute dicte tertie particule prefati indulti inquantum ꝑ eam separantur a districtibus ꝛ territorijs aliarum ciuitatum in fauorem dicti domini Jacobi patris eius ꝛ de alio superiore qui in illis exercebat imperiuȝ non prouidetur ne remaneāt sine superiore particulari:qȝ generalis superioritas imperatoris:licet remaneret non sufficeret ad bonum regimen ipsoꝝ locoꝝ vnde fuit necesse prouidere de particulari:nec de alio credendum est principem sensisse q̄ de dicto domino Jacobo quā etiam ex translatione facta de dictis bonis in eum ex causa ꝑmutationis cum omni sua iurisditione per illum qui habebat in eis imperium.Cum insuper prefatus Aloysius meꝝ ꝛ mixtum imperium in dictis locis exercuerit iam sunt anni.xx. ꝛ vltra vt in puncto ponitur sciente ꝛ patiente dominatione Venetiarum cui subsunt dicta loca cōstitutus fuit in quasi possessione.l.j.ꝛ.ij C.de serui.ꝛ aqua.ꝛ cum habuerit titulum saltim putatiuum prouenientem ex principis rescripto videtur q̄ p̄scripserit spacio longi temporis.arg.C.de appari.l.viros.libꝛ.xij. ꝛ quod no.Cy.C.de emancipa.lib.l.j.Et posito q̄ non prescripsisset:negari tamen non potest quin dictus Aloysius tempore ducalium litterarum directarum potestati Verone in eius fauorem fuisset solitus exercere dictum imperium:cū istud verbum solitus etiam in vna vice verificatur.l.mela.§.j.ꝛ ibi per a Bar.ff.de alimen.ꝛ cib.leg.ꝛ per eundem Bar.in.l.j.C.quō ꝛ qm̄ iudex.Cum igitur littera saltim vltima ducalis mādet ip̄m conseruari in suis iuribus ꝛ iurisditionibus solitis:sequit̄ q̄ in possessione vel quasi dicti imperij conseruandus sit:etiam si omnia alia primo loco dicta deficerent.Et hec de primo quesito in quo tota vis dicitur consistere.

¶ Territorio Adde.d.bar. sozi.in consil. lxxiiij.ver.primo.qȝ ex quo circa fi.i.j.pte q̄ coheret territorio ꝛ inest eo tanq̄ nebula super paludem.

¶ † Quantum vero ad secundum pauciora sufficiunt.Et certe quantum ad onera que imponerentur per communitatem Verone non prouenientia a ducali dominatione:clarum est q̄ illa non tenetur subire prefatus Aloysius seu dicte possessiones ꝛ castra ꝛ homines eoꝝūdem:quoniam ab illis specialiter ꝛ exp̄sse reddūtur immunes ꝛ immunia per dictum indultuȝ. Et etiā ducales littere de illis sine dubio intelliguntur vt pro eis molestari non possint.Sed pro illis que proueniunt a ducali dn̄atione ꝛ que imponuntur Verone ꝛ veronensi districtui seu comitatui vel territorio.Et per communitatem Verone postea distribuuntur inter illas de territorio maior est dubitatio:eo quia prefata ducalis dominatio exercet in illis supremam superioritatem sicut imperator ꝛ in ea superiorem non recognoscit.Et si vellet specialiter p̄fatis terris ꝛ castris seu possessionibus vel hominibus eoꝝūdem imponere seu dicto Aloysio ꝑ eisdem posset non obstante dicto indulto seu priuilegio: qd̄ sicut non ligat manus ipsius principis concedentis:ita nec dicte dominationis que loco eius succedit.Et q̄ non liget manus concedentis patet primo ex tenore ipsius.Nam solum liberat illa a muneribus ꝛ oneribus imponendis per cōmunitatem Verone Vincentie ꝛ Parme seu per quancunq̄ aliaȝ cōmunitatem seu singularem personam.Non autem dicit aliq̄d de imponēdis per ipsum principem concedentem:vnde sibi noluit hanc legē īponere ne talia onera posset ip̄e īponere.argumentum optimum ad hoc.ff.de dona.inter virum.l.quod autē. §.penultimo.ibi dum dicit:quia venditor siue donator non sibi vult legem imponere ne possit:sed ei qui accipit ꝛc.sic hic nō sibi sed alijs inferioribus a se.facit.l.si quis.in prin.testamenti ff.de leg.iij.Cum ergo negari non possit quin dicta loca ꝛ possessiones sint infra vniuersitatem territorij seu districtus Veronensis:licet sint exempta ꝛ immunia quantum ad onera iponenda per cōitateȝ Verōn.qȝ hoc non facit quin de territorio ꝛ districtu dicantur sicut videmus in ecclesijs que sunt de vniuersitate territorij in quo sunt:lȝ sint exempte.Et in clericis q̄ sunt de cōitate ꝛ ppl'o laycoꝝ:lȝ sint exempti a potestate eoꝝ ꝑut determinat Jo.an.in nouella in.c.fi.post prin.de of.dele.lib.vj.sup verbo districtu.q̄ allegat ad hoc.c.accedens.ij.vt lite non contest.ꝛ.c.principes.xxiij.q.v.ꝛ idem Oldr.in consi. quod incipit qd̄ est.facit.l.si quis in hoc genus.C.de epi.ꝛ cler. Et sicut de vniuersitate gregis mei dr̄ ouis q̄ est infra illam:lȝ ipsa non sit mea.l.iij.ff.de rei ven.ꝛ lapides ꝛ tigna de vniuersitate domus mee:lȝ ipsa non sint mea.l.cum qui edes.ff.de vsucapio.Videtur dicendum ꝑ p̄dicta q̄ cum impingitur ꝑ ducalem dn̄ationem aliquod onus cōitati et districtui Veronen. cōprehendantur ēt possessiones ꝛ bona dicti Aloysij:postq̄ infra illū districtum dicuntur esse.Et postq̄ imponit ꝑ dictā ducalem dn̄ationem q̄ posset sp̄aliter ꝛ expresse dictis possessionibus ꝛ locis iniungere cum tm̄ valeat gn̄alis dispō quo ad oīa sub gn̄alitate cōprehēsa q̄tū sp̄alis in q̄busdam.l.si duo.ff.de admini.tut.l.si choꝛus.de lega.iij.cum simi.Et q̄ dicte imposi

ll iij

tiones cū fiunt ꝑ ducalem dñationem his qui vel que sunt īfra districtum seu de districtu vel territorio intelligantur prout de facto sunt de vniuersitate dicti territorij ⁊ districtus: q₂ sunt infra confines non attenta dicta separatione facta a principe q̄ potius in iure q̄ in facto consistit. arg. optimuʒ. ff. de his qbus vt indi. l. eum qui. §. ꝑ parte. Et etiā littere ducalis dñationis dum mādant illū vel eius bona grauari vident̄ restringēde ad alia grauamina nō ad illa q̄ imponerent̄ eius auctoritate. argumentum eoꝝ que no. glo. in. c. petitio. de iureiuran. ⁊ argu. l. inquisitio. C. de solu. ⁊ arg. l. qui insulam. in fi. ff. loca.

¶ Sed tñ his non obstantibus ꝯtrarium est dicendum pluribꝰ rōnibus. ¶ Prima q₂ lʒ fateremur ꝙ ducalis dñatio si vellet specialiter ⁊ expresse grauamina dictis bonis ⁊ personis imponere posset. In generali tñ impositione facta per eam cōitatiue rone ⁊ veronensi districtui: non est presumenduʒ ipsam voluisse includi dictum Aloysium ⁊ eius bona: † qm̄ per gñaleʒ dispositionem non intelligitur superior voluisse derogare priuilegijs singularium ꝑsonarum etiā si generalis dispositio fiat ꝑ modū legis: ⁊ sic pertineant ad publicā ⁊ perpetuā vtilitatem. vt est tex. in. ij. ꝯsti. C. §. si que vero pragmatice. ⁊ de silen. l. decurionibus. lib. xj. ⁊ glo. in. c. j. de capel. mona. lib. vj. in glo. antepe. ⁊ archi. in. c. renouantes. xxij. dis. Ideo qñ summi pontifices imponunt decimas vel alia onera diocesibus si volunt includi exemptos hoc expresse faciunt in bullis appoui al's non venirēt. facit. c. cum ordinem. de rescrip.

¶ Scōa ratio est q₂ lʒ loca exempta ⁊ ꝑsone exempte cōprehēdātur in vniuersitate territorij ⁊ ppl'i in his q̄ concernunt ipsoruʒ vel eaꝝ fauorem puta vt gaudeāt ⁊ vti possint priuilegijs ⁊ statutis territorij ⁊ populi ꝓ se. arg. x. dist. si in adiutorium. ⁊ not. Bal. in. l. cūctos populos. C. de sum. tri. in. q. illa. an clerici cōprehendantur in statutis laycoꝝ q̄tum tñ ad ea q̄ cōcernerent ipsoꝝ exemptoꝝ odium ⁊ grauamen non cōprehenduntur ꝭm Bal. ibidem. immo eq̄parantur locis ⁊ ꝑsonis existentibus extra territorium. xviij. q. ij. c. luminoso. ⁊ patet in. c. cum eꝑs. de offi. ordi. li. vj. vbi locus exemptus non censetur esse infra diocesim vt eꝑs possit ibi tribunal erigere: lʒ in quolibet alio loco non exempto existenti infra diocesim possit. Ex quibꝰ patet responsum ad id quod supra in contrarium allegando dixi. s. qō sunt de territorio ⁊ districtu non obstante exemptione: q₂ veꝝ est in concernentibus eoꝝ fauorem ⁊ non derogantibus exemptioni: secus in derogantibus vt esset hic ꝙ tenerentur ad munera. Similiter non ob. l. eum qui. §. pro parte, de his quibꝰ vt indi. qm̄ etiam ibi agitur de fauore si fiat illa interpretatio ⁊ inducitur ex ea fauor si bene consideretur. Sed hic induceretur odium ⁊ derogatio priuilegiorum si intelligetur facta impositio illis qui vel que sunt de facto infra territorium ⁊ districtuʒ lʒ videantur non esse de iure propter exemptionem. ¶ Nec ēt obstat id quod dixi de generali dispositione ꝙ tantum operat̄ generalis dispositio in omnibus q̄tum specialis in quibusdā q₂ hoc non est semper veꝝ: immo in multis plus operatur spālis ⁊ specifica. vt ptʒ ex his q̄ habētur ⁊ notant̄ in. l. sed ⁊ si q̄s. §. questitum. ff. si quis cau. Et in casibus in quibus non sufficit gñale mandatum qui notant̄ per glo. in. c. qui ad agendum. de procura. li. vj. ¶ Procedit ergo illud vbi est eadem rō omniū sub generalitate comprehensoruʒ. iuxta not. in. c. quia circa. de electio. libro sexto. per glo. ⁊ l. si pluribus. de lega. secundo. per Dy. ⁊ Bar. Sed hic non est eadem ratio exemptorum et non exemptorum ergo ⁊c.

a ¶ Suꝑ. adde Bal. in consi. ccccciij. in tertia parte,

¶ Sed ⁊ tertio dico ꝑfata loca ⁊ bona non comprehendi in gñali impositione facta per ducalem dñationem: qm̄ ex hoc ꝑfata ducalis dñatio non leditur in aliquo: cum impositio facta per eam ciuitati ⁊ districtui veronēsi non diminuitur in aliquo: immo tota residet in alijs non exemptis quos solos cēsetur dñatio voluisse grauare non faciendo aliam mentionem de exemptis maxime cum sciat Aloysium ⁊ bona sua ⁊ homines suos exemptos ⁊ exemptas: ⁊ quod plus est mandando ꝙ non grauentur: sed sua priuilegia obseruentur: ⁊ hoc per. l. ab omnibꝰ. in prin. ff. de leg. j. ⁊ per id qō ibi no. Bar. ꝭm Jacobum de are. Redundat ergo hoc in grauamen aliorum non exemptoꝝ non in damnum dominationis posito ꝙ dictum Aloysium ⁊ bona sua non intelligatur voluisse includere in generali impositione grauaminis facta per eam: ⁊ sic non obstant no. in. c. petitio. de iureiur. q₂ ibi induceretur grauamen loquentis hic non vt dixi. ¶ Postremo cum verba legis vel alterꝰ dispositionis debeant intelligi in his que frequentius accidunt: ⁊ in illis magis adaptantur. ff. de legi. l. nam ad ea. Et grauamina que imponuntur per communitatem Verone suis districtualibus vt plurimuʒ habent originem a ducali dominatione que dicte cōmunitati Verone cum suo districtu iniungit. dicendum est litteras prefate dominationis mandantes dictum Aloysium et bona sua non grauari debere intelligi etiam de dictis grauaminibus que a dicta dominatione procedunt ⁊ que magis frequentantur. Et sic concluditur dictum Aloysium ⁊ eius homines ⁊ bona non teneri subire aliqua grauamina personalia vl' realia seu mixta que ipsis hominibus vel bonis specialiter et expresse non iniungerentur tam de iure q̄ etiam de expressa voluntate dominationis: que per dictas litteras manifeste apparet: etiam si sint talia onera que per dominationem prefatā generaliter iniungerentur cōmunitati Verone ⁊ suo districtui ⁊ territorio.

1 ☞ Utrum per diuisionem cum promissione de non cōtrauiniendo videatur remissum fideicommissum.

2 Pulchra distinctio an non facto inuētario perdatur legitima trebellianica vel falcidia.

3 Qualiter ⁊ quando fructus percepti post mortem testatoris computentur in trebellianicam etiam in filijs primi gradus cōtra. l. iubemus. C. ad trebel.

¶ Consilium. clxxxviij.

In christi noīe amen.

Quia dubia. s̄. formata satis trita sunt et examinata per doc. scribentes quorū dicta ⁊ scripta communiter per omnes habentur non insistam in superflua recitatione ipsoꝝ. Sed more consulentium breuiter dicam qō in singulis sentiam: eo maxime q₂ dñs allegans. s̄. satis plene ⁊ seriose modoq₃ disputatiuo vt suaʒ virtutem ostēderet retulit que per antiquos ⁊ maiores nostros atq₃ modernos scripta reperiuntur. Et super primo dubio quo q̄ritur. † An per dictam diuisionem factam inter fratres ꝑdictos censeantur inuicem remisisse reciprocum fideicommissum relictum si aliquis eorum decederet sine liberis: non multum expedit insistere q₂ clarissimum est ꝙ non si solam diuisionem attendimus. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. hereditatem. lo secundo. vbi casus. ⁊ per Bar. in. §. duo fratres. in prima questione. ¶ Nec etiam per illa verba in fine instrumenti diuisionis apposita qō inuicem promiserunt non venire contra diuisionem sed eaʒ firmam ⁊ ratam habere: ⁊ in nullo contrafacere vel venire per se vel alium modo aliquo ratione vel causa ⁊c. de quibus verbis plus q̄ de aliquibus alijs contentis in dicto instrumento videbatur dubitandum: q₂ Dy. tenuit per ea remissionem fideicommissi induci si fideicommissum ipsum sciebant. Sed Bar. ipm̄ reprehendit per plures rationes dicens dictam opinionem fore falsam ⁊ falsissimam per plures rationes inter quas est ista: q₂ petendo fideicommissum post mortem in nullo facit contra diuisionem: si enim faceret non posset petere etiam promissione predicta non facta. Tum quia non potest venire contra factum suum[a]. l. post mortem: ff. de adop. nec contra id qō semel voluit. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcē. Tum q₂ de euictione tenetur alter alteri. l. in fami. hercis. cum ibi no. C. fami. herc. iuncta. l. vendicantem. ff. de euic. Et tñ constat ꝙ simpliciter facta diuisione sine appositione dictoꝝ verboꝝ non prohiberet alter post mortem alterius fideicommissum petere: vt. d. §. hereditatem. ergo sequitur ꝙ petendo non facit contra diuisioneʒ: ⁊ si sic sequitur ꝙ nec facit contra ꝓmissioneʒ: qm̄ nihil aliud ꝓmisit nisi contra diuisionem non venire. Nil est ergo ꝙ prohibeat ipsum petere. vt hec habentur plene per Bar. in. d. §. questione secunda. Allegat etiam Bar. rationem q₂ dicta promissio de non veniendo contra diuisionem dʒ intelligi ꝭm naturaʒ diuisionis super qua facta est ⁊ nihil amplius importat. l. si legati serui nomine. ⁊ ibi notatur ꝭm vnam lecturam. ff. de leg. j. l. si stipulatus. ff. de vsur. Sed natura diuisionis hec est ꝙ propter ipsam solam non censetur quis renunciasse fideicommisso vt supradixi: ergo nec propter dictam promissionem. Allegat etiam pro casu. l. fi. §. idem quesijt. ff. de condi. indeb. Et concludit ꝙ etiam si diuidentes sciuerint dictum fideicommissum nō censeatur fuisse remissum per dictā promissionē. ⁊ postea subdit in. iiij. q. hoc veꝝ nisi fuerit adiectum in dicta promissione de non veniendo contra. s. etiam ratione fideicommissi debiti vel debendi ex testō paterno: dummodo dicatur inspectis et cognitis verbis testamenti: vel appareat ꝙ de ipsis notitiam habuerit: ⁊ sic requirit specialem ⁊ expressam mentionem de dicto fideicommisso ad hoc vt videatur ei renunciatum. Postea vero in quinta ⁊ sexta questione videtur velle ꝙ sufficiat generalis: puta ꝙ remiserit ius fideicommissi qō habet vel habere sperat ex quocunq₃ testamento dummodo renūciantes sint de illis qui presumantur scire ⁊ possint renunciare ⁊ non sit aliud ius ad quod dicta verba possint restringi: al's restringerentur ad illud. C. de transac. l. si de certa. Sed in casu nostro nulla cōtinetur renunciatio de aliquo iure fideicommissi nec in specie nec in

nec in genere ⁊ erant sui heredes in quibus p̄sumebatur igno- rantia ꝯtentoꝝ in testō.arg.l.eius qui in prouinciam. in fi.ff.si cer.pe.⁊ isti qui nunc petunt erant minores qui non poterant eoꝝ iuri renunciare:vnde concludit sine dubitatione quacūq; ꝙ dicto fideicommisso non censetur renunciatum per dictaȝ di uisionem vel aliqua verba ipsius:etiam per illa in quibus de- derunt inuicem licentiam alienandi ea que cuilibet eorum ve- nerunt in portionem si alienatio non est secuta vt idem deter- minat eodem.questione octaua. Et hoc de primo quesito seu dubio.

¶†Super scd̄o quo queritur vtrum filius ꝓpter non ꝯfectionē 2 inuentarij perdiderit ius deducendi legitimam debitaȝ iure na ture. Pro concordia opi.puto distinguendos tres casus. Nā aut vult eā deducere contra credi.hereditarios si forte facta de ductione bona non sufficiunt ad satisfaciendum eis. Et est di- cendum sine dubio ꝙ non:q2 etiam si factum fuisset aduersus eos deducere non posset:cuȝ legitima non sit nec debeatur nisi ere alieno deducto seu de eo qd̄ superest deducto ere alieno.l. papi.§.qm̄ aūt quarta.ff.de inof.testa. Et sic es alienum prece dit legitimam. Aut queritur an possit eam deducere aduersus singulares legatarios vel fideicōmissarios generis vel quan- titatis. Et tunc hȝ locum varietas opi.de quibus.s̄.in allega- tiōibus mihi placet opi.scd̄a ꝓ parte negatiua ꝙ deducere nō possit etiam ad minuendum legata. Et ista disputando istū ar- ticulum alio anno Padue tenebam per rationem illaȝ cui nō video posse dari responsum:q2 heres non conficiens inuenta- rium etiam veꝝ debitum in quo sibi tenebatur defunctus non posset deducere aduersus tales legatarios quibus si bona nō sufficiunt hereditaria tenetur soluere integraliter de suo:in au ten.de heredi.⁊ fal.§.si vero nō fecerit. Et sic tales legatarij cō parantur hodie creditoribus aduersus quos non detrahit ve rum debitum non conficiens inuentarium:sed eius actio peni tus confunditur.C.de iure delibe.l.fi.§.in computatione a con trario sensu. Nultominus detrahere pōt legitimam que non est veꝝ debitum sed quasi.vt no.in.l.ij.C.de iur.⁊ fac.igno.⁊.l.si quis legatum.ff.de fal. Et dicere illud qd̄ dicunt doc.ꝙ fit de- tractio vt minuantur legata tanq̄ in illo facta sint vltra vires patrimonij ⁊ ꝓ reliquo p̄stentur insolidum.arg.eius qd̄ in fili habetur in.l.si post missionem.⁊.l.in quantitate.§.fi.in fi.ff.ad l.fal.est vna fantasia. Nam in illis legibus deducitur primo lo co quatenus sunt vltra vires patrimonij ⁊ reducuntur ad vi- res. Sed per istam deductionem legitime factam non reducū- tur ad vires. Quid enim si adhuc remanerent vltra vires certe integraliter soluerentur. Ad quid ergo fieret illa deductio so- lius legitime tanq̄ in illo sint vltra vires postq̄ pro eo qd̄ re- manet facta deductio predicta soluūtur insolidum etiam si re- maneat vltra vires ⁊ si habebat in bonis ducēta ⁊ legauit.cccc. Si deducatur tertia pars ducētoꝝ ꝓ legitima adhuc vltra vi res remanebunt. Si ergo deduceretur tertia vt efficiant̄ intra vires deberet deduci etiam vltra veȝ integra ducenta. Si hoc non fit ad quid prodest tertiam tm̄ deducere non video:preter ea legata prestanda sunt inso.sicut credita etiam si sint vltra vi res:quare ergo fieret deductio legitime tm̄ quasi in hoc sint vl tra vires. Cum istud non noceat quominus insolidum p̄stētur etiam de ꝓprio heredis. ¶ Interdum querimus vtrum possit deducere legitimam aduersus fideicommissum vniuersale. Et hic puto dicendum ꝙ sic indistincte:q2 tale fideicōmissum vni- uersale nunq̄ pōt excedere vires hereditatis vel bonoꝝ:cū nō fiat nisi de eo qd̄ est in hereditate vel in bonis. Et si in eis nihil reperiretur teneretur heres etiam inuentarium non conficiēs ⁊ sic non tenetur aliquid ponere vel dare de suo tali fideicōmis so vniuersali. Sed legatarijs particularibus generis vel quā titatis sic:q2 illa legata possunt vires hereditatis transcende- re:vnde illa legata possunt cōparari creditis. Sed fideicōmis sum vniuersale non:cessat ergo rō p̄dicta in tali fideicommisso vnde sicut de iure ffoꝝ quo non erat introductum beneficiū in uentarij poterat heres aduersus tale fideicommissum vniuer- sale deducere verum debitum.l.irritum.C.ad.l.fal.l.debitor.ff. ad treb.⁊ etiam legitimam que in tali fideicōmisso non cade- bat.l.coheredi.§.cum filie.ver.nec fideicōmisso.ff.de vulgar.et pup. Et tū aduersus cre.hereditarios quibus tenebatur etiaȝ vltra vires.l.que dotis.sol.ma.non poterat.nec etiam aduer- sus particulares hodie legatarios generis vel quantitatis q̄ comparantur hodie creditoribus inuentario non facto.vt.s̄. dixi. Ita ⁊ hodie non confecto inuentario poterit heres aduer sus fideicommissum vniuersale deducere verum debitum ⁊ ēt legitimam:q2 remanet in illis terminis in quibus erat de iure ffoꝝ.⁊ non in deterioribus quantum ad fideicommissum vni- uersale cui non tenetur vltra vires hereditatis. Sed de iure ffo rum poterat predicta detrahere ergo ⁊ hodie. Sed quantū ad legata particularia que vires facultatum possunt transcende- re remanet in deterioribus hodie non facto inuentario q̄ oliȝ esset de iure ffoꝝ vel codici.q2 tunc solueret de suo ⁊ vltra vires de iure autē.qd̄ in fideicōmisso vniuersali nō est. Et ista est rō demonstratiua ⁊ subtilis ⁊ vera sicut euangelium:vt puto lȝ ꝑ doctores nostros non tacta:⁊ sic concludo ꝙ in casu isto mater ista poterit detrahere legitimam debitam illi Marco filio te- statoris in qua successit filius eius ⁊ ipsa postea filio cum isti qui cum ea litigant sint fideicommissarij vniuersales non parti culares per iam dicta.

¶ Super tertio quesito an per non confectionem inuentarij per a datur[a] hodie trebellianica. Ego al's consulendo fui secut⁹ opi nio. Barto.quam ponit in auten.sed cum testator.ꝑ tex.quem allegat in corpore vnde sumitur.vbi dicit esse casum per docto. non ponderatum. Et propter rationem illam q2 presumit̄ sub traxisse ⁊c. Et cum ista opi.que etiam per modernos approba- tur quos refert suprascriptus dominus allegans videt̄ posse transiri pro nunc.

a ¶ Perdat̄. vide do. Pe. phi.cor.in cō- si.clxviij. i lr̄a I.in.iij.parte.

¶†Super vltimo quesito de fructibus an in trebellianicam cō 3 putentur[b] posito ꝙ in casu nostro detrahi posset ego al's dixi b ⁊ puto verissimum esse ꝙ posset de iure defendi ꝙ etiam si dica mus istud fideicommissum fuisse relictuȝ a filio sub duplici cō ditione si ipse decederet sine liberis vel eius liberi sine liberis. Non autem a liberis eius quibus nō videbatur aliud relictū ne ex hoc reddatur fideicommissum inutile ꝛm Bal.in.l.ab eo C.de fideicom.⁊ dixi in alio consilio.nihilominus in trebellia- nicam cōputantur ꝛm regulam generalem positam in.l.in fidei commissa.ff.ad trebel. ¶ Nec obstat ꝙ erat de liberis primi gradus.vt.l.iubemus.C.ad treb.qm̄ lex illa loquitur qn̄ vnaȝ tantum quartam detrahebat filius.s.trebellianicam.vt ibi ptȝ dum dicit dodrans restituatur:quo casu ideo fructus non cō- putantur in causa est q2 illa trebellianica tunc computatur in legitimam debitam iure nature in qua licet olim tales fructus computarentur.l.pap.§.si conditioni.C.de inoffic.testa.lex i.la iubemus.voluit non computari in liberis primi gradus post- ea in.l.scimus.§.repletionem.de inoffi.test.que nouior est im- perator generaliter statuit in quibuscunq; ꝙ in legitimam nō computentur verum si ponimus ꝙ detrahat duas quartas.s. legitimam prius in quam non computat:⁊ postea trebelliani- cam:qd̄ lȝ de iure ciuili non videatur posse fieri de iure tantum canonico approbatur ꝙ fieri possit qn̄ est in diem vel sub con- ditione fideicōmissum:iuxta no.in.l.q̄q̄.C.ad.l.fal.nō habeo legem dicentem ꝙ tunc in trebellianicā non cōputent̄ fructus iudicio testatoris ꝑcepti:nec tunc subest illa rō q̄ est qn̄ trebel- lianica tm̄ deducitur.vt ptȝ ex his q̄ dixi. Et ideo puto standū regule q̄ est in ꝯtrariū in.d.l.in fideicōmissa.ff.ad trebe. Et ita legendo al's dixi ⁊ consului. Laus deo.

b ¶ Cōputen- tur. Vide do. pe. phi.cor.in ꝯsi.clxxx.i lr̄a y.in.iiij.parte ⁊ in cōsi.clviij. in lr̄a. F.i.iij. parte.

1 ☞ Prior vel abbas qui inuestiuit per errorem extraneū he redem contra formam veteris inuestiture potest venire contra factum suum ⁊ reuocare emphiteosiȝ non obstan.iuramento. nume.2.

2 Nomine heredum qui veniant.

¶ Consilium.clxxxix.

In christi nomine amē.

Uiso instrumeto cuiusdam inuestiture de qua dam emphitheosi ecclesiastica facte in anno. M.cccxcix.ꝑ do. Thomaȝ priorem sancti Ni colai de vergiañ.diocesis Brixieñ.in quendā 1 Jacobum de chizolis ꝓ se ⁊ suis heredibus recipienti.† Et vi so etiam quodaȝ alio instrumento renouationis inuestiture de eadem re facte per modernum priorem eiusdem loci in ꝑsonas quorumdam extraneorum heredum dicti Jacobi non descen- dentium ab eo. ¶ Queritur q2 dictus dominus prior moder- nus vellet ipsam vltimam concessionem seu renouationē infrin gere ⁊ reuocare:an possit tanq̄ male facta fuerit ⁊ in ecclesie p̄ iudicium ⁊ videtur ꝙ non pluribus rōnibus.

¶ Primo:q2 illa prima concessio facta fuit dicto Jaco.pro se ⁊ c 2 suis heredibus † appellatione quoꝝ cōprehenduntur q̇cunq; c heredes[c] etiam extranei in infinitum.l.sciendum.⁊.l.heredis appellatione.⁊.l.heredis appellatio.ff.de ver.sig.etiam cū pre fertur in concessione emphitheosis.vt no.in Spe.de lo.§.nūc vero aliqua.versi.cxiij. Maxime qn̄ apponitur verbum perpe tuo seu perpetuam:qm̄ heredes saltem extranei videntur ꝑpe- tuo durare:sed descendentes non iuxta no.ff.ad treb.l.ex facto §.si.per glo.⁊ doc. Sed hic si concessione perpetua illud conti net ꝙ possit concedere in perpetuam emphiteosim illi Jacobo ⁊ suis heredibus ergo ⁊c.C.de sa.san.eccle.aut̄.si quas ruinas ⁊ auten.perpetuo.⁊ quod nota.in Spec.alle.tit.⁊.§.versic.vij. Et si sic est data concessio ⁊ renouatio in personam predictorū

c ¶ Heredes. Adde idē per d. Bar.sozi.in ꝯsi.cclvij.versi. aliqñ.⁊.iiij.ibi ex q̇b⁹ in ꝓposi to.in.ij.parte.

videtur debito modo facta: quia fieri debebat ꝛ si facta nō fuisset: fuisset eis facta iniuria. l. i. §. permittitur. de aqua quoti. et esti. immo videtur non fuisse necessaria si non fuit hoc expresse actum quod fieret: quia ipso iure transiuit in eos nec ab eis poterat auferre ius semel quesitum eis sicut nec ab ipso Jacobo qui potuit pro suis heredibus accipere ꝛ eis acquirere. l. au⁹. cum ibi no. ꝛ. l. si tibi. §. si pactus. ff. de pactis. Multomin⁹ nūc post renouationem. Non enim erat finita emphiteosis p mortē Jacobi nec ad ecclesiam reuersa si vera sunt que supra dixi.

¶ Secundo quia posito ꝙ fuisset finita ꝛ ad ecclesiam fuisset reuersa: qꝛ non transiuisset ad extraneos heredes. Attamen dominus prior solus ꝛ sine alia licentia pape vel forte etiaꝫ sui cōuentus si eum haberet poterat alteri concedere etiam si iuramēto tenebatur astrictus non alienare bona monasterij Romano pontifice inconsulto quia istud deberet intelligi de bonis que essent de mensa: non de his que desierunt esse de mensa per concessionem legitime factam in feudum vel emphiteosim. c. fi. extra de feud. vbi casus. Postꝗ̄ semel fuit licite alienata effecta est perpetuo alienabilis. ff. de leg. iij. l. pater filium. §. xv. et ibi no. per Bar. C. de impo. lucra. de scrip. l. j. §. contra quoqꝫ.

¶ Potius autem fienda erat renouatio in personas dictoruꝫ heredum ꝙ aliorum extraneoruꝫ. vt. d. l. j. §. permittitur. de aq. quoti. ꝛ esti. Al's fuisset eis facta iniuria. vt ibi not. Nec dicat quis ꝙ illud. c. fi. de feudis. loquatur in re consueta dari in feudum vel emphiteosim. Et ista non apparet nec potest dici consueta ꝓpter vnicam vicem: qꝛ illud posset procedere si non appareret ꝙ semel licite fuisset in emphiteosim concessa: tunc em̄ ex prescripta consuetudine presumeretur licite fuisse data. Sꝫ hic apparet ex cōcessione pape. vnde si ille Jacobus nō tenuisset vltra. viij. dies. ꝛ reuersa fuisset ad ecclesiam potuisset prior alteri concedere tanꝗ̄ effectam emphiteosim per text. illius. c. fi. q̄ non requirit aliud nisi ꝙ per morteꝫ vasalli res sit ad ecclesiam reuersa. i. eius qui verus sit vasallus. Et idem esset in vero emphiteota. Sed ver⁹ vasallus vel emphiteota est ille queꝫ constat semel habuisse iustum titulum feudi vel emphiteosis: sꝫ si non constat de origine iusta recurritur ad cōsuetudinem prescriptam. c. cum de beneficio. de preben. lib. vj.

¶ Tertio facit contra dn̄m priorem qꝛ non videtur posse venire contra factum suuꝫ. ff. de adop. l. post mortem. ꝛ quod notat Innocen. in. c. diuersis fallacijs. de clericis coniuga. de filijs presby. veniens. nec contra iuramentum quod pōt seruari sine interitu salutis eterne. c. cum contingat. de iureiur.

¶ Quarto facit cōtra qꝛ dicitur ꝙ dictus Jacobus meliorauit rem faciendo ibi molendinum propter qd̄ videtur ꝙ etiā si al's non transisset ista res ad extraneos heredes: nunc tn̄ eis auferri non possit per tex. ꝛ per id quod ibi no. Bar. in. l. quicunqꝫ. C. de omni agro deser. lib. xj.

¶ Quinto ꝛ vltimo facit contra ipsuꝫ statutum Brixie quo disponitur vt extranei succedant in emphiteosim etiam ecclesiasticam. Nam consuetudo in hoc esset seruanda. vt no. Bal. in auten. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccle. Et tantum facit ꝛ operatur statutum per vnam horam quantum consuetudo per longissimum tempus. vt in simili not. C. de dotis promis. l. secunda. ꝛ probatur in. l. de quibus. ff. de legibus. vbi non refert suffragio ꝛc.

¶ His tamen non obstantibus contrarium videtur verius ꝙ immo dictus dn̄s prior possit venire cōtra: qꝛ omnia dicta fundamenta tolluntur. Nam primum procederet in emphiteosi priuata vt transeat ad extraneos heredes vel reipublice laycorū. Sed emphiteosis ecclesie non transit nisi ad liberos. vt no. per glo. que cōiter tenetur. in. l. etiam. in prin. ff. sol. matri. ꝑ text. in auten. de non alie. §. emphiteosim. ꝛ expresse in Specu. de loca. §. nunc vero aliqua. s. allegata. in ver. cxiij. in fi. vbi facit istam dn̄iam ꝛ si esset ecclesia Constantinopolitan̄. non nisi vsqꝫ ī tertiam generationem. vt no in eo. §. ver. cxv. ꝛ ver. vij. Sed in casu nostro videtur fuisse actum expresse ꝙ non transiret nisi ad masculos propter illud pactum appositum iuxta finem instrumenti ꝙ solutio affictus fieret per vnam manum tantuꝫ ex successoribus ipsius Jacobi ex linea masculina descendentibus: que verba bene considerata non possunt aliud importare nisi ꝙ succedant descendentes masculi dumtaxat. Et ꝙ si sint plures non possint eam diuidere saltim quo ad solutionem affict⁹ vt habeat fieri per plures. Sed ꝙ fieret per vnum noīe omniū si enim transiret ad extraneos heredes vel ad feminas dictum pactum seruari non posset vt patet ad sensum. Qui autem volunt vnum censentur etiam velle aliud sine quo illud nō potest. ff. de acquir. here. l. illud. Constat autem pacta apposita in tali contractu si licita sunt fore seruanda. C. de iure emphi. l. j.

¶ Secundum fundamentum etiam tollitur: quia procederet si ꝑfatus dominus prior sciens feudum vel emphiteosim ad se reuersam propter defectum masculorum ꝛ se non teneri ad inuestienduꝫ extraneos heredes vltra ꝙ̄ vellet spōte ꝛ ex certa scientia eos inuestiuisset: sed in casu nostro colligitur ex verbis instrumenti ꝙ ipse putabat se teneri ꝛ necessitatum esse ad hoc faciendum: vel quia illi erant heredes Jacobi licet extranei: vel propter renunciationem ꝛ cessionem eis factam a filia de omni iure quod ad eam spectaret in dicta emphiteosi: prout colligitur manifeste ex illis verbis instrumenti dum dicit ꝙ dictus dominus prior habens notitiam ꝛ scientiam de morte dicti Jacobi ꝛ de eius testamento in quo predictos quos nominat instituit heredes sciens illos de iure fore inuestiendos ꝛc. Notandum est hoc verbum inuestiendos qd̄ importat necessitateꝫ iuxta no. ff. de eden. super rubrica: ꝛ subdit cōsiderata antiqua inuestitura ꝛ considerata dicta renunciatione facta ꝑ filiaꝫ ꝛc.

b siuam sed recipiunt passiuam b interpretationem:qꝛ leges extēdunt ipsa statuta.vt in.l.ij.C.de noxali.ꝛ in.l.fi.§. in cōputatione.C.de iure delib.ꝛ no.Bart. in.l.j.§.res fal.ff. ad.l.fal.ꝛ in.l. omnes populi:ff.de iusti.ꝛ iur.vbi tractat de interpreta.statutorum quicqd dixerit Bal.qui aliquando est iussus tenere ꝙ statuta que corrigunt ius cōe non recipiſt ab eo interpretationē: qd̄ est contra cōem sententiam ꝛ eius dictum reprobat Ludo.ro.in.l.si quis prior.ff.ad treb. ꝛ per iura que supra allegaui ꝓbatur ꝙ quāuis statutum non faciat mentionem de herede: sed solum de coherede vel agnato:tamē heres debet admitti ad beneficium presentandi per iura.s̄.alle.qd̄ etiam confirmatur q̄m istud ius presentandi potest cedi cuꝫ re:vt no.in.l.ij.ꝛ ibi Guil. ꝛ Pau.de cast.ꝛ in.l.j.§.fi.ff.de noui operis nūcia.ꝛ facit.l.sub vna.ꝛ qd̄ ibi no.glo.ff.de ver.oblig.ꝛ firmat Bal.in tractatu ꝓ thomiseos:ꝛ sequitur Pau.in.l.apud antiquos.C.de fur.sicut ergo potest cedi:ita transmittitur ad heredes:vt in.l.si ex pluribus.ff.de admi. tuto. ꝛ maxime quoniam domina Maria non potuit vti beneficio statuti propter factum contrahentium qui occultarūt contractum:ideo debet trāsmittere ad heredes suos facultatem presentandi:sicut transmittit̄ hereditas ꝛ ius adeūdi quando defunctus heres fuit impeditus iusto errore vel facto alterius:vt in.l.scribit.C.ad carb.ꝛ in.l.illud.§.fi.cuꝫ.l.seq. ff.de bo.pos.contratabu.ꝛ no. Bart. post glo.in.l. ventre.ff.de acqui.here.

¶Non obstat qd̄ tertio loco adducebatur : q̄m facultas implēdi conditionem transit ad heredem q̄n ex implemento conditiōis aliquid acquiritur ei qui ex implemēto conditiōis est futurus obligari:vt probatur in.l.ij.de pac. inter emp.ꝛ ven. ꝛ sequitur Bar.in.l.si decem cum petiero.de verb. ob. Et sequitur Bar. in.l.diem proferre.§.j.ff.de arb.Et preterea sicut res cuius cōtemplatione competit ius presentandi transit ad heredem : ita facultas implendi conditioneꝫ.vt in.l.seruus si heredi.ff.de statu lib.quem tex.allegat Pau.de cast.ad hoc propositū in quo dam suo consilio extraordinario. preterea statutuꝫ incipit a dispositione dicendo ꝙ non valeat venditio in preiudiciuꝫ vicinorum. Et ideo verba que sequuntur in statuto ꝙ possit vicinus

oblato precio recuperare non faciunt conditionem: sed potius modificationem quandam.vt in.l.multo.§.si sub conditio.ff.de tute.ꝛ in.l.pretor.in prin.ff.de calū.ꝛ bene facit tex. ꝛ qd̄ ibi no. in.l.fideiussor obligari.ff.de fideiusso.in.§.fi.Et quod no.Cy. in.l.si plures.in.iij.q.C.de condi.institu. Ex quibus concluditur per dictum dominū Uictorem tanq̄ heredeꝫ domine Marie potuisse fieri depositum ꝛ sibi competere ius presentandi eū ꝙ posse acquirere ꝛ habere dictam rem venditam ſm formā statutorum Padue.Et ita iuris esse prout suprascriptum consu a luit excellentissimus vtriusq̄ iuris interpres dominus me⁹ dominus Jo.baptista roselus in causa magnifici domini Ludouici quirini Patricij Ueneti ꝛ ad fidem premissorū se manu ꝓpria subscripsit suoq̄ solito sigillo magno muniuit: ꝛ ex originar io proprio assumpsi omissis tn̄ alijs articulis sed solum arti b culum istum transcripsi tanq̄ magis facientē ad intellectuꝫ statuti Paduani incipientis.si decetero.ponentis materiaꝫ iuris presentandi.

a ¶In cōditiones.Uide bal. in ɔsi.lxix.in.j. parte.

b ¶Passiuam. adde idē ꝑ do. Pe.phil.cor.ī ɔsi.ccliij.ī lra. J.in.iiij.pte.

1 Mulier agens ad rem datā in dotē per tertiū possessam debet succūbere ꝛ in expē.condēnari qꝛ sine actione.
2 Sententia valida non pōt sequi ex inepto libello.
3 Sufficit possessori ad iustā possessionem patiētia dn̄i que durauit quinquēnio ne molestetur etiā si per testes singulares ꝓbetur traditio possessionis.
4 Mediator nō probat etiā semiplene nisi receptus ad testimonium de consensu vtriusq̄ partis.

¶Consilium.ccl.

In christi nomine amē.

¶Uiso puncto suprascripto ac etiam processu ꝛ attestationibus vtriusq̄ partis sup eo qd̄ q̄ritur q̄ sint vel esse debeant partes predictoruꝫ arbitratorum respondeo ꝙ esse debēt in absoluendo dictos fratres reos conuentos a petitione dicte Jsabette ꝛ ipsam condemnari in expen.tanq̄ temere litigantem pluribus rationibus.

¶†Et prima est:quia ex tenore libelli apparet manifeste de non
1 iure dicte Jsabette agentis. Narrat eniꝫ dictam domum fuisse sibi datam in dotem tempore contracti matrimonij inter ipsam ꝛ Doratinum.Et si ita est ius agendi pro ea recuperanda non competit sibi cum constet matrimonium sed competit ipsi Doratino.C.de rei ven.l.doce ancillam.ff.de re iudi.l.sepe.circa medium ibi aut maritus soceruꝫ ꝛc. ¶Nemo autē sine actione experitur .l.si pupilli.§.fi.ff.de neg.gest. immo si iudex de hoc perpendit potest ꝛ debet etiam reo non petente repellere actorē ex officio suo a limine iudicij vt no.glo.C.de transac. vbi pactum. facit quod habetur in tex.ꝛ glo.in.l.j.ff.de assesso.ꝛ per Innoc. in.c.constitut⁹.de fi.presby.Et si hoc non fecit a prin.facere debet in fine:qꝛ debet absoluere conuentum vt est tex. cū bona gl. C.de iura.calū.l.ij.§.ꝙ si actor.que incipit per hoc apparet.facit quod no.Bar.in.l.absentem.ff.de penis.in vltima questio.

¶Nec quicq̄ facit in cōtrarium.ꝙ isti sunt arbitratores ꝛ possunt procedere ꝛ pronunciare etiam de facto qꝛ non per hoc est dicendum ꝙ si reperiunt ius agendi non pertinere ad petenteꝫ ꝛ compromittentem sed ad aliuꝫ debeant ius alterius alteri q̄ illi cuius est dare.facerent enim per hec iniuriaꝫ ꝛ iniustitiā reo qui non debet molestari ad instantiā non habentis ius: etiaꝫ si ipse ius nō habet.ff.si vsussru.pe.l.vti frui.§.j.si pars heredi.peta.l.j.circa prin.C.de rei ven.l.fi.Ideo potest se defendere ex iure tertij q̄n est exclusiuum iuris agentis ip̄o iure ꝛ de ipso opponerent dictis iuribus.ꝛ ꝑ Bar.in.l.ij.ff.de excep.rei iudica.hic aūt satis opposuerunt dum dixerunt petitionē fuisse factaꝫ ad instantiaꝫ persone cui nullum ius agendi cōpetebat.Et posito ꝙ non fuisset oppositū ex tenore dicte peti.ꝛ libelli deprehenditur qd̄ sufficit:vt.s̄.dixi scilꝫ vel ad repulsionem liminis iudicij vel victorie.

¶Scd̄a ratio est propter ineptū modū narrationis:dixit eniꝫ ꝙ domus de qua agitur fuit in bonis dicte Jsabette:ꝛ sic de p̄terito loquitur nō de p̄senti ꝙ hodie vero sit ꝛ dicta verba de p̄terito habēt viꝫ cuiusdā abnegatiōis ꝙ hodie nō ita sit:ideo tenēt doc.talē libellū non cōcludere in rei vē.sed fore ineptum:vt no. Bar.in.l.certū.§.sed si fundū.ff.de ɔfes. ꝛ Cy.C.de ꝓbatio.l.si ue possidetis.in vltima.q.ꝛ Bal.in l.edita.C.de edē.in.xij.vel xiij.col.in ver.sed hic q̄ro vtrū sufficiat narrare cām ꝑ verba de p̄te.ꝛc.Et idē esset si qs narraret titiū fuisse sibi obligatū in.c. ex tali cā:qua propter peteret eū cōdēnari :lꝫ eūi qui fuit semel dn̄s presumat̄ hodie dn̄s:nisi probet̄ contrariū:ꝛ qui fuit semel obligatus presumat̄ etiam hodie fore si aliud non apparet. Et propter hoc sufficit in articulis deducere dominiū ꝛ obligationem de prete.ꝛ etiam probare:qꝛ dn̄ium ꝛ obligatio solo tractu

temporis non mutatur: non tamen sufficit ad aptitudinez libelli sic in libello deducere: sed debet deduci dñium ⁊ obligatio de presenti: qm̄ ad hoc vt aliud presumatur debet allegari p illum qui hoc vult: vt no. Bar. in. l. cum quid. ante fi. ff. si cer. petat. l. si adulterium. §. idem pollioni. ff. de adul. Et ista allegatio in iudicio debet fieri in ipso libello alias est ineptus: qꝛ dñium vel obligatio de prete. non causat mihi acti. Sed quando est de p̄senti. l. in rem. in princ. ff. de rei ven. ⁊ quod plene no. in simi. per Bar. de pos. ff. de cōdi. insti. l. pe. † Ex inepto autem libello nō potest sequi apta vel valida sententia:[a] vt no. glo. insti. de obli. in prin. que incipit istud. ⁊ Bal. l. actori. in fi. C. de iureiurā. Et no. in addi. Spe. in ti. de actio. seu petitio. §. sequitur videre. et de offi. iudi. §. de serui. ver. quid si libe. ⁊ per Ja. bu. ⁊ Bal. in. l. lz. C. de procu. ⁊. l. domum. C. de rei ven. per Cy. C. vt que des. ad uo. par. l. j. ⁊ quod dixi in rei ven. idem dico in possessorio legis cuz querebatur. ⁊. l. inuasor. C. vnde vi. Si ista domina Isabetta voluit aliquod illorum intētare. Nam eius libellus est adeo pregnans qꝫ potest etiam ad illa adaptari: vt patet bene intuenti: ⁊ in illis apparet etiam narrare de presenti dominio: quoniam non dantur nisi domino vt ibi no. per doc. Et lz nō requiratur ex actis probatio dominij: bene tñ requiritur apta allegatio: vt patet per ea que ibi no. Bart. in interdicto vero vnde vi sufficit narrare de prete. pos. Sed illud non creditur istam voluisse intentare postqꝫ narrauit rem fuisse in bonis suis iur. dominij quod necesse facere habet in tali interdi. lz verbum inuasit vel inuaserunt appositum in dicto libello possit ad illud interdictuz adaptari. l. inuasor. C. vnde vi. sed ex adiuncto restringitur eius significatus ⁊ mens loquentis. ff. pro so. l. sed si adijciatur. illa enim actio censetur in libello deducta que ex verbis eius concipi potest. ff. de lib. ⁊ posthu. l. gallus. §. j. ⁊ ibi no. per Bar. in fi. Et posito qꝫ illud interdictum fuisset intentatuz: nō tamen posset in ipso obtinere: quia requirit spoliationem q̄ cōmittitur cum fit violentia in personam: que spoliatio hic non fuit probata nec in articulis deducta: ergo ⁊c. c. cum ad sedem. de resti. spo. In nullo predictorum quattuor remediorum potest dicta domina obtinere. s. nec in rei vendi. nec in condi. ex. l. cum querebatur. nec ex. l. inuasor. nec in interdicto vnde vi. rationibus predictis: sed nec in conditione ex cano. reintegrāda. iij. q. j. vel. l. si coloni. C. de agr. ⁊ censi. † qm̄ non habet locum contra eum qui ex voluntate possessoris expressa vel tacita pos. accepit vel occupauit ⁊ sic licite ⁊ iuste: vt pꝫ ex no. per Jo. an. post Inno. in. c. sepe. de resti. spo. sed hic est huiusmodi: vt patet ex depositione Bartholomei Jo. qui dicit se fuisse presentem quando Doratinus in presentia dictorum fratruz mandauit inquilino qui conduxerat ab eo qꝫ restitueret ⁊ consignaret domuz predictam prefatis fratribus enunciando eis domum prefatā. Constat enim qꝫ si fuit data in dotem vt ipsa asserit sicut dominium erat apud Doratinum maritum: ita ⁊ possessio: vt patet ex. l. dotis. C. sol. ma. Item ex depositione personali que tendit ad idē.

Et licet videantur singulares iuuantur tamē ex presumptione que resultat ex patientia quattuor vel quinqꝫ annorum quibus passus est dictus Dorotinus ⁊ Isabetta dictos fratres tenere ⁊ possidere dictam domum ⁊ in ea laborare ⁊ melioramenta facere: ⁊ sic ex eius voluntate presumuntur fuisse adepti possessionem: qꝛ si contrarium fuisset credendum est qꝫ statim contradixisset. argumen. ff. ad macedo. si filius iuncta. l. qui patitur. ff. mandati. maxime quia hoc nō erat magni preiudicij cum per hoc non perderet ius suum: sed quod habebat in proprietate domus: ergo de facili presumitur consensus ex patientia: iuxta no. per Bartolum in dicta. l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. coniunctis ergo simul istis: licet non resultaret directa probatio: resultat tamen vehemens adminiculatio qꝫ licite ⁊ de voluntate dicti Doratini prefati fratres fuerunt adepti possess. dicte domus que debet sufficere: vt in capitulo fi. de success. ab intesta. vnde dicto Doratino nullum remedium possessorium competeret ad reintegrandum sibi possess. Et multominus cōpetit dicte Isabette cum constet adhuc matrimonium. d. l. doce ancillam.

Sed ⁊ tertia ratio quare debeat ista succumbere resultat ex cōtrarietate quam implicat in suo libello dum dicit quod ista domus erat fundus dotalis: ⁊ sic innuit quod fuit data inestimata vel etiam estimata tali estimatione que non faciebat emptionē ⁊ per consequens debeat ad eam redire soluto matr. Et postea dicit simpliciter qꝫ fuit data estimata libris. ccccc. ⁊ quia non ascendebat nisi ad. cccc. dictus Dorotinus dedit ⁊ soluit socero suo vt dictam domum integre ⁊ libere haberet prout postea deducit in. vj. articulo. Et si hoc est non potest dici fundus dotalis: quia talis estimatio faciebat emptionem quod in dubio presumitur: iuxta nota. per glo. in. l. si inter virum. C. de iure doti. iuncta. l. quotiens. eodem titu. ⁊ de fun. dota. l. j. quia sol. matrimo. non poterit mulier petere domum sed lib. cccc. vt etiā patet ex verbis dicti sexti articuli dum dicit qꝫ acquirendo eam libere ⁊c. Non enim acquisiuisset eam libere si necesse haberet eā solu. matrimo. restringere. argumen. ff. de leg. j. non quicqꝫ. post princi. Tanqꝫ ergo sibiipsi contraria videtur repellenda. C. de fur. l. prima. ff. quando appel. sit. l. secunda. §. j. ex quo etiam clarius deprehenditur sibi non competere ius agendi pro ista domo que non est ad eam reuersura soluto matrimo. ⁊ ex quo non est declaratum fore locum consignationi dotis: tunc enim posset agere hypothe. sicut p alijs bōis mariti. C. de iure doti. vbi adhuc. cum concor.

Est ⁊ quarta ratio quare debeat ista succumbere propter generalitatem libelli vel actionis in eo deducte: qm̄ verba eius sunt ita generalia ⁊ pregnantia qꝫ possunt adaptari ad petitionez. s. rei vendi. Item ad possessorium. l. inuasor. ⁊. l. cum querebatur. C. vnde vi. ⁊ etiam ad interdictum vnde vi. dum dicit qꝫ fuit inuasa dicta domus. Et contra talem generalitatez que parit obscuritatem. l. ita fideicommissi. ff. de iure fisci. fuit oppositum ⁊ petitum declarari eligi seu distingui. Ideo debuit sequi declaratio ⁊ electio vnius ex predictis vt dicti conuenti scirent ⁊ possent se defendere. ff. de reg. iu. l. nemo ex his. §. quotiens. l. qd̄ in heredem. §. eligere. de tribu. qd̄ factum nō fuit ideo debet dicti conuenti absolui nec tenebantur respondere libello prout determinat Specu. in titu. de libe. concep. §. fi. ver. cautus. ⁊. §. iuxta. versi. item non valet libel. si generaliter loquatur. ⁊ de actio. seu peti. §. sequitur. versi. illud quoqꝫ. Solum enim permittitur actori plures actiones deducere in libello pro vna re quādo facto vel culpa conuenti redditur incertus que actio sibi cōpetat. ff. quorum legato. l. j. §. quia autem. qd̄ hic non est vñ in pniciem istorum conuentorum petentiuz declarari ⁊ distingui vt scirent a quo se defenderent non debuit actrix ista vagare ⁊ in dicta generalitate persistere: quoniam licet libellus generalis interdum admittatur [b] quando de generalitate non opponitur. l. fi. C. de anna. excep. non sic si officium: vt patet in locis. s̄. alleg. ⁊ in eo quod no. Bar. in. l. edita. C. de eden. in articulo de emendatione libelli. Responsio vero facta ad libellum intelligitur facta saluo iure respondentium vt in calculo feren. sententie videatur an debuerit fieri. ⁊ si reperiatur qꝫ non habeatur pro nō facta. argu. l. nam ⁊ postea. circa princi. ff. de iureiurā. ⁊ de dam. infe. pretor circa prin. ⁊ ita moris est hodie vbiqꝫ ne cursus iudiciorū impediatur. † Postremo debet ista succumbere quia non probauit illud quod erat principalis causa sue intētionis. scilicet qꝫ ista domus data fuerit sibi in dotem nisi per vnum testem qui dicit se fuisse intercessor idest mediator ad dictum matrimonium contrahendum cui testi etiaz non est danda semiplena fides ex quo nō fuit productus ex consensu vtriusqꝫ partis in aut. de testi. §. quoniam vero. col. vij. ⁊ no. Bar. de testi. cogē dis. dilectorum. ⁊ glo. in. c. j. de testi. lib. vj. super verbo ciuiliter ⁊ posito qꝫ faceret semiplenam fidem non habet contestem: quoniam alij solum deponunt de auditu quod non sufficit. l. testiuz cum ibi no. C. de testi. igitur ⁊c. C. de testi. iureiuran. iuncta. l. qꝛ accusare. C. de eden.

Concludo ergo vt in prin. dixi prefatos fratres fore absoluendos ⁊ actricem in expen. condemnandam. Et hoc bene patitur natura arbitrij vel arbitratus: vt patet ex nota. per Bart. in. l. quod si ephesi. §. fi. ff. de eo quod cer. loco. Laus deo ⁊ beato Siro episcopo Papiensi.

a ☞ Snia. Adde. d. Pe. philip. cor. in cōsi. cclxxvij. in lr̄a B. in. iij. pte qꝫ libellus inept⁹ annullat omnia acta.

b ☞ Admittat. adde do. Pe. philip. cor. i cōsi. cclxxxviij. in lr̄a. E. in. iij. parte qꝫ libell⁹ generalis non est oino nulius.

1 ☞ Cessio facta per filiam patri de dote sua siue per modum donationis siue emptionis presumitur fraudulenta: nec valet in preiudicium neptis ⁊ eius heredis.

Consilium. cclj.

IN christi nomine amen.

1 † Viso quodam instrumēto dotis librarū octingentarum quas dñs Guidinus de soardis de pergamo dedit cuidā Federico similiter de pgamo pro dña Franciscbina filia ipsius dñi Guidini vxore dicti Federici ⁊ fuit stipulatus eam restitui solu. matri. prefate dicte Franciscbine vel heredibus suis. scz dicte dñe: ⁊ similiter dicta dña fuit stipulata de voluntate patris ibidē presentis. Viso etiā quodā instrumento cessionis quā dicta dña Franciscbina q̄ vidua remāserat ex dicto Federico cū vna filia cui⁹ noie Joanna p̄fato dño Guidino patri suo cū quo se reduxerat ad standum de iure qd̄ habebat contra heredē dicti Federici: ⁊ sic contra dictam Joannam filiam suam q̄ erat illius heres super recuperatione dicte dotis. queritur ⁊ dubitatur an filij ⁊ heredes dicti domini Guidini possint virtute dicte cessionis agere pro dicta dote contra ⁊ aduersus filios ⁊ heredes dicte domine Joanne qui mediante dicta domina Joanna sunt etiam heredes dicti

dicti Federici qui tenebatur ad restitutionem dicte dotis prefate domine Francischine cum vixit: cuz nec dicta domina Joanna nec eius filij ⁊ heredes quicꝙ aliud habeant de bonis dicte domine Francischine matris ⁊ auie predictorum: ita ꝙ si cogerentur eam soluere forent penitus priuati ⁊ fraudati bonis dicte matris ⁊ auie per dictam cessionem. ¶ An vero predictis attentis habeant filij ⁊ heredes dicte Joãne contra dictos agẽtes ⁊ contra dictam cessionem exceptionem aliquam. Circa qd̃ considerandum est ꝙ cum prefatus dominus Guidinus fuerit dictam dotem stipulatus reddi non sibi: sed dicte domine Frãcischine ⁊ eius heredibus: ⁊ similiter dicta domina de voluntate sui patris cẽsetur illius filie per eius patrem donata: ⁊ sic ad ipsam solam pertinebat ⁊ in ea tanꝙ in proprio patrimonio petatur filios suos ⁊ etiam alios habere heredes sicut si mortua fuisset sui iuris effecta: ⁊ sic si fuisset aduentitia non profectitia: vt hec patent ex plene no. per Bar. in. l. post dotem. ff. solu. matrimo. in. iiij. questio. principali. per. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. solu. matrimo. si cum dotem. in prin. iuncta. l. pompo. philadelp. ff. famil. her. Ex his apparet ꝙ p̃fata domina Francischina non potuit donando patri iura dicte dotis filiam suam Joannam fraudare sua legitima que sibi debebatur in dicta dote pertinente ad ipsam sicut super alijs bonis suis ⁊ sicut si fuisset sui iuris. in auť. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoꝗ capitulum. qui loquitur etiaz quando quis est in patris potestate. Et contrafaciendo cum dona. reddatur inofficio. re ⁊ consilio: quia sciebat se filiam habere. ff. de inofficio. testamẽ. l. cum mater militem. ⁊ ibi nota. in glo. redditur in totum nulla: cum non fuerit facta in alium filium vel filiam sed in patrem: sicut si in quemlibet alium extraneum facta fuisset: vt plene not. per glos. ⁊ docto. in. l. j. C. de inofficio. donatio. per. l. si libertus. in fin. ff. de iure patrona. ⁊. l. titia. §. imperator. ff. de lega. ij. per Barto. ⁊ si dicatur ista cessio non fuit facta ex causa donatioñ. sed ex causa venditio. ⁊ pro precio librarum octingentarũ quas dicta domina cõfessa fuit se a patre recepisse: ⁊ sic videtur ꝙ nõ possit retractari per. l. non vsꝗ adeo. ff. si quis a paren. fue. manu. per quam Cy. hoc videtur tenere in. l. ij. circa finem. C. si q̇d in frau. patro. Respondetur ꝙ dicte confessioni non statur in preiudicium dicte filie: quia presumitur simulata cum persona sit suspecta ⁊ materia prohibita. ff. si quid in frandem patro. l. j. §. si mutuam. in fine: iuncto eo quod no. Bar. per illuz. §. iij. l. ij. in fi. ff. si certum petatur. ⁊ sic videtur fuisse potius gratuita per illum. §. si mutuan. in fi. ⁊ per. l. qui testamentum. ff. de pbatio. de legatis. iij. cum quis decedens. §. titia. Et quod no. Bar. expresse hoc determinando in cessione actionis in. l. per diuersas. C. mandati. dicens ita fuisse consultum per plures docto. facit l. seya mancipia. ff. ad velleia. ⁊ quod habetur ⁊ no. in. l. si forte. ff. de castren. peculio. C. de colla. l. si donatione. potissime q2 ista domina erat in domo ⁊ potestate ipsius patris ⁊ ab ipso alimẽtabatur: vnde verisimilie est ꝙ ob nimiam reuerentiam nõ valens sibi resistere hoc fecerit male gratibus suis: quia poti⁹ voluisset apud filiaz suam remanere: ergo non debet esse rata. l. prima. §. que honorande. ff. quarum rerum actio non datur.

¶ Preterea ſm Hosti. in. c. raynal. de testa. prouisum est contra fraudulentas alienationes parentum factas etiam titulo non grauato sed oneroso: ⁊ licet Cy. in. d. l. ij. in fin. C. si quid in frau. patro. videatur tenere contra. d. l. nõ vsꝗ adeo. Bar. dicit l. illam loqui in factis per filiam in fraudem patris. Nos econtra q2 plus est debita patris heredi. filio ꝙ̃ econtra. l. pater filium. cum. l. sequen. ff. de inoffici. testa. Unde concludo filios et heredes dicti Guidini agentes contra dictam Joannam vel eius heredes ex dicta cessione debere succumbere rationibus ⁊ iuribus predictis.

1 ☞ Legitimatus non excludit filias ab hereditate patris: lz statutum dicat ꝙ extañ. masculis filie femine nõ succedant.
2 Legitimatus an dicatur vere legitimus.
Legitimorum due sunt species.
3 Natus ex coniugata censetur legitimus si maritus non fuerit absens.

¶ Consilium. cclij.

1 In christi nomine amẽ.

¶ † Questio ista determinať per id quod habetur in fine legitimationis facte de Prospero vbi dicitur ꝙ per dictã legitimationez non vult legitimans preiudicium aliquod fieri filijs ⁊ heredibus legitimis ⁊ naturalibus quominus cum dicto legitimato succedant equalibus portionibus: ex quo sequitur ꝙ ipse vel eius filij qui veniunt ex persona illius in stirpez. C. de su. ⁊ legi. auc. in successione: non possunt vti dicto statuto ad excludendum dictas feminas: qm̃ fieret contra dicta verba ⁊ contra intentionem legitimantis qui noluit ipsum haberi ꝓ legitimato quantum ad exclusionem legitimorum: sed solum quantũ ad concurrendum cum eis tam masculis ꝙ̃ feminis: ⁊ sic ponere eũ in dispositione iuris cõmunis secundum ꝙ masculi cum feminis pariter succedunt: vt in. d. auť. in successione.

¶ Nec obstant no. per Bal. C. de fideicõ. cuz acutissimi. qui dicit contrariuz vcz ꝙ legitimatus excludit feminas ex forma statu. sicut legitimatus ⁊ naturalis: q2 debet intelligi dictum eius co casu quo dicta clausula de qua supra nõ esset in legitimatione. Preterea etiam tunc videtur dicendũ contrariuz quicq̇d dicat Bal. qm̃ semper debet intelligi cuz concessiones principis vel alterius superioris semper intelligantur si fieri potest sine p̃iudicio iuris alieni. l. ij. §. merito. ⁊. §. si quis a princi. ff. ne quid in loco publico. satis aũt operatur legitimatio si faciat legitimatum admitti cum legitimis qñ constat legitimãtem hoc voluisse qd̃ de iure cõi non presumitur in dubio: vt in auť. qui. mo. natu. effi. sui. §. ⁊ generaliter. potuit em̃ princeps ex certa scientia derogare: ⁊ alius habens manda. ab eo. Inno. no. eo. tit. §. fina.

¶ Non ergo debet ĩtelligi: vt etiã possit virtute statu. feminas excludere cum talia statuta princeps ignoret: nec sit credenduz ꝙ voluerit legitimatum eis vti in preiudicium legitime prolis cum ei faciat vnam iniuriam: q2 facit legitimatum cum feminis admitti cum quibus non admitteretur si legitimatus non fuisset sed ipse sole: non ergo debet addi alia iniuria videlz vt etiaz eas excludat. argu. ff. ad. l. rhodi. l. nauis. §. cum autem in prin. preterea verba statuti sunt intelligenda ſm communem vsuz loquendi. l. librorum. §. quod tamen cassius. ff. de lega. iij. l. cuz de 2 lanionis. §. asinam. de fun. instru. † Constat autem ꝙ licet legitimatus de proprio significatu dicatur vere legitimus [a] ⁊ naturalis natura ⁊ iuris dispositione cooperante: vt dixit Jaco. de are. in quadam dispositione ⁊ refert Joan. and. in addi. Speculi. de successio. ab intesta. in fi. ⁊ Bal. tenet in. d. l. cuz acutissimi. tamen communis vsus loquendi non sic se habet sed appellantur naturales: cum enim legitimoruz due sint species: q2 quidã originarij quidam non ⁊ inter eos in multis est differẽtia cõmunis vsus loquendi vt singuli eorum singulis appellationibus distinguãtur. institu. quib⁹ mo. testa. infir. §. alios originarios tantum legitimos ⁊ naturales appellat alios non sed factos legitimos vt sic verba intelligãtur in potiori significatu ⁊ simpliciter non ſm quid. l. j. §. qui in perpetuum. si ager vec. ⁊. l. hoc legatum. ff. de legatis. iij. statutum ergo predictum ꝙ extantibus masculis legitimis ⁊ naturalibus femine nõ succedant vt ꝙ̃ minus fieri potest iniuriã inferat feminis debet intelligi ⁊ restringi ad legitimos legitime natos. argu. C. de his qui veni. eta. impetr. l. fi. Et sic legitimati non possunt eo vti contra feminas nisi in eorum legitimatione diceretur hoc expressej vel equipollenter: vcz ꝙ succederent in omnibus ⁊ per omnia sicut si essent de legitimo matrimonio nati etiã quo ad exclusionem legitime ꝓlis quod hic non est: sed potius dicit contrariũ in fine vt supra dixi. Nam ille finis nõ potest melius exemplificari: vt supra dixi ⁊ vt verba conueniant ꝙ̃ vbi viget tale statutuz ꝙ masculi legitimi ⁊ naturales excludant feminas a successione: iste autem legitimans vult ꝙ legitimatus non excludat: sed simul cuz eis veniat ſm que dicta hereditas veniebat diuidenda in tres partes: quarum vnam haberent dicti filij dicti Prosperi legitimati: alteram dicta Tadea neptis: ⁊ alteram dicta Paula filia. Cuz igitur dicti filij ⁊ dicta Tadea diuiserunt inter se in duas dimidias poterit dicta paula tertiam vnius dimidie: ⁊ sic duas vncias vendicare a predictis filijs Prosperi: ⁊ tertiam alteri⁹ dimidie a dicta Tadea q2 tam ista ꝙ̃ ille habent vnam tertiam plusꝙ̃ debeant habere: iuxta ea q̃ no. ⁊ habenť in. l. mater decedens. ff. de inoffi. testa. Et predicta ꝓcedunt presupposito etiaz qd̃ dictus Prosper fuerit vere filius dicti Petri natus ex coniugato ⁊ cõiugata. † Super eo vero qd̃ queritur an hoc presumatur in dubio rñdeo sic si fuit ꝓcreatus tp̃e quo non potuit ꝓcreari a marito: vt q2 erat absens. Nam non p̃sumeretur ex marito. l. filiũ. ver. sed mihi. de his qui sunt sui vel alie. iur. sed dicti Petri postꝙ̃ ipsum tenuit ⁊ tractauit vt filiũ: iuxta no. in. c. mi 3 chael. de fil. presby. Sed si fuit cõceptus tp̃e quo potuit ꝯcipi ex marito censetur ⁊ presumitur potius ex illo cõceptus: lz mater fuerit adultera. ff. de adul. l. miles. §. defuncto. sed an hec p̃sumptio tollatur ex eo ꝙ dictus Petrus ipsum tenuit: ⁊ tractauit vt filium satis est dubium: ⁊ ideo super hoc de presenti nihil dico sed consulo dicte domine Paule ꝙ super hoc pronunc nõ insistat: sed eligat primam partem que tutior est ⁊ vera vt contẽtetur de tertia parte hereditatis: cuius tertie dimidiam petat a dictis filijs ⁊ alterã a dicta Tadea. Laus deo ⁊ beate Marie virgini.

[a] ADDitio. ¶ Dicatť vere legitim⁹. Uide plenissime ꝑ do. Jasonẽ in repe. l. si is q̇ ꝓ emptore in. lix. col. x̃. nota. diligẽter ⁊ ꝑpetuo teneas cordi. ff. de vsuca. vbi an fili⁹ spuri⁹ vel naturalis legitimat⁹ sit vere legitimus ⁊ nõ ꝑ fictionẽ ⁊ an statutũ loquẽs de filijs legitimis cõprehẽdat legitimatos. H. Ferran.

1 Filiusfami. accusatus nõ comparens infra debitũ terminum banni habetur pro cõfesso ex forma statuti: lz pa tris autoritas non accesserit.

2 Utrum patris autoritas requirat̃ in litis ↄtestatione: an vero sufficiat in quacunq̃ litis parte adhiberi. ꝛ nu. 1.

Consilium. ccliij.

In christi nomine amẽ.

1 ¶† Sup primo dubio lz fuerint diuerse opin. qꝛ quidam dicũt q̃ cum filiusfa. agit vel conuenitur ad validitatẽ ꝛ solẽnitatez processus ꝛ ad integrandum personã filij quasi nõ habeat hodie legitimam personã aliter standi in iudicio requirit̃ consensus patris [a] in ipsa litis cõtestatiõe in qua iudiciũ substantiat̃ l. si cum dotem. §. eo aũt tpe. ff. so. ma. iuncta. l. fi. §. necessitatem. C. de bo. q̃ libe. ¶ Nec prodest ipsum postea interuenire qd̃ tenet gl. in d. §. necessitatẽ. ꝛ Pe. vt ibi refert Cy. i. iiij. q. ꝛ Spe. in ti. de actiõe. ver. sed pone q̃ lis in prima parte Speculi. ꝛ videtur tex. in. c. fi. de iud. lib. vj. inquantũ dicit extra cãm illi⁹ capituli regulariter patris cõsensum requiri: ꝛ etiã Bal. in d. §. necessitatẽ. videtur hanc opi. sequi dum dicit adherendũ carroctio in opi. glo. lz alij aliter dicant Jaco. de are. Oldra. Bar. ꝛ plures alij: vt refert Jo. an. in d. tit. de actore in addi. q̃ incipit. inter quos vcꝫ q̃ sufficiat qñcunq̃ patris ↄsensus interueniat qꝛ non requiritur ad solẽnizandũ iudiciũ. Nec ad integrandũ personam filij qm̃ de iure ffo rum. si erat maior. xxv. personã integram habebat standi in iudicio cũ alio q̃ cum patre. l. tam ex cõtractibus. ff. de iudi. ꝛ per iura noua. C. eodẽ modo non est diminuta sed aucta cõditio eius: vt pꝫ in ti. de bo. mater. ꝛ de bo. q̃ libe. attamen posito q̃ prima opi. esset vera iste bo. Jo. accusatus allegãdo eam pro se in casu p̃senti ꝛ dicendo se nõ potuisse litem cõtestari nec se excusare sine patris cõsensu nec ꝑdesse patris ratificationẽ percutit sibi pedem cũ ligonẽ. qꝛ si hoc necessario sequitur q̃ ipse fuerit cõtumax in ꝯ excusando infra terminum banni: qꝛ paria sunt se non excusasse vel non legitime. l. quotiens. ff. qui satisda. cogan. l. non putauit. §. non queris. ff. de contratab. videtur aũt ipse fuisse cita. vt legitime cõpareret. ff. de iniurijs. sed si vnus. §. si procu. C. qui da. tuto. pos. l. in vniuersis. ꝛ no. Bal. C. de ꝓcu. l. fi. Sic ergo postq̃ ipse fuit citat⁹ censetur cõtumax ex quo non legitime comparuit scd̃m ea que habentur per Bar. in. l. j. §. si procu. ff. si quis iusdicen. non obtemp. Et per consequens ex forma statuti pro cõfesso habetur ꝛ debet ad petita condẽnari: perinde ac si legitime cõparuisset ꝛ cum patris autoritate vel cõsensu confessus vel cõuict⁹ fuisset qm̃ in hac ficta confessione q̃ prouenit ratione contumacie patris ↄsensus non requiritur: vt no. Bal. in. §. necessitatẽ. in. iiij. col. in versi. modo quero q̃d si filius latitat. de ista vero nõ legitima cõparitione fuit ꝑ accusantem oppositum. Non ergo non fuit nullus totus ꝓcessus sed sola excusatio ꝛ sic in preiudiciuz accusati nõ accusantis: si eñ poterat fieri ꝓcessus ad cõmoduz accusantis accusato nullo modo cõparente ex forma statuti similiter ꝛ non legitime cõparente cum sint paria. Preterea scd̃a opi. melior est ꝛ equior ꝛ melioribus fundatur rõnibus q̃ sufficiat consensuz qñcunq̃ post litem cõtesta. interuenire cũ ratificatione prius gestorum prout in casu nostro interuenit: qꝛ non requiritur ad solennizandũ iudicium vel ad integrandã personam filij: vt demonstrat Jo. an. in addi. de qua. s. que incipit inter quos. ꝛ qꝛ hoc est de natura cõsensus regulariter: iuxta no. ꝑ Bar. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. her. ¶ Nã etiam scd̃m eos qui tenent primã opi. sufficeret consensus p̃ris adhibitus ante ↄtesta. ꝛ quidẽ generalis ad oẽs lites ꝛ causas p̃sentes ꝛ futuras. vt no. Cy. etiã sm̃ Petrũ qui tenuit primaz opi. in d. §. necessitatẽ. in. iij. q. per. l. honores. i fi. ff. de decurio. ꝛ idem Bal. in d. §. necessitatẽ. in pen. col. versi. quero nunquid cõsensus patris possit interuenire ex parte ante cuz se. ꝛ in auꝫ. cã que fit cum monacho. C. de epi. ꝛ cle. ergo non est verum q̃ requiratur ad solennizandũ iudiciũ: qꝛ requireretur in ipso actu contestationis sicut autoritas. l. obligari. §. tutor. ff. de auto. tuto. ¶ Sicut ergo sufficit ipsum interuenire qñcunq̃ ante litez cõtesta. immo nullo modo litem inchoatã. Jta ꝛ fortius qñcunq̃ lite pendente lz sit lis cõtesta. ¶ Preterea hic interuenit ex parte ante duz pater cõsensit filijs q̃ facerent generalẽ ꝓcu. ad lites ciuiles ꝛ criminales: vt pꝫ ex instrumento ꝓcu. Et si dicat̃ ipse non cõsentit q̃ bo. Joannes litigaret ꝑ se ꝛ in propria ꝑsona sed per procuratorem. Rñdetur q̃ ille procu. met videt̃ suscepisse in se iudiciũ noĩe oĩm accusatorũ: qꝛ dixit interesse bon. Joannis illos defendere. Unde posito q̃ nõ valeret actus factus per bon. Joannem in propria persona: valent actus facti per procuratorẽ constitutũ de voluntate patris ꝛ p̃iudicant bon. Joanni constituenti. Preterea si consensit vt posset litigare per procuratorem: ergo ꝛ per se postq̃ erat maior bon. Joannes cum sit eadẽ ꝛ fortior ratio non sic sequeret̃ si fuisset minor qꝛ per se potuisset decipi facilitate etatis nõ sic procu. qui erat

2 maior. l. cũ minor. ff. rem ra. hab. ¶ † Preterea Cy. in d. §. necessitatem. in. iiij. q. in fine. quẽ etiam sequitur Jo. and. in addi. Spe. loco de quo supra. distinguit pro cõcordãtia dictarũ opi. Quod aut iudiciuz agitatur sup re vel rebus in quibus pater habet vsumfr. ꝛ sic est legitimus administrator. ꝛ tunc procedit prima opi. q̃ requiratur patris consensus ab ipso prin. id est tpe cõtestationis nec sufficit adhiberi ex postfacto: aut vertitur litigium super re cuius vsusfru. non pertinet ad patrẽ: ꝛ sic non est legitimus administrator: ꝛ tunc procedit scd̃a opi. vcꝫ q̃ vel patris cõsensus non requirit̃: sed hodie sicut olim potest filiusfa. esse in iudicio sine eo vel si requiritur rõne alicuius preiudicij qd̃ sibi possit inferri vel in signũ repudiationis vsusfructus sufficit ipsum quẽcunq̃ adhiberi: etiã ex post facto ꝛ post lit. cõtesta. Sed in casu nostro lis non agitatur super dñio rei ex qua fructus fuerunt asportati sed sup ipsa asportatione facta propria autoritate asportantis de fructibus rei per ipsum accusantem possesse: ꝛ sic sup delicto ꝛ super pena inde resultante fisci scõ applicanda siue parti sup quibus dictus pater nõ erat legitimus administrator. Nõ eñ est in delictis vel in penis filij: lꝫ in gubernatione bonorũ aduenticiorũ de quibus hic nõ tractamus: ideo prima opi. locũ hic non habet: vt requiratur p̃ris cõsensus a prin. sed ad solennizanduz processum. Sed scd̃a vcꝫ vt sufficiat interuenisse ex postfacto rõne preiudicij qd̃ posset sibi inferri si filio condẽnato fieret executio in bonis profecticij peculij vel aduenticij in quibus pater ipse haberet vsumfru. iur. l. iij. §. sed vtrũ. in fi. ff. de mino. ꝛ qd̃ no. in. l. ꝛ si condẽnatus. ff. de noxa. ꝛ per Bar. in. l. filiofa. ff. so. ma. ꝛ de dam. infec. si finita. §. si de vectigalibus. Et si dicat̃ immo qd̃ est etiam de fructibus asportatis qui possunt ad patrẽ pertinere si res erat illius filij accusati. rñdetur verũ est q̃ est questio sup restitutiõe illor̃ fructuum fienda tanq̃ ablatio nõ debite facta fuerit: sed vi aut cla de re per aliũ possessa non de proprietate ipsorũ vnde nõ obstãte restitutione q̃ fiet remanebit ius saluũ dicto bon. Joanni et patri eius super proprietate rei ꝛ fructibus inde perceptis. l. a diuo. §. si super rebus. ff. de re iudi. qꝛ iste accusator tanq̃ indebite spoliatus debet ante oĩa restitui. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. iul. de vi. per que oĩa pꝫ sufficienter rñsum ad primum dubium formatum per dñm consultorẽ ꝛ concludendũ fore dictus accusatum fore condẽnandum ad petita: lꝫ consensum sui p̃ris non habuerit tpe litis cõtest. cum sufficiat interuenisse ante vel post: ꝛ posito q̃ nec ante nec post: ꝛ q̃ fuisset necessarius venit condẽnandus ex contumacia tanq̃ non legitime se excusauerit infra terminos banni.

¶ Super scd̃o vero dubio facilis est rñsio quod fundatur sup falso: vcꝫ q̃ immo filius istius accusatoris cõsensit patri accusanti: vt pꝫ ex actu quẽ iste filius fecit in iudicio die. vj. mensis Nouembris immediate post porrectam excusationem ꝑ bon. Joannem accusatum simul cũ patre: vcꝫ opponendo q̃ ille non erat habilis sine cõsensu patris: ꝛ sic videt̃ alter alteri consensisse. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. titius. in prin. ꝛ qd̃ no. Bar. in. l. cuꝫ pater. §. libertis. ff. de leg. ij. Jtem per alium actum factum per eundem filium in hac lite die. xxij. dicti mensis Nouembris: vt patet ex actis.

¶ Casus talis est.

¶ Sempronius coram iudi. datiorũ instituit duas accusationes cõtra Lucium pro datio fraudato: dictus Lucius citatus fuit personaliter ꝛ peremptorie ad se excusandũ: a dictis accusationibus: qui Lucius non cõparuit accusata fuit eius cõtumacia per dictũ Semproniũ: dictus iudex expectauit dictũ Luciuz ꝑ sex dies post vltimã citationẽ: ꝛ absq̃ alia citatione ad audiendam sñiam autoritate vltra scriptorũ statutorũ condẽnauit dictum Luciũ iuxta petita per Semproniuz. Queritur an dicte sñie valeant nec ne non obstãte q̃ citatio ad audiendam sñiam fuerit omissa vigore vltra scriptorum statu. ꝛ citra.

1 Qui citatus ad se excusañ. non cõparet põt etiã non citatus denuo accusata prius eius cõtumacia condemnari.

2 Citatio non cõtinens certam diem an valeat.

3 Si qs citetur ad audiendam sñiam certa die an possit sine alia citatione alia die condemnari.

¶ Consilium. ccliiij.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Uidetur dicendum dictam sententiam non valere ꝑpter omissam cita. ad ipsam audiendam per tex. in cle. sepe. de verbo. sig. in ver. sñiam. vbi dicitur

[a] ¶ P̃ris. Uide Bal. in ↄsi. ccxvij. in. ij. pte ꝛ in ↄsil. cxciij. i iij. parte.

dicitur ꝙ in cā in qua potest procedi summarie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij: ⁊ sic omissis solēnitatibus iuris: prout est in casu nostro requiritur citatio specialis ad sniam audiendam. qd etiaz tenet Bar. in extrauagā. ad reprimen. sup verbo figura iudicij. ante finē. ⁊ per glo. q̄ est in aut. iubemus. C. de iudi. in fine que incipit. ob hāc cām. Et per rōnem qꝛ cum citatio ordinetur ad defensam fundatur in iure naturali qd tolli non potest iure positiuo: vt in cle. pastoralis. de re iudi. ⁊ in. §. sed naturalia. insti. de iure naturali. Cōtrarium est verius. nam qd dixi procederet si citatus vt veniret ad se excusandū ɔparuisset ⁊ satis fecisset primo termino sue citationis: tm̄ qꝛ excusatio sua non fuisset legitima veniret condēnandus: tunc em̄ vt condēnetur bene requiritur citatio spālis ad sniam audiendam [a] ita debent intelligi q̄ supradixi ⁊ dicta cle. in. §. sniam. verum qꝛ non cōparuit ⁊ sic fuit contumax ⁊ cōtumacia durabat: potuit virtute illius cōtumacie procedi ad sniam diffinitiuā: ac si fuisset ad eam specialiter ⁊ expresse citatus hoc vltra expresse statutum supra proxime relatum qd incipit. Itez si aliqua persona ⁊c. circa finem ibi ⁊ pretex. dicte cōtumacie ⁊c. Nam in prin. mandat ꝑsonaz accusatā citari modis ibi contentis qd intelligitur ad se excusandum a contentis in accusatione: ⁊ ita consuetudo ⁊ stilus interpretatur: postea subijcit ꝙ si non comparuerit habeat̄ pro contumace ⁊ cōfesso: postea dicit ꝙ virtute dicte contumacie. s. cōmisse in non veniēdo ad se excusandum iudex possit ⁊ debeat talem personā accusatam ⁊ citatam condēnare: vnde p̄fatum statutum tollit funditus hoc dubiū: sed qd plus est etiam de iure cōi hoc qꝛ dicta prima citatio est ⁊ cēsetur generalis ad totam cām cum statutū non specificet ad quid fiat: sed solum dicit ꝙ citetur semel personaliter vel bis ad domū: virtute cuiꝰ generalis citationis si citatus nō comparuit pōt procedi ad oēs actus etiam vsq̄ ad sniam diffinitiuā inclusiue si erat talis causa in qua poterat procedi lite non cōtesta. ita determinat expresse Bar. in dicta extraua. ad repri. in verbo sup dicto crimine. ꝑ illum tex. Et ita limitat qd dixerat supra in verbo figura iudicij. qd etiam tenent canoniste in. c. cōsuluit. de offi. deleg. ⁊ de dolo ⁊ contu. c. cuz q̄. lib. vj. in nouella circa finem. ⁊ probatur in. l. consentaneum. C. quomodo ⁊ quādo iudex. ⁊ no. in addi. Spe. ti. de cita. §. viso. in add. Spec. que inci. super illo verbo ⁊c. hoc etiam videmus vbiq̄ seruari per Italiam in sententijs q̄ feruntur in arēgis in causis criminalibus cōtra citatos ad se excusandum ⁊ non cōparentes ⁊ ꝓpter hoc positos in banno. Naz virtute dicte cōtumacie feruntur etiā non facta alia cita. ad ipsas audiendas prout expresse determinat Spe. in ti. de sententijs. §. j. ver. quid de istis in. ij. col. Remanet ergo prefatum dubium penitus sublatum.

¶ Sed vltra hoc cōprehendo per quandam cedulā ꝙ fuerint alia tria. ¶ Primum qꝛ dicitur ꝙ non apparet de cōmissione iudi. facta nuncio citanti: ⁊ sic videtur ꝙ non valeant dicte citatiōes tex. videtur lz faciens dubium non alleget. in. l. noīe. C. de reqr. reis. Sed non ob. qꝛ loquitur de citatione reali que fit ꝑ capturam persone q̄ requirit spālem cōmissionē ꝺm vnum intellectuz glo. ibidem ⁊ Bal. Sed in ꝑsonali seu verbali citatione ⁊ in cā ciuili vbi agitur de cōmodo pecuniario partis: vt est hic qñ citationes fiunt per nuncios ɔsuetos curie nō est de more vel cōsuetudine ꝙ de alia spāli expressa cōmissione iud. appareat: qꝛ censentur hanc generalē cōmissionem de citādo quēcunq̄ pars requirens voluerit. hoc dicit Io. an. in noue. in. c. qm̄ contra falsam. de proba. sup verbo citationes. vnde sufficit ꝙ in actis reperiantur relationes nunciorū lz non reperiantur cōmissiones facte per iud. ꝺm Io. and. ibidem. ⁊ ita seruatur vbiq̄ ⁊ minime 2 sicut mutanda ⁊c. ff. de legi. l. minime. ¶ † Item scdo obijcit̄ cōtra vltimam citationē qꝛ caret termino ⁊ sic videtur non valere ꝺm Cy. qui ita no. in. l. fi. C. de ferijs. sed in cōtrarium quod no. Spe. in ti. de cita. §. sequitur. ver. q̇d si non prefixit. ⁊ videt̄ casus in. c. eos. §. fi. de sen. excō. lib. vj. Bart. ⁊ Ang. tangunt in. l. liber homo. §. x. ff. de ver. obli. ⁊ non bene declarant: veritas est ꝙ aut q̄s citatur ad actum expediendum ꝑ iud. vt ad sniam audiendaz ⁊ tunc debet continere certā diem [b] in qua iudex dicat se velle sniam ferre: ⁊ ad illam diez ⁊ horā debet pars citari al's nō valeret qꝛ non redderet̄ certa qñ habeat cōparere. tex. est in l. aut qui aliter. §. j. ff. qd vi aut clam. Ita debet intelligi dictuz Cy. ⁊ Bar. aut quis citatur ad actū expediendum ꝑ ipsum citatum vt ad se excusandū vel ad rñdendum petitiōi vel articulis ⁊ tunc potest valere cita. non continens certā diem ⁊ censetur citatus vt q̄ pri. potest infra paucos tm̄ dies cōpareat: ita debēt intelligi allegata in contrariū: ⁊ in hoc casu sumus de presenti 3 ⁊ sic non obstat oppositio supradicta. ¶ † Tertio ⁊ vltio opp. ꝙ snia non fuit lata in termino citatiōis: sed post. vj. dies post ⁊ sic nō vr̄ valere. l. nō eo die. C. qñ prouo. non est ne. l. aut q̇ aliter. §. j. ⁊. l. si vi. §. fi. ff. qd vi aut clam. sed hoc non obstat qꝛ procederet si fuisset citatus ad audiendum sniam ferendā certa die ⁊ fuisset lata alia die non immediate sequenti: qꝛ tunc idem qd in illo. c. consuluit. de offi. deleg. sicut si fuisset citatus ad certuz locum ⁊ fuisset lata in alio loco. l. si vt proponis. C. quō ⁊ qñ iudex. sed hic non fuit citatus ad sniaz audiēdā: sed ad se excusandum. vnde lz fuisset dictum certa die tm̄ illa non erat dies ferende snie ⁊ sic pars non remansit decepta. Preterea etiā si fuisset citatus ad audiendū sniam certa die ⁊ fuisset lata alia die quantuncunq̄ remota: ex quo tm̄ fuit contumax nō potest conqueri: sed potius assurgere iudici ⁊ parti ꝙ ipsum tm̄ expectauit. ita determinat Bal. in. d. l. cū non eo die. dicēs se consuluisse ꝙ qñcunq̄ postea pōt iudex ferre sniam accusata partis cōtumacia: sed si cōparuisset illa die ⁊ non fuisset tunc lata sed alia: nō valeret si noua citatio nō interuenisset: qꝛ prima propter cōparitionem fuisset circūducta: ⁊ sic videretur lata contra citationē coñ. l. ea que. C. quomodo ⁊ quādo iudex. ¶ Et hec est ipsa veritas: ⁊ ita alias consului. Laus deo.

1 ☞ Exceptio reductionis ad arbitriū boni viri: sicut alie debet opponi ꝺm formam statuti: alias non releuaret.
2 Quibus casibꝰ renunciatio de non reducendo noceat: ⁊ de magna maiori ⁊ maxima lesione.

¶ Consilium. cclv.

In christi nomine amē. [a]

¶ Primo ⁊ ante oīa videnduz est de intellectu dicte ɔstitutionis in ver. addicientes. ¶ Scdo de virtute pacti de non reducēdo ad arbitrium boni viri circunscripta dicta ɔstitutiōe. ¶ Tertio de virtute littere ducalis dominij que super isto compromisso fiendo emanauit.

¶ † Circa primū si bene cōsideramꝰ contextū constitutiōis a p̄n. 1 vsq̄ in finē tota videtur tendere ad finē ⁊ effectū: vt lauda mittantur executioni ⁊ nō impediat̄ executio ꝓpter aliquā excep. que opponeretur cōtra cōpromissum vel laudū vel alia instrumenta nisi opponat̄ ⁊ probet̄. j. x. dies a die cōtradictionis: verum qꝛ totū hoc posset reddi iutile ⁊ vanū si corā iudi. exequēte ꝑs ɔ̄ quā laudū foret latū diceret se reclamasse ad arbitriū bōi viri tanq̄ contra laudū iniquū: ⁊ cū hoc habeat vim appellationis. l. nō distinguemus. §. cuz quidā. ff. de arbi. nil debet interiz innouari: vt in ti. nil inno. ap. pen. ⁊ sic q̇cq̇d erat dictū a prin. dicte cōstitutionis vsq̄ ad ver. addiciētes. redderetur ꝑ hanc excep. inutile ⁊ impediret̄ executio: iccirco addicit in ver. addiciētes. ꝙ eo casu quo pactū interuenerit de non petē. reductionem [b] nullo modo possit peti reductio: subaudio quantū ad effectum impediendi executionē: vt colligitur infra dum dicit: sed laudū executioni mandetur ⁊c. Item intelligo nullo modo. s. etiā si dolus vel enormis lesio allegetur nisi dolus euidens vel enormis lesio doceretur qd est. j. subaudi corā iudice exequente vel exeq̄ volente ⁊ infra. x. dies de quibus. s̄. loquutus est vt sicut alie excep. que opponerentur cōtra laudū vel cōpromissum debēt opponi. j. x. dies. ⁊ etiam probari al's postea non auditur: vt pz in superioribus: ita ⁊ ista excep. de petita reductione: sed laudum executioni mittatur: nec postea audietur ad executionem retractandam: vt supra dictū fuit de alijs executionibus. ⁊ hoc vt finis litibus imponatur ⁊ executio non retardetur. istum sensum vel intellectum valde bene patitur contex. verborū: ⁊ est etiam rationabilis in se alias prima pars cōstitutionis esset inutilis: qꝛ coram iudi. exequente. non haberet necesse probare dolū vel lesionē: sed sufficeret ipsum vel ipsam allegare ⁊ dicere se petijsse vel petere velle reductionem: ⁊ ꝙ coram superiore probabit̄ ⁊ per istum modū faceret supersederi in execu. lz petitio de se foret calumniosa ⁊ sic cōtra mentem cōstitutionis. Saltim ergo eo casu quo renunciauit voluit cōstitutio eū sic arctare ⁊ sibi imputetur cur renunciauit cū posset ab hoc abstinere: vnde cuz sciret vel scire deberet hāc constitutionē censetur se illi subiecisse. ff. de acqui. her. si duo sint heredes. in fi. nec quicq̄ facit contra p̄dicta ꝙ hic ille idem qui est iudex executionis est etiā iudex reductionis. Nam hoc non est considerandum qꝛ de facto si accidit: sed considerandū est ꝙ contingere posset. s. ꝙ essent diuersi p̄terea tenet vicem duorū. s. superioris ⁊ inferioris: ⁊ sic iudicandum est de ipso qd iudicaret̄ de duobus. l. tutorē. ff. de his q̇. vt indi. vnde si adeatur vt ordinarius inferior sup executione non debet admittere excep. de petita reductione corā se tanq̄ superior ad retardandā executionē nisi. j. x. dies saltim summatiz doceat de euidenti dolo vel enormi lesione: si vero infra dictos. x. dies de p̄dictis vel altero eorū doceat tunc supersedebit̄ in execution quousq̄ corā iudice reductiōis cā ipsiꝰ reductiōis fuerit expedita ⁊ laudu z fuerit confirmatū. Nam poterit esse ꝙ lz

a ¶ Audiendā. Vide. d. alex. de imo. in ɔsil. cxxij. in. ij. col. ī ij. parte. ⁊ vide Bal. in consil. cclxxviij. in. j. ꝑte. vbi pōit q̇d si q̇s citatꝰ sit ꝙ cōpareat q̇libet die ⁊ hora ad audiēdā sniaz an valeat snia lata post dictā citatiōez ꝑ longū tp̄s.

ADD Itio.
b ¶ Certā diez. Vide oīno alexā. ibi ver. subdit Bar. ⁊ ponit ibi in fi. q̇d si apponit̄ dies ⁊ non hora. H. Fer.

coram iudice exequente et in summaria illa cognitione sup dolo et euidēti lesione obtinuerit et executionē impediuerit. In ordinaria vero.s.reductionis succumbet.l. a diuo pio.§. si sup rebus.ff.de re iudi.C.de edic.diui adri. tol.l.fi.§. si autem aliqs. nec per illā exceptionē lz in ea obtinuerit laudū infirmabitur. qz non ad hunc finē fuit opposita sed solū vt executio retardaretur.de ordi.cog.cum dilectus.ff.de infami.l.lucius. dicto aūt casu quo predicti docerent infra.x. dies de pdicto dolo euidenti vel enormi lesione et sic essent remissi ad iudiciū ordinariū reductionis. Uidendū restat de secundo passu.s.de virtute dicti pacti de non reducendo.

¶ Circa scdm articulum in quo tot fuerunt sententie quot capita:lz plurime recitentur opi.doc. taz iuris ciuilis q̄ canonici in c.quintauallis.de iureiu.per doc.moder. ibi scribentes omissa ipsarum opi. recitatione gra breuitatis dico q si bene considerantur oēs possunt reduci finaliter ad tres: tñ in equiuoco pcedamus.s.vt sciamus in quo versatur discordia:et varietas inter eos excludendi sunt casus non dubij in quibus oēs concordāt.

¶ Et primus est qñ lesio esset modica: et non interuenisset dol' arbitratoris. His duobus concurrentibus clarū est fm oēs q reductio non posset peti [a] etiā si renunciatio vel pactū de nō reducendo non interuenisset:qz laudū nō esset iniquū:cum de natura arbitramēti sit vt videat data potestas dandi de iure vni' alteri in modica quantitate.l.si debemus.§.recepisse.cū ibi no. ff.de arbi.et reductio non debet peti nisi pter iniquitatē laudi l.si societatē.§.arbitrorū.cum.l.seq.ff.pro socio.

¶ Scds est qñ interuenisset verus dolus arbitratoris et tunc indistincte fm oēs posset peti reductio etiā pro modica lesione:et etiā si interuenisset specificū pactum de nō petendo reductionē qz verus dolus futurus nō pōt p pactū remitti ne detur materia delinquendi.l.si vnus.§.illud nulla.ff.de pac.iuncta.l.conuenire.de pac.dota.et ad hoc.l.iij.C.de arbi.ff.eo.ita demum.

¶ Restat ergo dubitatio quando dolus verus arbitratoris non interuenit:et lesio sit vltra modicam quantitatem quibus duobus concurrentibus laudum dicitur iniquum re ipsa non ex pposito et si non interuenisset renunciatio vel pactum in cōtrariū sine dubio posset peti:vt in.d.§.arbitrorum. Est ergo dubiū an per tale pactum talis facultas vel ius tollatur: [b] sicut per pactū tollitur facultas appellādi.C.de temp.appel.l.fi.§.fi.et hic sunt principaliter tres opi'. quoniam etiam sunt tres gradus lesionis. Est enim magna quam Bal.in.l.penulti.C.de arbi.appellat tolerabilem. Item maior que communiter appellatur enormis. Et iste non includunt dolum presumptum. Item maxima que dicitur enormissima quādo est de toto vel quasi toto: et ista includit dolum presumptum.l.omnes.§.lutius.ff.de his que in fraudem creditorum.

¶ Uisis ꝛ consideratis his que in facto ponuntur pro breui expeditione pñtis consultationis presuppono ꝙ isti nunc agentes mediãtibus cessionibus ꝛ successionibus habentur loco deponentium ꝛ sic est idem ac si ipsi deponentes contra depositarium vel eius heredem agerent. Et totum est ꝙ intentio ipsoꝝ est fundata de iu-1 re communi qꝛ dicunt iura vulgaria † ꝙ dꝫ stari ꝛ credi instru-a mento publico[a] donec probetur contrarium. l. cũ precibus. C. de probatio. l. optima. C. de contrahen. ꝛ commit. stipula. in c. accepimus. §. interiꝫ. extra de fide instrumẽ. per que iura dixit Bal. in. c. j. in prin. in ti. de feu. dato in vic. leg. cõmisso. ꝙ simulatio nunꝙ in dubio presumitur. Nam qualis est contractus in prima sui figura talis esse presumitur in sui essentia. alleg. etiam no. in. l. iij. C. plus valere quod agitur. vbi etiam tangit: ꝛ in. c. nauiganti. extra de vsuris. ꝛ est etiam bonus text. in. c. j. in ti. de notis feudorum. per quem dicit ibi bal. ꝙ instrumentũ presumitur verum ꝛ solenne qꝛ nihil queritur nisi quod instrumentum loquitur. l. fi. C. de fal. cau. adiec. lega. facit ad ideꝫ qꝺ ipse Bal. no. in. l. iij. C. de postula. quando dicatur contractus simulatus. ꝛ in. l. pacta nouissima. in fi. ij. col. vbi ponit quomõ probetur simulatio: ꝛ instruit post Butri. ꝛ Bal. aduocatum qualiter super simulatione debeat formare articulos. ad idem etiam quod not. ipse Bald. in. l. j. C. plus valere quod agitur. vbi etiam ponit an ꝛ quando simulatio possit ꝑbari per testes ad idem quod ipse no. in. l. ab anastasio. in fi. C. man. vbi ponit quid exprimere dꝫ ille qui dicit instrumentum simulatum. ad idem etiam quod ipse no. in. l. j. C. si seruus extero se emi man. vbi dicit ꝙ ad hoc vt dicatur ꝙ contractus sit simulatus oportet ꝙ probetur ꝙ hoc fuit actum ab initio de multiplici etiam simulatione ꝛ eius probatione ponit. d. ꝛ preceptor meus. do. Jo. de imo. post. d. Ant. in. c. cum contingat. in. iiij. charta: cuꝫ sequentibus. extra de iureiurand. Et ista potissime procedunt quando simulatio obijcitur contra instrumentum depositi qꝺ est in multis priuilegiatum. in. l. fi. C. de compensa. in. l. penult. C. depositi. cum similibus. Ex quibus vt premisi clare colligitur ꝙ intentio istorum agentium est probata ꝛ fundata ꝛ etiaꝫ si recte considerentur que scribũtur in dictis iuribus pꝫ responsio ad illa que obijciuntur cõtra dictum instrumentum per heredes depositarij vt tamen clarius istud iudici constare possit respondeo particulariter ad singula que obijciũtur. Illud em̃ certum est ꝙ non sufficit dicere ꝛ allegare instrumentum esse fictitium ꝛ simulatũ nisi probetur. l. j. in prin. vbi tex. ꝛ glo. in. l. j. ff. si qua. pau. fe. dicatur Bar. in verbo asseratur in extrauagã. ad reprimen. ꝛ in. c. post electio. extra de conce. preben. in. c. nõ est. cum simi. de consti. lib. vj. Nec sequitur eadem die ꝛ coram eisdem testibus fuit factum compromissum inter deponentem ꝛ cessionarium ergo instrumentum depositi est simulatuꝫ quia nihil habet commune laudum ꝛ compromissum cum deposito l. papinianus exuli. ff. de mino. in. c. dilectus. extra de offi. ord. cum simi. probatio enim contra instrumenta publica debet esse omni iure valida ꝛ necessario concludens iuxta ea que traduntur in. c. tertio loco. extra de proba. in. c. cum Joannes extra de fide instru. in. l. in exercendis. cum simi. C. de fide instru.

¶ Non obstat quod dicitur ꝙ possessio ciuilis vel naturalis nõ fuit penes heredes deponentes qꝛ possessio non queritur sola aditione. l. cum heredes. in prin. ff. de acquir. possessio. ergo cedi non potuit. l. nemo. ff. de regu. iur. in. c. quod autẽ. cum simil. de iure patro. qꝛ respondeo ꝙ saltem ciuilis que animo queritur ꝛ retinetur. l. licet. C. de acquiren. posses. potuit queri, eo em̃ ipso ꝙ heredes deponentium adiuerunt hereditatem deponẽtium ꝛ acceperunt possessionem ipsius hereditatis videñtur accepisse possessionem dictorum bonorum que erant in hereditate dictorum deponentium. Preterea ex quo in facto ponitur ꝙ constituit se possidere nomine deponentium ꝛ eoruꝫ heredũ non est dubium. per id quod habetur in. l. ꝙ meo. ꝛ. l. interduꝫ. per Bar. ff. de acquiren. posses. in. l. ij. C. eo. libro. in. c. fina. extra de precarijs. in. c. ij. in gl. fi. ꝛ super ea. extra de consuetu. cũ similibus.

¶ Nec obstat ꝙ producuntur plures testes qui deponunt nõ eẽ

a ¶ Publico. Adde. d. bar. sozi. ĩ ꝯsi. ccxxviij. ꝑ to. ĩ. ij. ꝑte. ꝙ lꝫ ĩ dubio stet̃ instrõ. tñ si ꝑs cuiꝰ nomen appositũ ẽ fatet̃ hͦ ꝙ ĩ veritate aliꝰ fuit cõtrahẽs sꝫ eius nomẽ appositũ fuit dr̃ sufficiẽter hoc probatum.

b ¶ Statuẽtiũ. Uide. d. alex. de imo. in ꝯsil. vij. ĩ. ij. col. ĩ. ij. ꝑte. ꝛ in consil. lxxxvij. ea. ꝑte. ꝛ bal. in ꝯs. ccl. in. j. ꝑte. ꝛ ĩ ꝯs. ccclxxxij. in. v. ꝑte. ꝛ an faciat ius vide ꝑ euꝫ in ꝯs. ccccxlix. ĩ iij. ꝑte. ꝛ in ꝯsi. cccxcv. ĩ. v. ꝑte. ADDItio. Adꝺ Prepo. mediolanẽ. ĩ. c. erit añt lex in j. col. ṽ. no. ar. ꝙ scriptura di. iiij. Pau. ꝺca. in. l. si posthumus. §. siq̇s in vlt. no. ff. de li. ꝛ posth. ꝛ ꝑhi. cor. ĩ ꝯsi. lxviij. incip. aliquãdiu post ꝯsiliũ col. fi. ṽ. coadiuuat̃ in. ij. vo. ꝛ ꝯsi. lxxix. ĩci. viso ꝑcessu agitato col. pe. ṽ. ĩfert̃ ẽt ex his ĩ. iij. vo. H. F.

verisimile istud fuisse vere depositum ꝛc. qꝛ dico ꝙ iura superiꝰ in principio allegata probãt ꝙ simulatio debet plene ꝛ perfecte probari: quia ille qui allegat simulationeꝫ habet contra se presumptionem iuris ꝛ testes qui probant contra instrumentum debent esse omni exceptione maiores ꝛ debent eorum dicta necessario concludere ꝛ debent reddere sufficienteꝫ causaꝫ sui dicti. ita volunt iura ꝛ omnes scribentes antiqui ꝛ moderni in. c. cum Joannes. extra de fide instrumen. Et etiaꝫ si recte consideretur hec non est proprie simulatio: quia non negatur instrumentum esse confectum eo modo quo producitur: sed dicitur factum ob aliam causam ergo ista causa debet perfecte ꝓbari nec sufficit per presumptiones vel ꝯiecturas vel ṽsimilia quia heres depositarij fundat se ꝛ intentionem suaꝫ in ista exceptione ergo debet illam plene ꝛ perfecte probare ꝛ quod ꝓbatio necessario concludat. l. j. ff. de excep. l. in exceptiõibus. ff. de proba. Bar. in. l. si prius. ff. de ope. noui nunc. ¶ Preterea tunc demum videtur ꝙ possit derogari instrumento ex hoc capite qꝛ non continet verisimile quando istud non est verisimile probatur per aliud instrumentum ꝛ nõ per testes. Ita videtur fuisse de mente Bal. in. l. scripture. in versi. adde ꝛ considera. C. de fide instru. facit quod no. Bart. in. l. generaliter. C. de non nume. pecu.

¶ Non obstat ꝙ notarius qui fuit rogatus de deposito hoc dicat ꝙ primo qꝛ est vnus solus ergo ꝛc. in. c. licet vniuersis. ad finem extra de testi. Preterea negari non potest ex quo vnus testis dicit ꝙ notarius iste dixit contrarium tutori pupilloꝝ ꝛ heredum cessionarij ꝙ ex hoc redditur eius fides aliqualiter suspecta: ꝛ sic sibi non creditur per id quod no. Bart. in. l. eos ff. de fal. ꝛ no. in. c. cum in tua. ꝛ in. c. cũ causaꝫ. extra de testibus facit optime quod no. Cy. in. l. siquis denuo. ad fi. C. de fal. Joan. and. in ti. de instru. edit. §. restat. versi. quid si vnus. ꝛ ꝑ moder. in. c. cũ parati. extra de appel. in. c. tertio loco extra. de probatio. per Bal. in. l. j. ad fi. ff. quemadmodum testamenta aperiã. ¶ Preterea ista fictio seu simulatio vel alia causa vel q̇d simile non potest probari per testes ꝫm formam statutorum ad quorum intellectum condescendo: qꝛ ex illis apparet clara decisio huius questionis. ¶ Et primo ponderandum est ꝙ ea eo ipso ꝙ statutum vult ꝙ in causa excedente summã vigintiq̃ꝫ lib. non possit deferri sacramentum necessarium quod solet deferri in defectum plene probationis: iuxta ea que tradunt̃ in l. admonendi. ff. de iureiur. in. l. in bonefidei. C. eo. ti. in. c. fi. extra. eo. ti. cũ simi. datur intelligi ꝙ in tali causa requiritur plena probatio. Constat auteꝫ ex his que in facto deducuntur ꝙ pro parte dicti heredis depositarij non est contra instrumenta publica plene probatum ergo ꝛc.

2 ¶ † Capio nunc aliud statutum positum sub rubrica de probationibus non fiendis per testes ꝛc. Et primo pondero prohemium cum eius prefatione. Ex quibus colligit̃ ratio mens b ꝛ intentio statuentium[b]. l. fi. ff. de testamen. tutel. l. fina. ff. de here. insti. per Bar. Bal. qui dixit illam. l. no. ad statuta in. l. cuꝫ hi. in princi. ff. de transac. ad idem Bald. in prima constitutione. C. in. §. quibus. vbi dicit ꝙ prohemium multum operatur in statutis: qꝛ ex illo colligitur ratio finalis ꝛ subdit tene menti: quia non dico tibi sine causa ad idem adduco tibi bonum text. in. l. regula. §. si quis ius ignorans. versic. nam initium cõstitutionis generale est ꝛc. ff. de iur. ꝛ fac. igno. Dicitur autem in dicta prefatione. ad obuiandum ne falsi testes producantur ꝫm ergo istam prefationem debent intelligi que seqũtur in statuto: quia que in prohemio dicuntur prestant intellectuꝫ his que postea sequuntur vt dicit tex. in. l. j. ff. de origi. iur. vult ergo istud statutum ꝙ ille qui conuenitur vigore alicuius instrumenti vel scripture non possit repellere agentem per testes ꝛ esto ꝙ casus iste noster non proprie ꝛ specifice comprehendatur in casibus expressis in statuto tamen: quia in isto est eadem ratio que in illis videlꝫ ne testes falsi producantur debet idem iudicari. per id quod habetur per text. glos. ꝛ Bartol. in. l. obes. C. de predijs. mino. in. l. illud. C. de sacrosan. eccle. Joannes de lignano in. c. statutum. §. cum vero. de rescrip. lib. vj. ꝛ pro-3 batur in. c. ad audientiam. extra de cleri. non residen. † vbi est enim eadem ratio ꝛ omnimoda similitudo non dicitur lex extendi sed casus ille sub eiusdem legis dispositione includi ita dicit glo. in. c. j. de tempo. ordi. lib. vj. ꝛ satis probatur in. l. nominis ꝛ rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. significa. ꝛ expresse in. l. his solis. C. de reuoca. dona. ibi satis etiam tacite ꝛ cautum putamus vbi est tex. melior de corpore iuris ꝫm Bald. in rubrica. C. de nauti. feno. ꝙ vbi est similis ratio ibi est ideꝫ statutum. per illum text. etiam dixit idem Bald. in. l. per diuersas C. man. in. iij. col. ꝙ non dicitur omissum quod eadem ratione includitur. Si enim dicimus ꝙ cõuentus vigore alicuius scripture possit per testes probare simulationem fictionum vel

ob aliam

ob aliam causam scripturam factam istud statutum nihil operabitur et erit frustratorie positum et ludibrio cotra iura vulgaria quia falsi testes ita deponerent de simulatione vel fictione sicut de solutione vel satisfactione: refutatione vel liberatione: vel similia. Semper enim ille qui convenietur vigore instrumenti vel alterius scripture si habet falsos testes repellet agentem: quia paria sunt probare per falsos testes solutionem vel simulationem vel similia: Et sic statutum istud omnia tanque frustratoria et tanque positum verbis et non rebus nunquam aliquid operabitur: et sic potest in effectu et addi et aboliri ne in vanum occupet membranas statutorum. Est ergo sine dubio dicendum quod istud statutum vult quod conventus vigore alicuius scripture valide non possit repellere agentem per testes: et est sanctum statutum considerata pravitate humana prona ad malum: de quo statuto in.c.ij.extra de probatio.

¶ Ultimo si verum est illud quod in facto ponitur: vez quod iste depositarius licet acquieverit laudo verbis: non tamen facto adimpleuit. ista questio non habet dubium: quia posito sine preiudicio quod deposita fuerunt facta ad istum finem ut ipse pareret laudo. non tamen dicitur paruisse laudo nisi effectualiter adimpleuerit. lege prima. §. hec autem verba.ff. quod quisque in. debet enim intelligi de effectuali implemento et observatione laudi et non de verbali: per ea que plene traduntur per omnes in lege pretor ait. §. si quis paratus.ff. de oper.no.nun.et.l.acceptam. C. de usuris: et in.l.qui decem. §.idem respondit.ff. de solution. Facit etiam quod habetur in.l.fi.ff.de conditio.furti.in.c.j.cum multis similibus.extra de eo qui mit.in possess.causa rei servan. Et re vera ut dixi si istud est verum in facto non video quod de eo sit aliquod dubium. Est enim credendum quod si paruisset cum effectu quod fecisset canzelari instrumenta depositi.l.cum de indebito.ff.de probatio.in.c.quia verisimile.extra de prescriptio.

¶ Ex quibus omnibus clare concluditur quod ex quo intentio actoris est liquida et fundata de iure: et exceptio rei est dubia debet ferri sententia pro actore in.c.potest.et.c. cum super. extra de concessio.preben. Et sic in casu isto partes iudicis debent esse in condemnando dictum heredem depositarij secundum petitionem agentium. Laus deo.

¶ Et ita videtur mihi Joanni de anania utriusque iuris doctori.

¶ Casus talis est.

¶ Brancij et illi de zeno numero quattuor: et nomine. Primus. Secundus. Tertius et quartus fuerunt ab episcopo investiti de medietate cuiusdam decime coniunctim re quia de eadem re: sed disiunctim verbis: quia diversis investituris: videlicet brancij de per se et illi de zeno de per se in eadem forma. Alia dimidia apud plebem remanente a vigintiquinque annis ultra: brancij et illi de zeno fecerunt inter se partes de dicta decima per concursum ipsam percipiendo et inter se dividendo postea non possederunt. Moritur Primus sine prole. Secundus renunciat in manu episcopi ius dicte decime pro se et pro parte Primi tanque ad eum devoluta quia primior. Episcopus investit extraneum de illis duabus partibus. Extraneus remittit in manu episcopi illas duas partes. Moritur Tertius sine prole. superest Quartus qui nullam habuit nec petijsse videtur investituram pro sua parte: nec pro parte Tertij eius proximioris a duobus proximis episcopis: sub quibus nec ipsi de zeno nec ille extraneus neque brancij possederunt decimam. ¶ Queritur nunc nunquid episcopus possit investire extraneos de parte olim illorum de zeno consentientibus illis de zeno: videlicet secundo et quarto et preter ac contra voluntatem branciorum.

1 ¶ In feudo novo non habet locum ius accrescendi ut si due generationes sint investite una deficiente pars revertitur ad dominum. Et quid in iure non diminuendi an habeat locum quando primus est investitus deinde alter de feudo diversis investituris.

2 Fratres duo si habent feudum vel emphyteosim paternum vel paternam altero deficiente sine liberis sua portio accrescit aleri.

3 Jus non decrescendi ita habet locum inter coniunctos re et verbis sicut inter coniunctos re tantum. et quando dicantur re et verbis coniuncti.

¶ Consilium.cclxij.

1 In christi nomine amen.

¶ † Dico quod episcopus potest extraneum investire de portione illorum de zeno defecta in personis eorum: vel per generationem finitam: vel per renunciationem ipsorum: vel alio modo: seu de illorum consensu: invitis seu contra voluntatem illorum de brancijs: quia cum sint diverse generationes ut patet ex diversitate nominum.l.si idem.C.de codicil. apparet vel saltim sufficiens presumptio est quod dictum feudum non habuit originem in uno stipite a quo processerint ambe generationes sed in diversis a quibus dicte generationes processerunt. Et sic portio unius generationis respectu alterius dicebatur feudum novum etiam si per mille annos in illa generatione durasset ut inquit Bal.no.in c.j.si de feu.fue.contro. Constat autem quod in feudo novo locum non habet ius accrescendi de portione unius investiti defecta ad alterum investitum. vel ad alterum illius agnatum. ut in.c.j. de duobus fratribus de novo bene .investi. et de gradi.succe.in feu.c.j.§.j. et de beneficio fratris.c.unico.sed revertitur ad dominum ut ibi habetur. Et sic portio illorum de zeno defecta fuit reversa ad episcopum: non autem fuit devoluta ad illos de brancijs igitur consensus illorum de brancijs qui nullum ius habebant in tali investitura fienda per episcopum non requirebatur. Nec eorum contradictio potest eam impedire.l.tutor.ff.de mino. Nec si dicatur predicta procederent si simul fuissent investiti predicti de zeno et predicti de brancijs qui tunc fuissent verbis coniuncti in quibus proprie cadit ius accrescendi quod locum non habet in feudo novo sed in casu nostro non simul: sed separatim per diversas investituras fuerunt investiti de una et eadem dimidia integre decime cuius altera dimidia pertinet ad plebem. Et sic non verbis sed re tantum coniuncti erant inter quos non est tractandum de iure accrescendi per quod portio augetur per accessionem alterius portionis sed est tractandum de iure non decrescendi per quod portio non augetur sed non diminuitur defecta portione altera qua non defecta diminuebatur propter concursum alterius. C. de cad. tollen. §. finautem disiunctim.ff.de conditio. et demonstra.si separatim.cum ibi nota. C. de lega.si fortidianum. Nam quibuslibet ex re tantum coniunctis censetur res insolidum assignata quo ad primariam dispositionem et voluntatem concedentis licet ex postfacto quo ad eius dispositionem quibus partem habeat per concursum. Sed in coniunctis verbis tantum ab ipso initio partes fiunt quia nulli censetur assignata tota sed pars tantum prout tradunt docto. in hac materia in.l.re coniuncti.ff.de legatis tertio: et patet in.l.si duobus.in prin.ff.de lega.j. Modo licet in coniunctis verbis. scilicet simul investitis habeamus quod in feudo novo locum non habet ius accrescendi non sic habemus in coniunctis re tantum ut locum non habeat ius non decrescendi. Nec etiam ratio dictat. Nam aliud est denegare lucrum quod fit si ius accrescendi locum non habet. Aliud damnum inferre quod fit si ius non decrescendi denegetur.ff.que in fraudem credito. quod autem. in princi. etc. simili modo. C. de codicil.l.finali per ius enim non decrescendi portio data non augetur sed non minuitur. ut. s. dixi. Portio igitur illorum de zeno defecta videtur delata illis de Brancijs per ius non decrescendi idest eis non ablata postque cessat concursus illorum de zeno. Et sic sine consensu dictorum de brancijs videtur quod episcopus non possit de illa portione extraneum investire. ut in c.j. de alie.feu.pater. et in.c.ij.quo tempore miles.

¶ Breviter advertendum est subtiliter quod illa differentia que fit inter ius accrescendi et ius non decrescendi solum habet locum quando portio defecta non fuit a principio acquisita quia vel non fuit accepta vel dies eius inutiliter cessit. ¶ Si vero fuit semel perfecte acquisita tamen postea fuit finita dicta acquisitio inter que longa est differentia ut patet ex.l.titia.cum ibi no. in glos.ff.de annuis legatis. tunc regulariter non est tractandum de iure accrescendi vel non decrescendi que iura locum non habent post acquisitum et resolutum emolumentum nisi in usufructu. ut.l.prima.§.interdum.ff.de usufruc.accrescen. ¶ Et in assignatione liberti .ff. de assignatio.liberto.l.prima.§.penulti. et 2 in feudo veteri: iuxta notata in.l.si quis titio.de verbo.obliga. per Bartol. et idem in emphyteosi quia si duo fratres habent feudum vel emphyteosim paternum vel paternam altero deficiente sine liberis alteri accrescit sua portio. de gra. succes. in feudo capitulo primo qui feudum dare possunt.§.penultimo. ¶ Dicit autem Bar. no.in.l.re coniuncti.ff.de legatis tertio in illa questione qua querit. An inter re tantum coniunctos habeat locum a ius accrescendi[a] vel an dicatur ius non decrescendi quod si portio deficit antequam fuerit perfecte acquisita dicitur ius non decrescendi. C. de cad. tollen. §. finautem disiunctim. Si vero deficit postque fuit semel perfecte acquisita tunc eo casu quo locum habet ut in usufru. dicitur ius accrescendi non autem non decrescendi quia per acquisitionem dicitur facta divisio per concursum et una pars separata ab altera. Et ideo non potest altera earum postea deficiens alteri accedere vel cum ea coniungi nisi per ius accrescendi non autem per ius non decrescendi cum iam decreuerit: et dicit esse casum in dicto. §. interdum. et est verissimum quia ratio dictat. Cum igitur de presenti in casu predicto: quia feudum predictum. scilicet dimidie decime integralis: de qua dicte due generationes fuerunt investite. scilicet de zeno et de brancijs semel fuit perfecte acquisitum utriusque generationi ipsam dimidiam per plures annos exegerunt communiter et eam inter se diviserunt: et sic per concursum facte fuerunt inter se partes dicte dimidie: postea vero pars illorum de zeno deficit si queritur an accedat illis de Brancijs dicetur indubitanter quod non: quia vel volumus dicere quod per ius non decrescendi quia fuerant re tantum con-

¶ Accrescendi Vide Bal. in consili.ccclxij.in prima parte. ubi ponit quando dicantur coniuncti re et verbis et quando re tantum et quando verbis tantum et quando ius accrescendi inter eos locum habeat et quando non.

functi ⁊ est falsum:quoniam illud ius non habet locum post factam acquisitionem ⁊ resolutã etiã in casibus in q̇bus locũ habere possit ius accrescẽdi:vt in vsufructu ⁊ feudo veteri vel emphyteosi:multominus vbi nec ius accrescendi posset locũ habere ſm doctrinã Bar.de qua supra. Aut dicimus quod perueniat ad illos per ius accrescẽdi ⁊ adhuc falsuꝫ est:q2 ius nõ habet locuꝫ in feudo nouo:vt.d.c.j.de duobus fratribus de nouo bene.inuesti. Sed posset habere locũ in feudo veteri ⁊ antiquo quale istud nõ est respectu alterius gñationis diuerse ſm tradita per Bal.in.c.j.si de feudo fuerit cõtrouer. ¶ Sequitur ergo quod dicta portio defecta reuertitur ad ipsuꝫ dominũ directũ. Pro quo dicto videt᷑ esse casus in simili.ff.quemad.ser.amit.l.aquam.§.fi.vbi si concessi seruitutẽ aqueductus in fundo meo primo vni postea alteri:⁊ sic possunt dici re coniuncti si vnꝰ perdit ius suum per non vsum. Jus alterius non augetur: nec illi prodest aliquid perditio hec:sed prodest domino proprietatis quia liberatur a seruitute respectu non vtentis ita hic. Nam vtile dominium quod habent feudatarij species seruitutis est: vt colligitur ex.l.si tibi homo.in fine.ff.de legatis primo a qua liberatur directe dominus in casu nostro quo ad illos de zeno propter defectum generationis vel propter repudiationeꝫ. Et sic cõcludit᷑ dictuꝫ dominũ episcopum posse inuestire extraneũ contra voluntatem brancioꝝ de portione illoꝝ de zeno ad se reuersa obstante dubitatione que fit de iure non decrescendi quod re vera in casu nostro locuꝫ non habet:vt supra probaui.

¶ Preterea posito quod locum habet adhuc videtur quod illud non habeat impedire reuersionem ad episcopum in feudo nouo sic nec ius accrescendi tali ratione.† Nam constat quod inter coniunctos re ⁊ verbis ita locum habet ius non decrescẽdi sicut inter coniunctos re tantum:prout determinat.Bar.in.l.re coniuncti in.vj.vel.vij.col. Et dicunt᷑ re ⁊ verbis coniuncti quando eadem res legatur vel conceditur pluribus sine appositione illoꝝ verboꝝ equis portionibus:qñ enĩ illa ỽba forẽt apposita essent ỽbis tantum coniuncti quãdo in eadẽ oratione ſm eandem in.d.l.re cõiuncti. Sed tex.in.c.j.de duobus fratribus de nouo bene.inuestitis:non facit mentionem qd̃ dicta verba equis portionibus fuerunt apposita:sed tantuꝫ qd̃ duo fratres de nouo benefi.fuerunt inuestiti:⁊ sic erant re ⁊ verbis coniuncti:⁊ tamen ibi dicit᷑ qd̃ portio vniꝰ defecta reuertit᷑ ad dominum. Forte tamen ratio est ibi illa quam dixi:quia loquitur quando deficit post perfectam acquisitionem ⁊ sic post factam diuisionem:igitur ⁊c.

Laus deo.

¶ Et ita dico ⁊ consulo ego Paulus de castro vtriusq̧ iuris doctor:et ad fideꝫ me subscripsi et sigillari feci.M.cccc.xxvj.die xiij.Nouembris.

¶ Posito casu vt supra ponitur nullo addito ideꝫ iuris dico esse in casu premisso vt supra per dominum consulentem conclusum est et ad fidem me subscripsi. Ego Prosdocimus de comitibus iuris vtriusq̧ doctor:⁊ sigillo consueto muniui.

¶ Quia supra elegantissime consultum est per famosissimos in orbem doctores non est multum insistendũ. Sed constanter dici debet qd̃ cũ dictũ feudũ iudicet᷑ de iure nouũ nõ antiquũ:per id qd̃ ponit illustris doctor Baldus in loco p̃allegato: videlicet in.c.j.si de feu.fue.contro.⁊ prin.in vsi.feu.in.xiiij.col.ac etiã in.c.j.de contẽ.inter me ⁊ dñm.in quo feudo nouo nedum post perfectam acquisitionẽ non habet locuꝫ ius accrescẽdi vel non decrescendi:verum nec ante acquisitioneꝫ:vt in.c.j. de duobus fratribus a capit.inuestitis.in.c.j.de duobus fratribus de nouo benefi.inuestiti.in.c.j.§.j.de gra.in feu.⁊.c.vnico de beneficio fratris.immo portio deficiens reuertitur ad dominum nisi aliud cantet tenor inuestiture vt dictis testibus. certe necessario cõcludit᷑ quod inuestitura facta ab ipso in extraneos de partibus illorum de zeno defectis tenuit nullo etiam illorum de brancijs consensu extrinsecus adhibito. Et optime facit.d.l.aquã.in prin.⁊ fine.ff.quẽadmo.ser.amit.⁊ licet loquatur in seruitute:tamen ⁊ feudum instar seruitutis habet.dixit Bal.in.c.si facta.⁊.c.ij.si de feu.fue.contro. Et accedat quia quotiens cũ non habemus ius speciale seruamus ius cõmune in feudis. vt idem dixit ⁊ nota.in.c.j.de succes.feu.j.col.

¶ Quare idem de subscriptione requisitus dico iuris esse Ego Angelus domini Alexandri domini Angeli de vbaldis de Perusio vtriusq̧ iuris doctor Padue legens ius ciuile ⁊ ad fidem me subscripsi ⁊ sigillaui.

¶ Casus talis est.

¶ In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus ⁊ immobilibꝰ iuribus ⁊ actionibus quibuscunq̧ ad ip̃m testatorem spectantibus ⁊ pertinẽtibus quoquo modo Franciscũ ⁊ Antoniũ eiꝰ filios legitimos ⁊ naturales suos hr̃des vniuersales pro equali portione reliquit:instituit:iussit:⁊ esse voluit. Et qd̃ aliquis ipsoꝝ vendere:donare:aut aliquid alienare nõ possit aliquam possessionem immobilem donec ipsi erunt ad perfectã etatem.xxv.annoꝝ. Cum hac conditione q̄ si alter ipsorum decederet sine filijs legitimis ⁊ naturalibus masculis qd̃ hereditas decedentis debeat in aliũ aut eius heredes masculos deuenire. Et q̄ ipsi nõ possint dare in dotẽ alicui sue filie femine vltra ducatos mille auri pro quaq̧. Et hoc similiter intelligant᷑ sint ⁊ esse debeãt in quẽlibet descẽdentem ex ipsis filijs suis ex linea masculina suos aũt cõmissarios ⁊c. Mortuus est p̃dictus testator relictis supradictis Francisco ⁊ Antonio filijs ⁊ heredibꝰ suis. Ex quo Frãcisco postmodũ in etate senili defuncto remãserunt Paulus doctus ⁊ Antonius Frãciscꝰ eiusdẽ Frãcisci filij nõ tñ aliter apparet eos se imiscuisse hr̃ditati p̃dicti Francisci. Ex dicto aũt Antonio remãsit vnicus filius noĩe Jacob. Ex quo etiã in etate matura defuncto remãsit ⁊ superest vnꝰ filius noĩe Franciscus quem Franciscum similiter nõ apparet aliter se immiscuisse hereditati dicti Jacob patris sui.

¶ Predicti autem Franciscus ⁊ Jacob in etate maxime senili vel prope alienauerunt multa bona ⁊ predia.

¶ Modo queritur ex premissis.

¶ Primum nũquid. Ex forma testamẽti p̃dicti supradicti Paulus doctus Antonius ⁊ Franciscus nepotes dicti testatoris: necnõ dictus Franciscus eius pronepos intelligant᷑ substituti p̃dictis Frãcisco ⁊ Antonio filijs prefati testatoris. Ac etiã inter seipsos inuicẽ substituti. Si aliquis eoꝝ decederet sine filijs masculis ⁊ hoc in bonis ipsius testatoris.

¶ Secũdo nũquid predicti nepotes ⁊ pronepos dicti testatoris inquantũ intelligant᷑ substituti prout supra possint ex cã fideicõmissi reuocare ⁊ recupare alienata p̱ dictos Frãciscũ ⁊ Jacob post cõpletam etatẽ.xxv.annoꝝ ipsorum alienantium.

¶ Allegationes in casu predicto.

¶ Quia in allegationibus p̱ me factis volui oĩa tãgere que pro parte nostra quoquo modo facere possunt nõ dubito quin multa deducta sint que rĩsum caperent. Sed vltra ea vident᷑ multa stringere quibus non ita faciliter respondetur.

¶ Primo quidẽ id quod tangitur in additione prima facta per dñm Paul.allegationibus meis qd̃ scilicet domina Lucretia possit petere supplementum legitime ⁊c.cõcedo verum nisi excludatur per statutum nostrum quod dicit q̄ filia debet esse cõtenta de eo qd̃ pater vel auus sibi dedit in dotẽ: nec vltra illud possit fratres aut patruos inquietare occasiõe falcidie nec aliquid de hereditate patris vel aui petere nisi id quod pater vel auus reliquerit in vltima voluntate donec erunt aliqui de descendentibus masculis. Dubito tamen quia hoc statutũ loquitur de fratre ⁊ patruo an extendatur ad filios patrui:vt ipsos etiam nõ possit inquietare:⁊ forte dicendũ q̄ sic:quia est eadeꝫ ratio statuti.scꝫ agnationis cõseruande: statutum auteꝫ quãq̄ stricti iuris amplectandũ est ad eos in quibus est eadẽ vel maior ratio:vt no.Joan.and.de electio.c.j.lib. vj. ⁊ glos. extra de loca.c.j.⁊ no.in aut.preterea.C.vnde vir ⁊ vxor.

¶ Secundo inducebam.l.cum acutissimi.ad quam datur responsio quod ibi non dicitur qd̃ nepos censeat᷑ substitutus filio:sed bene dicit qd̃ facit desinere substitutioneꝫ quasi insit illa conditio etiã si nõ sit expressa. Sed pro certo videtur esse fideicõmissum. Unde aduertendum quod Pap.illud statuit ex coniectura mente defuncti:vt dicit.l.cum auus.nõ ergo potest dici qd̃ talis conditio sit a lege apposita vel subintellecta:sed prouenit ex mente testatoris:quam ita declarauit Papi.vt ibi dicit᷑ ⁊ in l.cum acutissimi.ibi non aliter hoc videri disposuisse ⁊ non aliter hoc sensisse videatur:⁊ hoc est quod dicit Imperator in.l.generaliter.§.cum autem.vbi dicit quod Papi. intellectu optimo ita statuit:exponi enim debet idest interpretatione optima quam fecit:⁊ intellectu optimo quem habuit de mente testatoris:⁊ ita etiam seipsum declarat imperator:ibi ⁊ intellectu optimo hi qui ad substitutionem vocantur ⁊c. Modo ratio huius intellectus ⁊ huius interpretationis ne videretur testator alienam posteritatẽ sue anteponere: vt dicit tex in l.cuꝫ acutissimi. hanc rationem declarat glos.ibi.quia qua ratione preposuit filium fideicommissario:eadem ratione ⁊ voluisse videtur nepotem preponere. Sic ergo ſm glo.videtur voluisse preponere nepotem:ergo iste nepos venit ex coniecturata mẽte defuncti:nõ autem ex legis dispositione. Et ita etiam hic tollitur alia responsio que datur ad.l.generaliter.§.cum autem.

¶ Tertio inducebam qd̃ quando dispositio fit cõtẽplatione alicuius:lꝫ verba dispositiua non dirigantur ad ipsum illi tamen datur actio.l.fideicommissa.§.interdum.de leg.iij.cuꝫ glo. ista

verba

verba si decesserint sine filijs videantur fauore filiorum apposi ta videtur quod eis competat actio. Ad hoc datur responsio ꝙ hic non reliquit filijs contemplatione nepotū quo casu loquū tur illa iura: sed bñ voluit substitutionē factam de feminis cessa re si extarent masculi contemplatione ipsorum: quo casu leges ille non loquuntur. Sed ego dico quod quotiēscunqꝫ aliquis remouetur a lucro contemplatione alicuius illi debet appli cari cuius contemplatione remouetur. ff. de his quibus vt in dignis. l. post legatum. §. mittere. C. de lega. l. penulti. ff. de col la. bo. l. cū emancipati. §. si duo emancipati. Et ista est singula ris ratio quare Bar. in. l. ij. §. videndū. ff. ad tertul. dixit ꝙ si di cit statutū qꝺ extātibus agnatis femine nō succedant per hoc inducitur ꝙ agnati succedāt ⁊ videaꝰ ex statuto vocati: ita hic videnꝰ vocati nepotes quorū cōtemplatiōe substitutus exclu ditur. Et si dicaꝰ in casu Bar. in statuto erant ablatiui absolu ti qui inducunt fideicōmissum: vt. l. fideicōmissa. §. cum esset. de leg. iij. hic autem nō erant ablatiui absoluti. Ego respondeo ꝙ illi ablatiui absoluti habēt vim cōditōis: vt no. in. l. a testatore. hic aūt plus est: qꝛ est expressa ꝯditio: plus enim est dicere si li beri non extabunt ꝙ si dicatur liberis non extantibus.

¶ Quarto quia is videtur substitutus cuius contemplatione al ter heres prohibitus est dare. l. codicillis. §. matre. Ad hoc da tur rñsio: qꝺ idē esset hic si cōtemplatiōe nepotum filios prohi buisset alienare quod hic non facit. Sed potest argumentum adiuuari per ea que infra subduntur in allegationibus ibi cō stat omnium quod substituendo expresse ⁊c.

¶ Quinto bene facit illa. l. quāuis. C. de fideicōmis.

¶ Sexto qꝛ contēplatione sola ⁊ solo fauore liberorū quos pre dilexit videntur illa verba conditionis apposita: vt no. Bart. in. l. liberorū. ⁊ glo. in ver. cum quis. que cōiectura inducit fidei cōmissum: vt. l. cum apponeretur. de lega. ij. Et hoc solo argumē to vt dixi in allegationibus motus est do. Rapha. fulg. ad con sulendum cuius consilium vobis transmittitur.

¶ Septimo probatur in. l. lucius. in verbo pretulit.

¶ Nec videtur verum qꝺ illa sit cōmunis opinio que dicit qꝺ illa verba conditionalia non inducunt fideicōmissum. Nam ex scri ptoribus non reperio nisi Bar. ⁊ Bal. ita tenētes. nam vt scri psi plenius in allegationibus glos. in. l. lucius. non loquitur in casu nostro nec Joan. an. nec Cyn. nec Petrus ideo nō debēt allegari ad propositum. Sed pro opinione nostra est Oldra. ⁊ Salyce. ⁊ vt audio reperitur Bal. in illis recollectis. Et pro certo rationes pro hac parte sunt magis vrgentes ⁊ nō est ali qua lex aut ratio multum stringens in contrarium ideo non est dubitandum consulere pro hac opinione. ¶ Postremo ⁊ si pur aliqua fieret dubitatio propter autoritatem Bar. tamē illud aduertendum qꝺ Bartol. loquitur quando ex verbis testato ris nulla alia poterat sumi coniectura puta qꝛ nil aliud appa ret nisi quia dixit filium meum instituo ⁊ si decesserit sine liberis substituo talem: tunc enim potest dici quod illa verba nō indu cant fideicōmissum. Sed in casu nostro vltra illa ꝟba sunt plu ra alia verba ⁊ plures coniecture ex quibus potest colligi mēs testatoris quod voluit inducere fideicommissum vt plene de terminaui in allegationibꝰ ibi postremo et illud nō dubito ⁊c.

¶ Hec sunt doctor famosissime que vltra allegationes alias fa ctas mihi nunc visa sunt pro aliquali responsione ad responsio nes per vos tactas in margine. Scio autem si volueritis quod velle debetis hanc opinionem saltim casu amplecti multo eui dētioribus fundamētis ⁊ fortioribus rōnibꝰ demonstrabitis.

Ludouicus de sardis.

1 ☞ Utrum nepotes positi sub cōditione in testamento scili cet si pater moreretur sine liberis videantur patri substituti per fideicommissum.
2 Uerba conditionalia an inducant dispositionem.
3 Utrum pater prohibitus alienare vsqꝫ ad. xxv. annū post. xxv. annum possit alienare in preiudicium filij sibi substituti.

¶ Consilium. cclxiij.

1 **In christi nomine amen.**

¶ † Circa primum quesitum videꝰ dicendum quod dicti nepotes ⁊ pronepos non videanꝰ substituti pa tribus eorū cū fuerint appositi in conditione. scꝫ si aliquis eo rum filiorum institutorum sine liberis decesserit: nō autē in dis positione. ff. si quis omissa causa testamēti. l. si quis sub condi tione. ⁊ hoc sentit glossella vulgaris que ad hoc cōmuniter al legatur in. l. lucius. La secūda. in fine. ff. de here. instituen. quā ibi tenet Bartol. qui dicit illam singulariter fore notandam. ⁊ Bald. in. l. cum acutissimi. circa medium. C. de fideicōmissis. et Joan. an. in additio. Specul. titu. de testa. §. In primis. in addi. que incipit. huic questioni accedit ⁊c. in. iij. q. ibi est etiam scien dum ⁊c. ¶ Sed in contrarium facit quia tacita substitutio fi deicōmissi colligitur ex coniecturis quando ex aliquibus indi cijs que resultant ex verbis a testatore prolatis colligitur mēs testatoris quod ita voluit licet verba de ꝓprio significatu eam non importent. ff. de legatis secūdo cum proponeretur. de lega. iij. fideicommis. §. hec verba. ⁊. §. item si quis. ⁊. l. ꝗuis. C. de fi deicommis. facit de supellec. leg. labeo. circa finem ibi. Nam et prior. ⁊c. C. de fideicom. cum virum. versic. sane. de lega. cum quesi to. in fine. Sed ex dictis verbis cōditionalibus si decesserit si ne liberis apparet testatorem voluisse liberos grauati preferre substitutis vt dicit tex. illius legis lucius. in fine. ff. de here. in stituen. Et glossa in. l. filiusfamil. §. cum quis. de legatis primo dicit quod illam conditionem censetur testator apposuisse fa uore filiorum grauati vt ipsi habeant potius ꝙ substitutus er go quid repugnet dicere quod dicti liberi censeantur substitu ti grauato in casu quo cū eis decedat cum hoc ꝯgruat volunta tem defuncti ⁊ verba non refragantur. ff. de legatis primo. l. ab omnibus. circa principium. Nec obstare videtur glos. in. l. lu cius. la secunda. ff. de heredi. instituen. que solum principali ter in contrarium allegatur sed nihil facit si bene consideretur: quia refertur ad tex. illius legis qui loquitur in vulgari substi tutione qui locum habet ante aditam hereditatem ⁊ sic loqui tur quando pater institutus non adiuit ideo eius filij non pos sunt venire ex fideicommisso ad hereditatem aui primi testato ris sed veniunt ab intestato quia propinqui ⁊ excluduntur pre stitum. si vero adisset secus vt ex illo tex. colligitur: ⁊ ex glo. que est in dicto. §. cum quis. Et istam partem plene disputando te nuit Bal. in quibusdā antiquis recollectis. in. l. j. C. de condi. inser. prout ego vidi ⁊ legi: lꝫ in lectura que cōmuniter habetur hoc non cōtineatur. vidi etiam alias quoddam cōsilium domini Rapha. fulg. in quo videbatur huic sententie adherere tanꝙ 2 multū congrue voluntati defuncti. Nec ob. ꝙ ꝟba conditiona lia dispositionem non inducunt: qꝛ hoc interdum fallit in fauo rabilibus vt est tex. bene faciens ad propositū in. l. si ita stipula. ff. de oper. liber. vbi opere apposite in cōditione cēsentur pro misse. Preterea quid prodesset filijs grauati ꝙ illa conditio si decesserit sine liberis fuerit apposita fauore ipsorum vt ipsi ha beant: fm qꝺ dicit glos. in. l. filiusfamil. §. cum quis. ff. de lega. j. si non censereꝰ per hoc eos substituisse patri cum hoc dato pa ter posset intentionem testatoris fraudare vel alienando bona inter viuos vel alium extraneum heredem instituendo vniuer saliter ⁊ filios appositos in conditione exheredando vel in cer tis rebus instituendo. Et dicti filij quorum fauore dicta condi tio fuit apposita vt haberent nequaquā haberent: quia nō pos sent retractare alienationes factas inter viuos ex quo non sunt substituti: nec succedere ex testamento vel ab intestato pa tri suo alio extraneo vniuersaliter instituto. Nugatorius ergo foret testatoris cogitatus: nec foret commendandus de prudē tia consilij: de qua ipsum commendat iurisconsul. in dicta lege lucius. in fine. ff. de heredi. instituen. la secunda: que omnia ces sarent tenendo quod videantur substituti ⁊ mens testatoris nō foret ludibrio nec verba refragantur: ergo ⁊c. l. ab omnibus. in principio. ff. de legatis. j. Sed ⁊ si nolumꝰ recedere ad opi. pri ma. scꝫ qꝺ ꝓpter verba cōditionalia nō videanꝰ substituti pro pter autoritatem doctorum tenentium eam per illam glossellam que est in. l. lucius. que tamen nihil facit. vt supra dixi. Attamē in casu nostro sunt alia verba que videntur tacitam substitutio nem filiorum seu dictorum nepotum inducere. dum postea di xit. Et hoc similiter intelligantur sint ⁊ esse debeant in quenli bet descendentem ex ipsis filijs suis ex linea masculina ⁊c. Nam in superioribus tria fecerat: quia primo prohibuit fi lios suos alienare immobilia vsqꝫ ad etatem. xxv. annorum. Secundo eos inuicem substituit si contingeret aliquem eorum sine liberis decedere. Tertio eis inhibuit dare in dotem filia rum vltra mille ducatos voluit ergo testator per verba ꝑdicta qꝺ dicta tria intelligerētur repetita in filijs filiorum: ergo vo luit bona sua deuenire ad eos post mortem filiorū suorum: alias predicta tria frustra repetita fore voluisset in personis eorum. Et ex hoc resultat tacita substitutio facta filijs de descenden tibus eorum super dictis bonis. per legem titia seyo. §. seya. ff. de lega. ij. Et per. l. deniqꝫ. §. interdum. de pecul. lega. ⁊ per. l. alio. cum sua glos. ff. de ali. ⁊ ciba. lega. per quas leges hoc ex presse decidit Bart. in. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pup. antepe. col. in ver. Quero vlterius quid si testator dixit si filius meus de cesserit sine liberis: vel eius liberi sine liberis ⁊c. ibi cogita ui quod possemus retinere ⁊c. Nam ipse vult ibi quod si liberi appositi in conditione fuerunt per testatorem onere fideicom. grauati sup. bonis eius cēsenꝰ substituti. Et ad glo. que est in

d.l.lucius.respōdet qḋ loquit̃ ⁊ debet intelligi qñ non fuerunt
grauati:sed solum in conditione appositi. Nec ob.l. hereditas
ad statum.ff.de heredi.insti.qꝛ fateoꝛ qḋ ex grauamine nō resul
tat directa institutio:vt ibi nec etiā directa substitutio:vt colli-
gitur ex.l.vel singulis.ff.de vulga.⁊ pupil.qꝛ illa nō debēt fieri
tacite sed expꝛesse ⁊ nō per cōiecturas.C.de testa.l.iubemus. sꝫ
fideicōmissa substitutio bene pōt resultare:qꝛ illa pōt fieri taci
te per coniecturas.d.l.cuꝫ pꝛoponeretur.ff.de lega.ij.⁊ ibi glo.
magna in fine hoc expꝛesse sentit dum allegat illam legem iube
mus.per contraria.facit.l.peto.in pꝛin.eo.titu.de lega.ij.Bal.
no.videt̃ aliter loqui in.l.ab eo.C.de fideicom. Sed credo qḋ
nō viderit vel non ponderauerit Bar.in.d.l.centurio. sed solū
in.l.si sic.de lega.iij.vbi nō sic plene loquitur sicut in.l. cēturio.
Nec respondet ad.l.in quibus Bar.se fundat:ideo magis est
adherendum determinationi Bar. Nec ob.illa.l.ab eo.in qua
Bald.se fundat ad dicēdum qḋ potius fideicōmissum ⁊ onus
iniunctum non onerato est nullū ꝙ qḋ ex grauamine resultet re
lictum ⁊ substitutio in personā grauati:qꝛ verū est quādo quis
grauaret̃ super re nō hereditaria vel quando alie cōiecture nō
concurrunt:secus quando super bonis hereditatis concurrit
alia coniectura:vt in filijs filioꝝ appositis pꝛimo in cōditione
⁊ postea grauatis. Nam ⁊ si pꝛimum per se nō sufficeret ad di-
cendum ipsos foꝛe substitutos saltim iuncto secundo sufficere
debet qꝛ que nō ꝓsunt singula ⁊c.l.stipulatus.ff.de vsuris. ⁊ sic
dicte opi.possunt ad cōcoꝛdiā reduci. Ut concludamus in hoc
pꝛimo quesito ꝑfatos nepotes ⁊ pꝛenepotē testatoꝛis fuisse ta-
cite substitutos dicto Frācisco filio testatoꝛis instituto vł pꝛo-
pter pꝛimū vel ꝓpter scđꝫ vel ꝓpter vtrūqꝫ fundamētum simul
iunctū vt ex ꝑdictis patet. Et hec sub cōtraria cōditione. scꝫ si
filij sui decesserint cū liberis. Naꝫ cōditio expꝛessa sub qua fue
runt ad inuicē substituti fuit si aliq̇s eoꝝ decederet sine liberis
⁊ sub ista nō pōt dici qḋ liberi decedētis videant̃ substituti qꝛ
esset implicare cōtradictionē. Nec isto casu pōt intelligi qō do
ctoꝝ que est an liberi decedētis cēseant̃ ꝑ vᷓba illa cōditiona-
lia substituti. Nā sub illa fuit substitut⁹ frater superstes condi-
tio vᷓo tacita ⁊ cōtraria huic est cōditio si decesserit cū liberis ⁊
sub illa nō fuit facta substitutio expꝛessa de fratre superstite vł
alio substituto sed pꝛesumit̃ a iure fuisse facta de liberis ipsius
decedentis per iam dicta saltim in casu nostro. Et isto casu loq̄
tur questio docto. de qua est altercatio.

3 ¶ † Circa scđm quesitum an possint reuocare alienationes fa
ctas per patrem eoꝝ excludo tres casus nō dubios in q̇b⁹ cla
rum est qḋ reuocare nō possent. ¶ Pꝛimus est si essent hr̄des
patris eoꝝ alienātis sine beneficio inuētarij.l.cū a matre.C.de
rei ven.possent em̄ tūc repelli ꝑ exceptionē quē de euictione te-
net actio ⁊c.l.vēdicantē.ff.de euic. ¶ Secūd⁹ casus est si essent
heredes cū beneficio inuētarij tū ad eos ꝑuenissent bona pr̄is
que nō fuissent aui ⁊ sic nō subiacerēt restōni que equiualerent
bonis alienatis tunc em̄ possent repelli per exceptioneꝫ illam.
¶ Si ergo sum grauatus de restituēdo tibi si decessero sine li-
beris bona que valēt pone.c.ista bona alienaui.deinde decessi
sine liberis ⁊ te heredē institui et de bonis meis ad te peruenit
saltē vsqꝫ ad.c.nō poteris illa alienata reuocare ex qua perso-
na lucrū sentis ⁊c.de reg.iur.ex qua ꝑsona.solu.matri.si cuꝫ do
tem.§.si pater.de lega.ij.titia.§.qui inuita.⁊ plene no.in.l.fi.§.ī
cōputatione.C.de iur.delib.⁊ in.d.l.cum a matre.per glos.⁊ do
cto.nec excipio legitimam que eis deberet̃ in bonis patris pꝛe
dictis quia illa succumbit eri alieno.l.papinia. §.iiij. autentica
ff.de inofficioso testamen. ¶ Tertius casus est si dictus alie-
nans cui debebatur legitima ⁊ trebellianica in bonis paternis
non alienasset vltra eas. Nam tunc alienata computarentur in
a eis[a] ⁊ non possent alienationes retractari.l.marcellus. §. res
que.cum ibi not.per glos.⁊ docto.ff.ad trebellia.quia non ap-
paret quod malitiose alienauerit ⁊ in fraudem fideicom. debi
ti dictis eius filijs vt ibi not. Extra istos casus potest esse du-
bium an dicti nepotes ⁊ pꝛonepos posito quod videantur taci
te substituti possint alienationes pꝛedictas reuocare. Et vide
tur quod non duplici ratione. ¶ Pꝛima quia testatoꝛ pꝛohi-
buit eos alienare vsqꝫ ad certum tempus scilicet donec perue-
nirent ad etatem.xxv.annoꝛum:ergo post illaꝫ etatem censetur
eis permisisse quia pꝛohibitum ad tempus censetur post illud
permissum.ff.de legatis tertio.lege pater filiū.§.fundus. Naꝫ
depositio tempoꝛis limitata vltra illud non pꝛoducit effectuꝫ
l.si ita quis.ff.de vulgari ⁊ pupilla.de pactis.epistola.§.finali.
de postulan.l.imperatoꝛ.in fine. Cum ergo de tacita permissio
ne testatoꝛis post dictum tempus facte sint alienationes pꝛe-
dicte videntur irretractabiles.argumē.l.j.§.si pꝛoponatur.ff.si
quis omissa causa testamenti. ¶ Secunda ratio est pꝛopter iu
stam ignoꝛantiam venditoꝛuꝫ ⁊ emptoꝛū quod dicta bona sub-
iacerent restitutioni.ff.de lega.ij.l.fi.§.fi. Nam vt patet ex not.

a ¶ In eis. Et an cōputent̃ vi de Bal.in cō-silio. ccclxvij. ī iiij.parte.et in cōsil.ccclxxxij. eadem parte.

in pꝛecedēti articulo dubitatio est inter doctoꝛes an ex illis de
quibus supꝛa dixi resultet tacita substitutio ⁊ quamplures te-
nuerunt quod non et istud causat iustam causam dubitandi vel
ignoꝛandi iuxta notata per Innocen.in.c.ne innitaris.de con-
stitutio.⁊ per Bar.ff.de bono.posses.l.in bonoꝛum.in fi.
¶ Sed ad pꝛimum respondetur ꝙ duplex pꝛohibitio est hic con-
sideranda.scꝫ expꝛessa pꝛohibitio testatoꝛis. Itē tacita pꝛohi-
bitio legalis.ex eo qḋ bona subiacebant restitutioni fiende fi-
lijs ⁊ descendentibus filioꝛum pꝛohibitoꝛuꝫ pꝛima fuit in casu
nostro tempoꝛalis ⁊ facta simpliciter fauoꝛe pꝛohibitoꝛum ne
pꝛopter fragilitatem minoꝛis etatis inconsulte alienarent ⁊ cū
eoꝛum damno ⁊ pꝛeiudicio. Et istam pꝛohibitionem voluit te-
statoꝛ habere locum etiam si dicti pꝛohibiti liberos non habe-
rent ⁊ sic non extaret casus quo bona restitutioni subiacerent:
quia etiam tunc suberat causa ꝓhibitionis.C.de vsu.pꝛo em-
ptoꝛe.l.ij.⁊ talis expꝛessa pꝛohibitio reddidisset alienationem
nullam ipso iure:⁊ ab ipso pꝛincipio vt statim posset retractari
etiam nondū existente conditione substitutionis: pꝛout notat
glos.in.l.cum pater.§.libertis.ff.de lega.ij.non eniꝫ potuissent
renunciare huic fauoꝛi pꝛefati pꝛohibiti pꝛopter minoꝛem eta-
tem:per dictam.l.ij.cum ibi not.C.de vsucap.pꝛo emptoꝛe. Se
cunda vero pꝛohibitio tacita et legalis concernit solum fauo-
reꝫ descendentiuꝫ quibus bona subiacebant restitutioni ⁊ ista
non reddit alienationem nullam a pꝛincipio sed demum adue-
niente casu restitutionis fiende.C.communia de lega.l. fina.§.
sin autem sub conditione.⁊ not.in.l.seruo legato.§.j.ff. de lega.
pꝛimo.per gloss. ⁊ docto.⁊ in dicto.§.libertis. Cum ergo dicte
pꝛohibitiones sint diuerse ⁊ tendant ad diuersos effectus alte-
ra per alteram non tollitur nec de vna infertur ad alterā. ff. de
calū.l.finali.de mino.l.papi.exuli.ad tertul.l.de bonis. Fateoꝛ
ergo qḋ expꝛessa pꝛohibitio testatoꝛis facta ad tempus post il-
lud nō durat nec etiam eius effectus:immo censet̃ testatoꝛ post
illud tempus alienationeꝫ permisisse scilicet dummodo nō ex-
tet casus restitutionis fiende:puta si pꝛohibiti decederent sine
liberis. Et tamen durante tempoꝛe etiam tunc pꝛohibitio locū
habuisset:⁊ potuisset retractari alienatio. Ceterum si cum libe-
ris decederet ⁊ sic extaret casus restitutionis non est dicendum
testatoꝛem voluisse tollere legalem pꝛohibitionem:quia sic fuis
set sibi contrarius testatoꝛ volendo quod bona restituerentur
descendentibus pꝛohibitoꝛum:⁊ quod dicti pꝛohibiti possent
post illud tempus alienare ⁊ sic intentionem testatoꝛis frustra-
re. Et pꝛo hoc faciunt sequentia verba testatoꝛis:dum subiun-
xit.cum hac conditione ⁊c.quasi dicat vsqꝫ ad.xxv.annum non
possint alienare postea sic:cum hac tamen conditione si decesse
rint sine liberis ⁊ alijs non superstitibus:alias non quia volo
ad illos peruenire. Et sic quod deficit in verbis testatoꝛis sup-
pletur per legem.ff.de re iudica.l.iiij.§.si quis condemnatus.
¶ Ad secundum de ignoꝛantia. Respondetur quod ille .§. fina.
legis fina.ff.de lega.ij.loquitur de ignoꝛantia facti que resulta
bat ex eo quod testatoꝛ pꝛohibuerat codicillos aperiri in vita
vxoꝛis institute post moꝛtem grauate in dictis codicillis:sꝫ vo-
luit aperiri demum post moꝛtem:vnde iustissimam causam ha-
buit vxoꝛ grauata alienandi ⁊ credendi se non esse grauataꝫ si-
militer emptoꝛ.l.quāꝙ.ff.ad velleya.sed in casu nostro non po-
tuit esse ignoꝛantia facti cum filij instituti et grauati testamen-
tum in quo continetur grauamen haberēt penes se.ff.de trans-
actioū.l.lege non est ferendus. sed si qua fuit ignoꝛantia fuit iu-
ris ⁊ non facti que non est iusta:cum potuerint consulere peri-
tioꝛes ⁊ non consuluerunt ⁊ pꝛetendebant lucrum.l. in bonoꝛū
ff.de bonoꝛum possessioū.⁊ agebatur de pꝛeiudicio descenden-
tium ad quos testatoꝛ voluit bona peruenire per moꝛtem filio
rum. Uerbum ergo.iustam ignoꝛantiam.posituꝫ in illo.§.fina.
tollit hoc contrarium. Sed si appareret quod consuluissent pe
ritioꝛes qui eis respondissent bona non subiacere restitutioni
dictosqꝫ descēdentes nō foꝛe tacite substitutos: tunc eis credē
do potuissent pꝛetendere iustam ignoꝛantiā:sic loquitur Bar.
in illa.l.bonoꝛum.sed hoc hic non apparet:immo vt dicitur po-
tius intellexerat contrarium dictus Franciscus quia pꝛocura-
uit ⁊ tentauit quod filij sui ratificarent alienationem ⁊ sic sus-
picabatur quod possent venire contra pote.ergo videtur ⁊ pꝛe
sumitur fuisse sciens:⁊ sic cessat contrarium de.d.l.fi.de lega.ij.
vt alienatio sit irretractabilis pꝛopter ignoꝛantiam.

¶ Casus.

¶ Nicolaus de bꝛachis habens ex pꝛima vxoꝛe zanantonium et
zangasparem pupillos et vnam filiā peregre pꝛofecturus con
dito testamento filijsqꝫ institutis eisdem substituit pꝛout in
testamento continet̃:moꝛtuo zangaspare ⁊ pꝛima vxoꝛe ideꝫ te-
statoꝛ ex alia vxoꝛe suscepit alterum filium masculū quē Gas-
parem appellauit ⁊ vnam aliam filiam:postea decessit cū dicto
testamēto supstitib⁹ zanantonio filio ex pꝛima vxoꝛe ⁊ Gaspare
filio

filio ex altera ac duabus filiabus:vna ex prima et altera ex secunda.nouissime decessit Gaspar in pupillari:immo in infantili etate superstite matre ac Antonio fratre suo consanguineo. ¶ Queritur attenta forma substitutionis vtrum frater admittatur in totum ad hereditatem et successionem fratris sui pupilli predefuncti exclusa penitus matre.

¶ Eximie doctor:cōsideraui formā testamēti et video manifestam voluntatē testatoris q lz instituit zanantoniū et zangasparem filios ex sua presenti vxore et quoslibet alios sibi nascituros ex ipsa vxore vel alia quacūqz tamē in substitutione solū fecit prouisionē de zanantonio et zangaspare et de eorum descēdentibus adinuicem qd apparet ex illa particulari alter que videt respicere duos tm̄ et qd hoc sit verū ex euidentib apparet dum subijcit. Et si ambo etc. Et sic substitutio nō videt facta alijs filijs nasciturīs sic restāt difficultates et subtilitates de quibus in.l. precibus.et.l.cēturio. Restat g videre an zanantonio cognato remediū successiōis ab intestato ex forma statuti aliqd habeat si in alio possum seruire cognato vestro libētissime faciā prout sum debitor valete etc. Vester Paulus de Aretio.

¶ Casus talis est.

¶ Quidam testator habens duos filios masculos ex prima vxore viuente ipsos heredes vniuersales instituit et etiā quemcūqz alium masculum sibi nasciturum ex eadem vxore vel alia inde dixit qd si alter ex predictis filijs predecederet sine liberis substituebat superuiuentem. Et si ambo sic decederent substituebat eis quendam patruum suum viuente dicto testatore. Mortuus est vnus de dictis duobus filijs et etiam vxor qui testator accepit aliam vxorem et ex ea suscepit alium filium masculū. Postea decessit dictus testator superstitibus dictis duobus filijs vno ex prima vxore altero ex secunda et superstite dicta secunda vxore:deinde decessit filius ex secunda vxore in pupillari etate vertitur contentio de illius hereditate et de portione hereditatis paterne ad illum pertinente inter fratrem eius superstitem ex eodem patre et ex alia matre qui dicit ad se ptinere virtute substitutionis reciproce facte inter filios institutos de superstite alteri premorienti:que continebat pupillares substitutiones: quia omnes erant pupilli:comprehensa in reciproca dicitur expressa verbis tam en generalibus et sic excludit matrem in totū etiam in legitima iuxta ea que habentur in.l.lucius.ff.de vulg. et pupil.C.eo.precibus.circa finem vltime glos.iuncta.l.papi. §.sed nec impuberis.ff.de inoffi.testa.et dicta.l.precibus. Sed mater dicit substitutionem predictam reciprocam non fuisse factam filio suo nato post testamentum nec de ipso sed dumtaxat duobus filijs primi matrimonij qui tempore testamenti nati erant et inter eos tantū vt colligitur ex illa dictione si alter et si ambo qui non dicuntur nisi de duobus ex proprio significatu non de pluribus vnde dicit quod filius suus videtur decessisse intestatus et per cōsequens de iure cōmuni ipsa mater prefertur fratri ex vno tantū latere cōiuncto vt in auț.defuncto.C. ad tertu.sed ex forma statuti stante fratre masculo saltim in tertia parte mater illi prefertur. Queritur ergo quid iuris.

1 ☞ Pater reciproce substituens filijs natis per verba que eos natos tantū videntur comprehendere censetur etiam nascituros cōprehendisse ex quo eos instituit.

2 De dictionibus alter:et ambo:et numero.1.

¶ Consilium.cclxiiij.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Videtur dicēdum pro matre qz verum est qd ille due dictiōes.scz alter et ambo de pprio significatu nō dicunt nisi de duob.ff.de arbi.l.sed interpellatur.§.si ex altera.et not.in.l.si ex toto.§.j. ff.de lega.j.iūcta.l.qui duos.ff.de vulga.et pupilla. Et propri significatus verborū debet attendi in vltimis voluntatibus.l. non aliter.ff.de lega.iij.et sic inter illos tantū duos filios quos tunc habebat videt illam substitutionē fecisse nō inter illos et alios nascituros qz dictiones ille nō cōuenirent sed dicere debuisset si aliquis vel si omnes. ¶ Nec obstare videtur si dicat qd ex quo omnes vniuersaliter instituit tam natos q nascituros similiter inter omnes videtur dictā substitutionē fecisse vel facere voluisse vt sic talia sint subiecta qualia predicata demonstrant.l.finali.§.cui dulcia.ff.de tritico vino et oleo lega.de fundo instru.l.iij.in prin.qz verum esset si proprius significatus verborum non repugnaret. Nemo enim videt dixisse id cuius non suo nomine vel vocabulo appropriatus vsus est.ff.de supellec. leg.l.labeo.§.finali. Nec sufficit dicere presumēdum est testatorem sic voluisse postq non dixit:nec expressit. ff. de rebus dubijs.l.in ambiguo.de heredi.instituē. quod. circa princip. vsic. neqz eum quē voluit etc. Et patet. C.de testamē.l. iubemus. vbi testator voluit instituere plures:puta quattuor et hoc cōstabat et tamen non instituit nisi duos et dicitur ibi quod illi tantū habentur pro institutis et non alij quos scribere voluit et non scripsit.facit.l.finalis.ff.de iure codicillo. Sed in cōtrarium et pro dicta matre facit qz interdum cum expedit pro saluanda volūtate defuncti: de qua potest constare per coniecturas vna dictio ponitur et exponitur pro alia:vt not.glos.ff.de conditiō.et demon.l.eas causas.que incipit. Nam quelibet coniunctio.etc.

2 et in terminis nostris † qd dictio alter cadat interdum inter tria vel inter tres contra proprium significatum qn̄ expedit. est tex. cum glo.C.de hereti.l.quicunqz.§.vniuersi.et de furtis.l. ancille.super verbo altera:qz voluntas et intentio testatoris vel partium prefertur omni significationi verborum.C.de fideicom.l. cum virum.de lega.cum questio.in fine.que res pig.obli.pos.l. si.cū simil. Et hoc quando ex verbis prolatis et scriptis potest colligi cōiectura voluntatis.et per hoc tolluntur leges in contrarium alleg.que loquuntur quando non potest colligi ex his que scripta et dicta fuerunt. Sed hic non potest colligi. ¶ Primo ex eo quod non solum illi duo filij iam nati fuerunt instituti:sed etiam nascituri:vnde cum testator presumatur eos pariter dilexisse:similiter presumitur eis pariter prouidere voluisse in faciendo eis et inter eos omnes pupillarem substitutionem que est prouisio non grauamen.l.ex tribus.C.de inoffi.testa. et tanq fauorabilis est large interpretanda.c.odia.de reg.iur.de lib.et posthu.cum quidā. ¶ Secundo qz si aliud diceremus nō parua absurditas sequeretur quia si contigisset quod ambo filij primi matrimonij post mortem patris in pupillari etate mortui fuissent superstite fratre ex secundo matrimonio et superstite patruo:ipse patruus fuisset admissus ad eorum successionem non frater ex secundo matrimonio si dicimus ipsum non comprehendi in verbis dicte reciproce substitutiōis sed illos duos tantum:quia voluit quod ambobus mortuis patruus vocaret quod non est credendum fuisse de intentione testatoris vt voluerit patruum preferri sue posteritati.C.de fideicommis. cum acutissimi.eo maxime:quia etiam remota pupillari substitutione frater predictus et non patruus fuisset habiturus legitimam successionem eorum.ff.de vulga.et pupilla.substitutio.l. si filius qui patri versicul.presertim.quam reciprocam successionē credendum est patrem voluisse confirmare poti q infirmare.argumen.C.de impuber.et alijs substitutio.l. penulti. Preterea testator fuit vsus illis dictionib cadentibus inter duo vel duos tantum:quia non credidit debere alios filios habere: quod si credidisset verisimiliter alijs dictionibus fuisset vsus et sic adueniente casu inopinato debet esse pinde ac si illis alijs vsus fuisset prout in simili videmus de casu non expresso quem testator euenturum non putabat quoniam pro expresso habetur si euenit.C.de institutio.et substitutio.sub cōditio.fact.l.iij.ff.ad trebellia.mulier.de pac.l.tres fratres.§.finali in fine. Ex quib videtur quod iste fuerit et presumendū sit fuisse potius defectus notarij q testatoris et quod fuerit plus dictum q scriptum et sic non habeat hoc nocere veritati nec intentionem testatoris alterare.argumē.C.de testa.errore.et.l.si librarius.ff.de regulis iuris.ad hoc bene facit.l.quot.§.sed si nō in corpore.ff. de hered. instituē.vbi ille quem testator voluit instituere in semisse:et per errorem etiam testatoris non fuit scriptus nisi quadrante habetur pro instituto in semisse ratione predicta.et.l. qui quantā. de legatis primo. Et ista pars verior videtur et magis conformis intentioni testatoris et de iure sustentabilis.

1 ☞ Impetrāti beneficiū vacans eo qz alter accepit aliud beneficiū incōpatibile sufficit qd iste alter solum impetrauerit: lz non sit in pacifica possessione istius secundi beneficij.

De intellectu.c.lz episcopus de prebendis. et. c. commissa.§.j. de electioū.libro.vj.

¶ Consilium.cclxv.

In christi nomine amen.

1 ¶ † In primo articulo super quo maior vertit dubitatio puto dicēdum qd lz requiratur vt primū beneficium incōpatibile cū secūdo dicat vacare per assecutionem secūdi qd habuerit pacificā possessiōem secūdi.vt in.c.lz eps.de preben.lib.vj. Et qd nō dicat habuisse pacificam possessionem secundi si in ea non stetit aliquādiu.vt dicit glos.in.c. cōmissa. §.j.de electio.lib.vj.que lz loquatur in terminis illi.§. qui diuersi sunt a nostris tamē puto eum locū habere etiā in terminis nostris et in casu.d.c.lz:qz bene et bene cōsiderādo quātū ad hoc vertit eadē ratio lz in alijs possit dari ratio diuersitatis nec reperio doctorē aliquē scribentē facere in hoc differentiam inter casum.c.cōmissa.§.j.et casum.c.licet episcopus. ¶ Quantum ad id de quo queritur.scz quādo dicatur fuisse adept pacificā

possessionē. Et hoc quantū ad p̄iudiciuꝫ eius q̄ scd̄m beneficiū incōpatibile fuit Assecut⁹ ne sine sui culpa careat vtroq;. Naꝫ nō pōt sibi culpa imputari si ħꝫ beneficiū qd̄ forte pinguius est acceptauit q: lꝫ vnicuiq; suo cōmodo inuigilare sine alterius iniuria.l.j.§.idem ait aquā pluuiā.ff.de aqua pluuia.arcen. Et si possessio secūdi esset litigiosa vel ex cōtrouersia mota tēpore adeptionis eius vel etiā post infra modicū tēpus ⁊ in lite succūberet si diceret̄ ex ea vacasse p̄mū sine sui culpa careret vtroq; sed ⁊ si ex interuallo moueret̄ ne semper primū beneficiū stet in suspenso dicat̄ vacasse tolerat̄ ꝓpter hoc vt careant vtroq;: q: sufficere debet sibi ꝙ semel pacificā possessionē habuerit tamen vbi nō agit̄ de preiudicio ipsius qui fuit assecutus ħm incōpatibile qd̄ perdat primū. Sed agit̄ de iure impetrantis beneficiuꝫ primū tanꝙ̄ vacās per assecutionē secūdi nō debemus illud considerare q: impetrans primū tanꝙ̄ vacans per assecutioneꝫ secūdi nō habet querere nec inuestigare an habuerit pacificaꝫ possessionē secūdi vel nō q: hoc posset esse sibi occultuꝫ: sed sufficit qd̄ videat ipsuꝫ fore assecutū scd̄ꝫ incōpatibile vt ꝑ hoc possit impetrare primū tanꝙ̄ vacans etiā si possessio secundi sit nō pacifica ⁊ fortius si videat̄ prima facie pacifica q: nullus adhuc litem mouerat vel si mouerat impetrans ignorabat prout audio quod fuit in casu nostro lꝫ adhuc non trāsiuissent duo menses et sic non poterat adhuc de iure dici pacifica nec incommutabiliter.l.quicquid astringende.in fi.ff.de verbo.obliga.iūctis his que nota.per glo.⁊ Lapū in dicto.c.cōmissa.§.j. Sed forte lꝫ Lapus dicat de duobus mensibus q: tamē nullus tex.iuris ciuilis vel canonici hoc declarat possemus dicere quod relinquitur hoc arbitrio iudicis.per.l.j.§.ait pretor.ff.de iure delibe.⁊ per.l.quo enim.§.j.rem ratā haberi:⁊ nota docto.in materia pactorū quando dicatur fieri incontinenti[a] ⁊ est iudicandum ħm subiectam materiam. Sed debemus solū considerare vt videam⁹ an bene vel male impetrauerit primū tanꝙ̄ vacans per assecutioneꝫ secundi an in lite mota super secundo beneficio obtinuerit vel non ille qui secūdo fuit assecutus ⁊ sic an sibi remanserit vel ablatū fuerit scd̄m quia in primo casu si obtinuit ⁊ sibi remansit videtur impetrās primū tanꝙ̄ vacans bene impetrasse quia nunc propter victoriam in secundo apparet primū statim vacasse cum sit perinde ac si litē mouens nunꝙ̄ mouisset ex quo succubuit ⁊ beneficium nō abstulit.argu.optimum.ff.de euic.l.habere licere.circa finē: sed si nunꝙ̄ mota fuisset claruꝫ foret apud intelligentes quod impetrans bene impetrasset licet possessio secundi non esset tempore impetrationis pacifica sed litigiosa postꝙ̄ litigium euanuit alias daretur materia colludendi q: qui assecutus est scd̄m videns alium impetrasse primuꝫ si vellet illud impetranti auferre ⁊ facere ꝙ alter haberet submitteret motorem controuersie si nondum transiuerant duo menses a die adeptionis secundi ⁊ faceret qd̄ ille vel alius impetraret tanꝙ̄ vacaturum per lapsum duorum mensiū ⁊ postea cum mouente litem transigeret vel cōponeret sicut creditur fuisse factum in casu nostro per ea que percepi oretenus: talibus autem malitijs est obuiandum.l.in fundo.in fine.ff.de rei vendi. Futurus ergo litis euentus declarare debet an bene impetrauerit vel non.l.sed ⁊ si quis.§.j.ff.de vsufruc.⁊ iure fisci.l.iij.§.quando autem.videtur ergo mihi ⁊c.

a ¶ Incontinēti. Vide dn̄m Alex. de imol. in cōsil.vlti. in vlti.col.in fine in.iij. parte. et in cōsil. cxviij. i.j.col.ea. parte.⁊ in consilio xlij.in.j.col. in quarta parte.

¶ Casus talis est.

¶ Cum. A.et. B.essent socij simpliciter nō ex cōuentione omniū bonorū. A.matri sue in quadā possessione successit: que possessio de cōi durāte societate semper refecta ⁊ sustētata fuit ⁊ similiter illius fructus cōmunicati. Inter dictos dissoluit̄ cōsensu dicta societas q: conueniūt amplius a cōmunione nō stare fructibus adhuc pēdētibus: q: nec frumētuꝫ excussuꝫ ex spica: nec vua recollecta: immo nonduꝫ matura. Modo queritur cuius esse debeant dicti fructus maxime vindemia: cum adhuc quando vinum conficitur realis diuisio bonorum facta nō sit: an cōmunes an solius. A.

1 ☞ Licet societas realiter non sit diuisa sed verbis tantum: fructus tamen fundi alias communes pendentes sunt domini ipsius fundi nec cōmunicantur.

¶ Consilium.cclxvj.

In christi nomine amē.

1 ¶ † Et dicendū est qd̄ cōmunes cū nondū videatur dissoluta societas: ex quo ralis diuisio non est facta ⁊ maxime cū verbalis illa diuisio iam extantibus fructibus facta sit ⁊ cū de cōmuni refecta fuerit ⁊c. in cōtrarium ꝙ solius. A. nō immo solo consensu dissoluit̄ societas quantū ad hoc vt de cetero lucra ⁊ dāna nō sint cōmunia.l.verꝫ.§.fi.cū simil.ff.pro socio. Sed ad propositū nostrū dicit̄ ꝙ illi⁹ sunt fructus pendentes cuius est solū cū sint pars soli.l.fi.que in frau.credi.l.si vsufruc.messem.quibus mod.vsufru.amit.sed solum est solius. A.ergo ⁊c. Nec ob. q: etiaꝫ durante societate solum erat ipsius. A. q: huiusmodi nō cōmunicant̄.l.si societatem.cū seq.ff.pro socio nisi expresse cōmunicent̄.sic loquit̄.l.iij.eo.titu.⁊ tamē fructus fuerunt cōmunicati: immo debuerūt de iure cōmunicari.l.actione.§.qd̄ dicimus.pro socio.in fine glo. ergo nō videt̄ verū qd̄ cuius est solū sint fructus: nam illud est propter naturā societatis oīum bonorum que est inter eos: sed vbi nō est societas eius sunt fructus cuius est solum. Sed si dominiuꝫ dicte possessionis ab initio fuisset cōmunicatuꝫ tūc per solam verbalē diuisionē non esset ipsius. A. nisi realis diuisio ⁊ traditio interuenisset.l.si diuisione.C.famil.hercis.⁊ per consequens fructus essent cōmunes sicut solū. Sed vt supra dixi talis possessio ex successione materna ad ipsum. A. deuoluta nō fuit cōmunicata. Sed in dominio solius. A.remansit. vt supra dixi.facit.l.cum in plures.§.messem.ff.locati.vbi colonus partiarius cum quo debent esse cōmunes fructus fundi: in parte sua non habet ius quousq; sint recollecti: ⁊ recollecti dicuntur quando frumentū est ex spica excussum ⁊ forte reconditū in orreo vel vua precisa ⁊ coacta.vt not in preallcg.l. si vsufru. messem.⁊.d.§.messem.⁊ si de communi hec possessio refecta fuit etiā fructus communicati fuerunt fructus autem cum talibus sumptibus computantur.l.sumptus.de rei vendi. Et si sumptus isto anno facti essent eorum ratio habenda est aliter. Et istam partem de iure veram puto Ego Angel.de castro vtriusq; iuris minimus doctor filius dn̄i Pauli de castro. saluo iudicio cuiuslibet melius sentientis.

¶ Casus talis est.

¶ Quidam testator in vltimo suo testamento certis nepotibus suis ex transuerso certa fecit legata iubens predictos nepotes hic fore tacitos ⁊ contentos vniuersales vero fecit heredes. A filiam suam legitimā ⁊ naturalē ⁊. B.nepotem suum ex predicta filia equis portionibus. Et si dictus. B.decederet sine filijs masculis legitimis ⁊ naturalib⁹ substituit. A. vl' filios masculos ex ea descendentes. Et si. A.decederet absq; filio vel filijs masculis vl' descēdētibus legitimis ⁊ naturalib⁹ voluit bona sua deuenire in dictos nepotes ex transuerso quibus descēdentibus sine filijs legitimis ⁊ naturalibus voluit dicta bona deuenire in certum hospitale quod fabricari fecerat ipse testator ⁊ inter pauperes dispēsari mortuo testatore p̄dicto orta lite ⁊ questiōe de dc̄is bonis inter predictos. A.⁊. B.ex parte vna ⁊ dictos nepotes transuersales ex altera ꝓlatis nōnullis sententijs in fauorem heredū institutorū tandem deuentū est ad compromissum in dn̄m. C.tunc dominū. Vincētie tanꝙ̄ in arbitrū ⁊ arbitratorem de iure ⁊ facto electū de partiū consensu qui viam compromissi secutus protulit sententiaꝫ seu arbitramētum vt dicta bona equis portionib⁹ diuiderent̄: vcꝫ vt medietas remaneret apud heredes institutos. Alia v̄o medietas pertineat ad dictos nepotes ex trāsuerso. Et ita ambe partes laudauerunt sn̄iaꝫ ac bona inter se diuiserunt facientes adinuicē sibi finem ⁊ quietationē renūciantes dicte partes expresse sponte et libere per pactuꝫ solēne iuramento firmatū omni iuri qd̄ ipsis partibus vl' alteri ipsarū de presenti cōpeteret vel in futurū cōpetere posset ratione testamēti ⁊ cuiuslibet vltime voluntatis dicti testatoris quibus voluerūt esse derogatū per dictū cōpromissuꝫ ⁊ arbitramētum dantes sibi partes adinuicem plenam licentiam de bonis diuisis disponendi ⁊ alienandi inter viuos ⁊ vltima volūtate nō obstātibus testamētis ⁊ vltimis volūtatibus antedictis vacantibus alienationē dictorū bonorū ⁊ renūciauerūt partes omni exceptioni ⁊c. vt oīa hic patent ex instrumētis cōpromissi finis ⁊ diuisionis. Modo cōtigit ꝙ. A. filia eq̄l'r cū. B. ei⁹ filio ħ̄rio īstituta decessit superstite. B. vnico ei⁹ filio sup̄uiuēs ꝙ̄ plura ex dictis bōis aliēauit ī vita insup cū filios nō h̄ret in testō suo certos instituit h̄des dubitat̄ mō nūquid dict⁹. B. potuerit dicta bōa ī vita alienare ⁊ de reliq̄s ad ei⁹ libitū in vltīa volūtate disponere cū in testō dicti quōdā testatoris fuerit grauat⁹ si decederet absq; liberis masculis restituere predictis nepotibus ⁊ eis deficiētibus dicto hospitali.

1 ☞ Fili⁹ grauat⁹ restituere patruelib⁹ facta etiā substōne eisdē de hospitali pōt alienare.iiij.vncias ꝑ legitima ⁊ duas ꝑ trebellianica nec pōt cōqueri hospitale lꝫ successerit in loco substitutorꝫ nepotū renūciantium fideicōmisso per transactionem.

2 Substitutus secundus efficitur primus quando persona primi de medio quoquo modo subducitur.

¶ Consilium.cclxvij.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Viuentibus dictis nepotibus ex trāsuerso venientibus prefatum hospitale nullum ius habet in dictis bonis nec etiam eis morientibus cum liberis cum fuerit

substitutū

substitutū sub conditione si dicti nepotes sine liberis decesse-rint. Et sic dicti emptores bonorū. Nec a dicto hospitali pos-sunt molestari ꝓpter defectū iuris ei⁹ etiā si ipsi nō bene emis-sent.ff.si pars heredi.peta.l.j.§.j.in prin.si vsufru.pet.l.vti frui §.qd̄ si forte. Nec etiā a dictis nepotibus qꝛ in cōtractu trans-actionis de quo supra cōsenserūt licentiā dederūt dictis insti-tutis vt possent alienare bona que eis remanebant vnde etiaꝫ si cecidissent dicta bona in fideicō. eis debendo forent exclusi a retractando alienationes predictas ꝓpter dictū cōsensuꝫ.ff. de leg.j.l.nihil.§.oībus.C.de fideicōmis.l.quotiēs. Si vero cō tingat dictos nepotes ex transuerso sine liberis decedere ꝛ sic extare cōditioneꝫ sub qua fuit eis substitutū hospitale tūc ad-huc vsqꝫ ad quātitatē legitime que debebat̄ filie testatoris que erat tertia pars oīuꝫ bonoꝛuꝫ.vt in autentica nouissima .C. de inoffi.testa.remanebunt alienationes predicte firme ꝛ nō pote-runt impugnari per dictuꝫ hospitale qꝛ in dicta tertia non po-tuit ipsa filia vel eius filius a testatore grauari[a].l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.testa.ꝛ sic non cadit in generali fideicō.l. coheredi.§.cuꝫ filie.ff.de vulga.ꝛ pupil.ver.nec fideicō. posito quod sit relictuꝫ ad piā causaꝫ:vt patet ex nota.in.l.papi.§.j.vꝰ ij.ff.de inoffi.testa.ꝛ.l.si quis ad declinādaꝫ.C.de episco. ꝛ cler. ꝛ in.c.si pater.de testa.lib.vj. Et si dicta bona alienata vsqꝫ ad quantitatē legitime cōputari debent in ea ꝛ alienationes de-bent firme remanere si non apparet quod dolose ꝛ maliciose fa cte fuerint iuxta ea que plene habentur ꝛ not.in.l.marcellus.§. res que.ff.ad trebel.quatenus autē alienationes predicte trā-scenderent summā legitime vt qꝛ tota dimidia que remāsit di-ctis institutis fuisset alienata tunc potest esse dubiuꝫ vtrū etiā pro illo quod est vltra puta de tertia ad dimidiā remaneāt alie nationes firme ꝛ irretractabiles quasi etiā illud deberetur pre dictis ambobus institutis pro trebel. Et dubiū facit qꝛ si fidei com.debebatur dictis fratribus seu nepotibus ex transuerso venientibus quod videtur ex eo qꝛ ipsi fuerūt substituti primo loco p̄fatis institutis sed hospitale scd̄o loco dictis fratribus primo substitutis tunc dicti instituti vel heredes eorū possent aduersus eos.scꝫ fratres p̄dictos seu nepotes detrahere treb. sed ipsi primi fideicō.aduersus fm̄ fideicō.scꝫ hospitale substi-tutum eis nō habent ius detrahendi tam de iure cōmuni.ff.ad treb.l.j.§.inde neratius.cum ibi plene no.ꝙ etiā de iure specia li qꝛ locus pius aduersus quē sicut cessat falcidia.C.ad.l.falci. auť.similiter.ita ꝛ trebel.iuxta plene nota.per Bar.in.l.marcel lus.ff.ad trebel.remanerēt ergo dicte alienationes firme etiaꝫ pro eo qd̄ est vltra legitimā ꝛ sic pro tota dimidia debita ratiōe legitime ꝛ trebel.vt no.in.d.§.res que. Sed in cōtrariū facit:qꝛ immo dictuꝫ fideicō.primo loco ꝛ recta via debebit̄ hospitali: ex eo qꝛ dicti fratres seu nepotes ex trāsuerso primo loco substi tuti in cōpositione quā fecerūt cū dictis institutis renunciaue-rūt omni fideicōmisso qd̄ sperabāt virtute testamēti. Et sic di-ctum fideicō.remāsit penes institutos cū illo onere cū quo ite-rum erat ad dictos fratres:si nō renūciassent.vcꝫ vt si ipsi deces serint sine liberis bona perueniāt ad hospitale.l.j.§. pro scd̄o. cū seq.C.de cad.tollen.vnde dictū hospitale subductis perso-nis dictoꝝ fratrū repudiantiū videt̄ inspiciendū tanꝙ imme-diate substitutū dictis institutis ꝛ primo loco.ff.ad.l.fal.l. cum dotem.que bene facit.† Nam scd̄s substitut⁹ efficit̄ primus qn̄ persona primi de medio quoquo modo subducit̄.ff.de vulga.et pupil.coheredi.ꝛ in prin.ꝛ.l.si titius.arg.ff.qui potio.in pig.ha bean.l.ij.ꝛ qd̄ no.Bar.in.l.ꝙdiu.in fi.La grande.ff.de acq. he red.ꝛ si sic est cessaret treb.aduersus hospitale:vt dictū est:et sic alienationes nō remanerent firme vltra quantitateꝫ legitime. Breuiter ista possent procedere si dicti fratres primo loco sub stituti renūciassent fideicō.qꝛ noluissent se oneribus heredita-rijs implicare sed in casu nostro renūciauerūt ex eo qꝛ quod po terant ex illo consequi post mortē institutoꝝ habuerūt ꝛ cōse-cuti fuerunt illis viuentibus.vcꝫ dimidiam oīuꝫ bonoꝝ. Nam ꝛ si dicta cōpositio facta nō fuisset post mortē dictoꝝ instituto rum nō potuissent dicti fratres virtute dicti fideicō.plus cōseq ꝙ dimidiā.altera vero dimidia remāsisset penes heredes insti-tutorum pro legitima ꝛ trebel.ꝛ alienationes facte de ipsa re-mansissent firme per iam dicta ergo ꝛ nunc qꝛ per dictā renūcia tionem nihil remansit penes institutos quod peruenturū fuis-set ad dictos fratres substitutos si renūciatio facta nō fuisset: ꝛ sic fuit potius facti ꝙ iuris sicut cū creditoꝛ solutione sibi fa-cta liberat soluentem cum per solutionem iam esset liberatus. C.de solutio.l. inductum.

¶ Cōcludo ergo quod mortuis dictis fratribus sine liberis ho-spitale solum poterit petere dimidiam que ad eos peruenit: de qua nil detrahetur et dictas alienationes inquietare non poterit.

Laus deo.

¶ Et ita dico ꝛ consulo ego Paulus de castro vtriusqꝫ iuris do ctoꝛ:ꝛ ad fidem me subscripsi ꝛ sigillaui.

1 ¶ Substitutio secunda non expirat etiam si moriantur pri mi substituti viuente herede cui substituebantur.

2 Mortuo vno ex substitutis etiam ante tempus acquisitionis pars eius accrescit alijs.

3 Heres grauati ex persona filij testatoris detrahit legitimam: ꝛ falcidiam etiam non confecto inuētario per filium de bonis testantis parētis ꝛ ideo alienata non retractantur.

4 Trebellianica non perditur per non confectionē inuētarij fm̄ cōmunem opinio.

Fructus interim percepti an debeāt cōputari in trebellianica.

5 Grauatus relinquens ad vitam vxoris vsusfructus non preiu dicat fideicommissario.

6 An adiens sine protestatione possit postea facere inuentariuꝫ. [a]

¶ Consilium.cclxviij.

In christi nomine amen.

¶ In questione que vertitur sup hereditate dn̄e Iuliane ꝛ ser Gasparis filij sui inter quēdā Ioā nem heredeꝫ ser Gasparis ex testamento ex par-te vna:ꝛ dn̄aꝫ Coronam filiam dicte domine Iuliane ꝛ soroꝛē dicti Gasparis filiosqꝫ ipsius domine Corone substitute pre-fato Gaspari mediante persona filiorum Gasparis predicti omnibus de ciuitate Feltri ex altera mihi Paulo de castro cōmissa consulenda per ambas partes promittentes inuicem stare in omnibus ꝛ per omnia huic consilio ꝛ declarationi mee ꝛ contra ipsum nil facere vel venire cum sint inuicem attinētes visis punctis mihi traditis per vtranqꝫ partem vna cuꝫ dubijs elicitis ex eis licet diuersis modis. ¶ Et omnibus simul con-iunctis ꝛ examinatis. Partibusqꝫ pluries auditis ꝛ visis earū scripturis plura recolligo discutienda fore inter eosdeꝫ quoꝝ primū hoc est ꝛ alia que postea sequuntur.

1 ¶ † Primū est vtrū substitutio facta de dicta dn̄a Corona in testamento dn̄e Iuliane locuꝫ sibi vendicauerit in casu nostro cuꝫ videatur fuisse facta principaliter filijs dicti ser Gasparis remanentibus post mortē patris cui primo loco fuerunt dicti filij substituti eis postea decedentibus substituta fuit domina Corona cuꝫ filij dicti Gasparis tēpore mortis dicti Gaspa-ris nō extarent. ¶ Ad qd̄ omissis que in cōtrariū dici possent dico dictā substitutionē locū sibi vendicasse qꝛ dicta bona pro-pter nō existentiā filioꝝ Gasparis tēpore sue mortis reman-serunt penes Gasparē cuꝫ onere substitutionis predicte facte filijs suis cū vtraqꝫ esset fideicōmissaria tam facta sibi de suis filijs ꝙ facta filijs suis de dicta Corona ꝛ etiaꝫ de soroꝛe ipsi⁹ dn̄e Corone filijs dicti Gasparis per ea que nota. Bartol. in l.quādiu.La grande.in fine.ff.de acquir.here.ꝛ.l.j.§. pro secū-do.C.de caducis tollen.

2 ¶ † Secundo queritur quid de portione domine ꝫanine soro-ris dicte domine Corone substitute vna cuꝫ ea filijs dicti Gas-paris que mortua fuit viuente dicto Gaspare. ¶ Respōdeo quod accreuit dn̄e Corone cōiuncte sibi institutione re ꝛ ver-bis.vt in.d.§.pro secūdo.ꝛ sic est perinde ac si sola dn̄a Corona fuisset substituta in bonis dicte dn̄e Iuliane.

3 ¶ † Tertio queritur an Ioānes predictus heres dicti Gas-paris qui tenetur dicte dn̄e Corone ad restitutionē dictoꝝ bo norum quondaꝫ dn̄e Iuliane possit ex persona dicti Gasparis filij dn̄e Iuliane detrahere legitimā ꝛ trebellianicam debitam dicto Gaspari in bonis sue matris scilicet domine Iuliane. ¶ Ad quod respondetur quod de legitima non est dubium in qua grauari non potuit per matrem eius.C.de inofficioso te-stamento.l.quoniam in prioribus.nec perditur per non confe-ctionem inuentarij.ergo ꝛc.C.ad legem falcidiam.l. quāꝙ. sed de trebellianica dubium est quia dicitur quod Gaspar non cō fecit inuentarium de bonis sue matris tamen adhuc idem dicē

4 dum est quia doctores tenent communiter † quod nec illa per-

b ditur per non confectionem inuentarij[b] vt not. Barto.in.l.mar cellus.ff.ad trebellianum fm̄ Iaco.de bel.ꝛ nota in addi. Spe-cul.de instru.edit.§. dicto.in additio.que incipit. de trebellia. dubitatur ꝛc. Et sic dictus Ioannes potest retinere dimidiaꝫ dicte hereditatis pro legitima et trebellianica cum fideicom-missum non esset purum sed conditionale relictum post morteꝫ Gasparis fm̄ ea que habentur in.l.quamquā.C.ad legem fal-cidiam.ꝛ in capitulo Raynutius.ꝛ in capitulo Raynaldus. de testamen.que dimidia hereditatis ascendit ad.cccc.cum bo na valeant octingenta vt dicitur. Et in qua trebellianica non debent computari fructus interim percepti per Gasparem cū esset de liberis primi gradus ꝛ rogat⁹ restituere filijs suis aut eis non extantibus sororibus eius.C.ad trebel.l. iubemus,

[a] ¶ Grauari. Add̄ do. Pe. phil.coꝛ.in cō-sil.ccciij.in lra. A.ꝛ seq.ꝛ i cō sil.cccxx. in lit-tera. K. et se-quenti.in p̄ria parte.

[b] ¶ Inuentarij ¶ Vide eun-dem Paul. s. in cōsil.xxxvj. per totuꝫ.ꝛ qd̄ ibideꝫ dictum fuit in apostil. ꝛ in cōsil.lxvij. numer.iiij.ꝛ in consil .cxcviij. numero qnto.

Quarto queritur quid de bonis venditis ⁊ alienatis per Gasparem de hereditate dicte domine Juliane an poterunt vendicari per dictam dominam Coronam substitutā cum subiacerēt restitutioni sibi fiende. Respondeo non quia computantur in dictam legitimam ⁊ trebellianicam cum non fuerint malitiose alienata ⁊ in vita dicte domine Corone vt not. per glo. ⁊ doc. in. l. marcellus. §. res que. ff. ad trebel. ⁊ not. in. l. fin. §. sin autem auaricie. C. communia de legat. Et cum vt dicitur valeant. cccl. restat dictus Joannes heres Gasparis habere. 50. pro dicta legitima ⁊ trebellianica que detrahet de reliquis bonis ⁊ in eis computatur legatum ei factuz ſm ea que not. in. l. in quarta. ff. ad. l. falci. Est etiā alia ratio quare dicte venditiones nō debēt retractari q᷑ facte ab ignorante ⁊ ignorātibus cū vt dicit᷑ dict⁹ Gaspar nō haberet notitiaz testamenti dn̄e Juliane nec sciret ea subiacere restitutioni. per. l. fi. §. fi. ff. de leg. ij. Non ergo expedit querere an facta retractatione venditionū emptores habeant regressuz cōtra Joannem heredez venditoris cum retractari non possint vt dixi.

5 † Quinto queritur de legato facto per Gasparez vxori sue ad vitam eius de quodaz manso qui fuerat de hereditate dicte domine Juliane cum conditione qd̄ post illius mortez redeat ad filios dn̄e Corone ⁊ ad dictū Joannē heredē Gasparis valeat ⁊ potuerit in eo apponi dicta conditio. Breuiter rn̄detur qd̄ in p̄iudiciuz dn̄e Corone nō valet nec potuit opponi dicta conditio cū cadat in substitutione predicta facta de ipsa et sic pōt ab ea peti ⁊ vendicari de presenti. Sed si queritur an valeat in preiudiciū dicti Joannis heredis vt sic teneatur illi ad estimationem videtur q̄ sic. per. l. si alienam. C. de lega. contrarium videtur verius q᷑ Gaspar putabat mansuz illuz esse suuz irreuocabiliter ex successione dn̄e Juliane nec sciebat ip̄z subiacere restitutioni fiende dn̄e Corone q᷑ vt dicitur non potuit vnq̄ videre testamētū sue matris vnde videt᷑ reliquisse ratione iuris sui qd̄ putabat durare post mortē suam cum nō duraret ⁊ sic fuit erronea sua voluntas ⁊ opi. igit᷑ ⁊c. C. de lega. l. vxor patrui. ff. de vsufru. leg. l. sticho. ff. de lega. j. l. seruum sibi. in princi. ⁊ no. in. l. si domus. §. de euictione. eo. titu. per glo. ⁊ docto.

6 † Sexto queritur q᷑ dictus Joannes cū gessit se pro herede Gasparis non fuit protestatus de cōfectione inuentarij fiēda an possit postea facere vt sibi prosit. Ang. de Perusio videtur tenere qd̄ nō in. l. hec stipulatio. ff. si cui plus q̄ per. l. fal. puto contrariū q᷑ illud procederet si dixisset se adire animo certo ⁊ deliberato q᷑ hereditas erat soluēda. vt. l. fi. §. j. C. de iure delibe. qd̄ hic nō fuit. Et ideo sufficit qd̄ infra tēpus debitū post aditionē cōficiat. ea. l. §. si autem dubius. Et sufficit qd̄ infra tres mēses incipiat ⁊ perficiat lꝫ nō inchoauerit infra. xxx. dies vt ibi not. ⁊. e. l. §. si vero postq̄ ſm cōem opi. docto.

Et ex predictis puto respōsuz fore ad oīa dubia que fiūt inter partes predictas ſm puncta et informationes mihi tradita et traditas per ipsas. Laus deo.

Et ita dico et cōsulo ego Paulus de castro vtriusqꝫ iuris doctor ⁊ ad fidem me subscripsi ⁊ sigillaui.

1 ☞ Si vnus ex tribus socijs non est in mora soluendi partē suam emptorum ⁊ totuz alteri soluerint non est propterea parte lucri fraudandus.

2 Et quid si per confessionem sociorum soluentium solum probatur societas et an si sit extraiudicialis probet tam pro se q̄ contra se.

Consilium. cclxix.

In christi nomine amen.

1 † Viso processu agitato inter Ariginū de soluapetentē ex p̄te vna. ⁊ Bertramū pertini ⁊ Simonē de saluaneis ciues Pergami se defendētes ex altera sup quadam societate que dicit᷑ fuisse ɔ̄cta inter eos ad emēdū guadū. Visaqꝫ petitiōe dicti Arigini ⁊ attestationib⁹ receptis super eo qd̄ querit᷑ que debeāt esse partes iudicare debentiū in cōdēnando vel absoluēdo cōuētos cōsidero naturaliter ⁊ etiā iuridice incedēdo super isto negotio q̄ si de societate que pretēdit᷑ fuisse ɔ̄cta inter eos appareret per scripturā vel per testes ita ⁊ taliter q̄ si de dicto guado empto ⁊ vēdito per dictū Bertramum ⁊ Symonē fuisset perditū ⁊ non lucrū factū posset dictus Ariginus cōpelli ad participāduz damnū sicut ipse petit istos cōpelli ad cōmunicandū lucrū factū ſm qd̄ est de natura societatis. l. cū duobus. §. quidā sagariā. in fine. ff. pro socio. res videretur esse clara. vcꝫ q̄ si Arigino non existente in mora soluēdi tertiam partez precij que ipsuz tangebat prefati Bertram⁹ ⁊ Symon de propria pecunia emissent ⁊ soluissent totū preciū non propterea Ariginus foret exclusus a societate vel participatione lucri sed posset offerendo nunc quod ipsum tangit cuz omni interesse predictorum petere partem lucri quia hoc exigeret bona fides que maxime inter eos est seruanda cum vicez fraternitatis obtineat. ff. pro socio. l. verum in principio. vt pre dicti communi nomine ⁊ ad communem vtilitatem censeantur emisse postq̄ sibijnuicem fidem dederunt de hoc faciendo nec eis licuisset hoc facere proprio nomine ⁊ illum Ariginum supplantare quia fidem rupissent. arg. C. de dolo. l. j. cum simili. et probatur in dicta. l. cum duobus. in fine principij. ff. pro socio. versicul. si vero id actum ⁊c. et optime probatur in fine in. l. iiij. §. si ab ignoto. ver. vnde queri poterit. ff. de manumis. ⁊ qd̄ not. Bar. in. l. qui in aliena. §. si is qui. ff. de acqui. heredi. Sed si dictus Ariginus fuisset in mora soluendi partē suam potuissent illi emere proprio noīe ⁊ lucruz ei nō cōmunicare ⁊ hoc pbat᷑ in dicto. §. si ab ignoto. versi. siue hoc acto nūmos seruus nō dederit ⁊c. q᷑ frustra petit debitum qui qd̄ debuit nō impleuit vt in regula iuris frustra. ff. de edil. edic. ediles. §. fi. Nō enī tenebantur illi duo si nolebant soluere partem tangentez Ariginū de sua pecunia ad illius vtilitatem. Unde si emptio non poterat aliter fieri nisi solueretur totum precium. Et ille requisitus partem sibi tangentem non soluit. potuissent illi duo proprio nomine ipsorum emere nec fidez rupissent sed ille potius rupisset eis non faciendo quod sibi incūbebat vt societas sortiretur optatum finē vnde ⁊ teneret᷑ alijs acti. pro socio ad interesse si propter hoc quod ille non soluebat partem suaz fuisset emptio impedita q᷑ non potuissent alij soluere totum precium dicta. l. cum duobus. §. si quis societatem ad emendum ⁊c. ff. pro socio fortius si soluere potuerunt ne ille teneatur ad interesse potuissent emere nomine proprio ⁊ lucrum pro se retinere q᷑ benigni⁹ est hoc cum ille de hoc non sentiat damnum licet nec lucrum. ff. que in frau. credi. l. ait pretor. §. simili modo. quarum rerū acti. non detur. l. j. §. si manumisero. in fine.

2 † Uerum quia in casu nostro non apparet de ista societate per instrumentum publicum nec per scripturam de manu partium nec per testes deponentes se interfuisse contractui. sed solum deponunt de confessione Symonis ⁊ Bertrami posito quod eam probarent tamen illa non prodesset eis ad cogendum Ariginum subire damnum si fuisset perdituz de guado: immo tunc sciuisset negare societatem ⁊ est verisimile quod negaret similiter nō debet ei prodesse ad consequendum partem lucri quia non fuisset contrarium postulaturus. C. de solutio. l. penultima. de petitio. hered. si ⁊ rem ⁊ precium. Et quia iniquum esset vt dictus Ariginus posset illos compellere ad dandum sibi partem lucri cum nihil soluerit in emptiōe ⁊ tamē illi nō possent illū cōpellere ad subeundum partem damni vt est bonus tex. in simil. ff. manda. l. iij. que incipit preterea. in fine. iūcta. l. qui bona. §. si quis q᷑. in fine. de dam. infec. Nam nō seruaretur equalitas inter eos quod esse non debet. C. cōmu. diui. l. penulti. in fi. ff. pro socio. si non fuerit. ⁊. d. §. quidā sagariaꝫ. Et aperiret᷑ via malitie: q᷑ dictus Ariginus taceret quousqꝫ videret an de guado perderetur vel lucrum fieret qd̄ non est tolerandum: vt in simili not. Cy. post Petrum. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necessaria. si tutor. iuncta. l. in fundo. ff. de rei ven. Preterea in casu nostro non est probata confessio predictorum cū testes sint omnes singulares ⁊ vnus non deponit de illa confessione de qua deponit alter. ergo ⁊c. c. licet. causam. de probatio. Et posito quod esset probata confessio non est per eam probata societas: q᷑ cum facta fuerit parte absente non facit plenam probationem sed semiplenam[a]. c. fi. de succes. ab intest. et per Bart. in. l. admonendi. ff. de iureiuran. Et posito quod faceret plenam probationē tamen fuit conditionata scilicet quod facta fuit cum pacto: qd̄ nisi ille solueret partē cōtingentez in termino non intelligeret᷑ habere partem in societate: vnde debet vel in totum repudiari: ⁊ si accepter᷑ in eo quod facit pro se debet acceptari in eo quod facit contra se. ff. depositi. publia. in fine. in autenti. de iureiurādo a mo. presti. in fine. ibi necessitatis ⁊c. ⁊ quod not. Cy. in. l. j. de confes. in. xiij. q. Sed ipse non probauit se soluisse in termino quod habebat necesse facere. C. de probatio. ff. eo. l. ij.

Concluditur ergo partes iudicis esse in absoluēdo cōuentos a petitis ⁊ in condemnando victum victoribus in expensis q᷑ temere litigauit. Laus deo.

Casus.

Stante supradicta sentētia quod monasterium debeat in possessionē mitti terrarum ⁊c. soluta tamen prius ipsis de Zoctulis estimatione melioramentorum in dictis terris impensorum et iure deducendorum. Syndicus monasterij post legitimam moram petijt executionem dicte sententie dicens alio non expectato eam debere executioni mandari: et maxime in vallibus et in his in quibus nulla melioramenta fuerunt facta offerens inquantum domino iudici videatur etiam pro dictis melioramentis

[a] Sed semiplenam. Adde idem per Rapha. fulg. in cōsilio. cxcvij. in ij. col. in ver. super eo. in fi. ꝟ. ⁊ do. Maria. sozi. in cōsilio. viij. statiꝫ post mediuz. ij. col. in. j. parte. ⁊. d. Alex. de imol. in consil. clxvj. vlti. col. ver. nō obstat etiā qd̄ dicitur contrariuz tamē ⁊ cōtra Bar. in dicta. l. admonēdi. tenere videtur do. Alex. ī consilio. clij. in vlti. col. in ver. ⁊ si contra. ibi. circa mediū. ꝟ. ibi nō obstat. ⁊ in cōsil. cliiij. in vlti. col. ver. preterea p̄supponitur. in. v. parte. Et vide Fran. de aret. in cōsil. xxxvj. ī p̄n. j. col. vbi idē qd̄ Paul. hic ⁊ do. Pet. phil. cor. in cōsil. cxiij. in lr̄a. R. La. ij. in p̄ma parte.

mentis vnum expromissorem idoneū dare dictis de Zoctulis:
immo ⁊ si ius velit ⁊ congruum depositum facere taxatione de-
bite quantitatis per dominum iudicem legitime facta. Obij-
citur per prelibatos de Zoctulis ꝙ multa melioramenta fece
runt ⁊ ꝙ pro eis prius satisfieri debeat eisdem ⁊ ꝙ non debeat
monasterium in possessionem aliquorum bonorum premissoruꝫ
poni: nisi oīm prius congrua satisfactione facta. Dicunt em̄ di
cti de Zoctulis ꝙ certā quantitatē predictarū terrarū disbo-
scauerunt reducendo eas ad terras cultiuas: ⁊ ꝙ certam quan-
titatem redegerunt ad terrā pratiuā ⁊ certā ad terras vineatas
⁊ brolluas. vcꝫ faciendo plantationes ipsarū vitium opiorū sa
licum nucum ⁊ aliarū arborū fructiferarū ⁊ illas educando: in
super dicunt se fecisse certa edificia domorū ⁊ tegetum: vnā co-
lumbariam ⁊ certū puteum. ¶ Item pendēte hac lite dicunt se
fecisse certam fornacē: lꝫ sine voluntate mona. vtpote contradi
cente. Pro quibus oībus sibi satisfieri petunt legitime dedu-
centes q̄tum cōiter dicta melioramenta cuilibet cōstitissent et
deducentes certā estimationē predictorum. Sed ex aduerso ꝓ
parte ipsius monasterij dicitur monasteriū poni debere in pos-
sessionem ſm tenorem sniē oīm petitorū: ⁊ maxime vallium ⁊ ne
morum. ¶ Item ⁊ pratorū terrarūqꝫ in quibus nil impensum
melioramēti apparet. Tum qꝛ ea sentētia nulla videt̄ in ea ꝑte
q̄ respicit solutionē melioramētorꝝ cū non cōtineat̄ in ea a quo
vel a quibus dicta melioramēta sint soluēda: ⁊ sic impersonali-
tas videt̄ ibi vitiare dictā partem sniē. Et cū sit circa exceptio-
nem siue factū ex quo datur exceptio: cetera pars sniē firma ma
net. ¶ Item ⁊ cū iudex debuerit prius de ipsis melioramentis
cognoscere ⁊ certā suꝑ ipsis ferre sniam. Unde cū nec ex snīa ip
sa nec ex actis habeat̄ dictorū melioramentorū certitudo nō vi
detur dicta snīa in ea parte valere. ¶ Item qꝛ p̄supposito ꝙ va
leret in ea parte cū sit vel videat̄ impersonalitas adiecta v̄bis
executiuis videt̄ monasteriū liberari dādo idoneū expromisso-
rem sicut se facturum offert ⁊c. ¶ Item qꝛ non pōt retineri vna
res ob melioramentorū impensum in alia re: ⁊ per ꝯn̄s absqꝫ du
bitatione in rebus in quibus impēsum nō est fieri debet execu-
tio sine exceptiōe aliqua. ¶ Item quia circa partē melioramē-
torum impensoruꝫ replicatur pro parte dicti mona. ꝙ dicti de
Zoctulis habuerūt ligna disboscationis ob q̄ quilibet in his
partibus libenter disboscationē facit. ¶ Item qꝛ habuerūt di-
ctas terras ad nouenniū pro modica pensione vt disboscationē
facerēt ⁊ ad culturā dictas terras reducerent: ob quā rem nil re
tineri eis ob dictā cām debet. ¶ Item dicit̄ ꝙ de alijs meliora-
mentis factis: vcꝫ de vineis ⁊ arboribus plantatis ⁊ educatis
nil debent habere pro expensis plantarū: ⁊ educatio modica est
prelibatis q̄ oīno terras p̄dictas laborabāt. ¶ Item qꝛ ⁊ si ma
gna foret debet cū fructibus ꝑceptis cōpensari: cū fructus non
dicant̄ nisi deducta expensa. ¶ Item qꝛ principaliter dicta im
pendia facta fuerūt grā fructuū ⁊ ad ꝓpriā ipsorū vtilitatē: vñ
non debet inspici ꝙ in cōsequentiā tendant in vtilitatē perpe-
tuam terrarū ⁊ mona. ¶ Item qꝛ plantatio dictarū arboruꝫ re
mota a mona. nullius vtilitatis eidē extat: lꝫ alijs propinquis
vtilis forsan foret. Et circa melioramēta edificiorū similiter ꝓ
parte dicti monasterij replicat̄ ꝙ aliqua gratia fructuum q̄ren-
dorum aut colendorū principaliter sunt facta ⁊ modica expēsa
ipsorū non debet refici: magna vero cū perceptis fructibus cō-
pensatur. ¶ Itē ꝙ non oīa necessaria vel vtilia ipis terris sunt
cum nō egerent tot edificijs attenta quātitate ⁊ qualitate eorū
ac attenta qualitate loci vbi sunt situata ⁊ etiaꝫ non sunt vtilia
vel necessaria dicto monasterio qō maxime de colūbaria ⁊ cer-
tis domibus videtur clarū. ¶ Item qꝛ monasteriū non tenetur
soluere dicta melioramēta si vult vel eligat qō dicti de Zoctu-
lis possint sua edificia auferre. ¶ Itē ꝙ dando quantū p̄dicti
haberēt de ipsis ablatis pōt illa retinere. Et per ꝯn̄s videtur ꝙ
monasteriū teneat̄ tm̄ ad impensam ꝑ prelibatos factā ꝑ quam
sint meliorata. ¶ Item ꝙ teneatur ad tm̄ quantum illi de abla
to edificio forent habituri.

¶ Petitur premissis oībus ⁊ singulis consiliū impartiri ⁊ maxi-
me si dicta melioramēta solui debeant an nō. Et si qua soluēda
sunt q̄ sint illa ⁊ qualiter solui debeāt vt ⁊ deprehēdi latius po
terit ex allegationibus in hac re factis. ¶ Item petit̄ consiliuꝫ
an cū fructibus perceptis ꝑ predictos post finitā inuestituram
fieri valeat cōpensatio. Cum illos nullo modo debuerint lucra
ri: sed debeant̄ monasterio: vel an saltem valeant in alio iudicio
peti. ⁊ qualiter. Et alia circa p̄dicta consulat prout viderit dn̄s
consulens expedire.

1 ☞ Sentētia iudicis condēnantis bona restitui solutis pri⁹
melioramentis an mittat̄ executioni in rebus non melioratis
nō solutis melioramentis melioratarum.

2 Verba dubia ad iuris intellectū sunt reducenda.

3 An talis snīa exequi debeat in melioratis data cautiōe de sol-
uendo qn̄ melioramenta fuerint liquida.

De quibus melioramētis habenda sit ratio qn̄ conductores re
stituunt ecclesie bona ⁊ possessiones.

4 Et quid si isti coloni successerūt eis qui melioramenta fecerūt
quid debeant probare.

¶ Consilium. cclxx.

IN christi nomine amē.

¶ Uiso puncto suprascripto ⁊ etiā multis alle
gationibus factis suꝑ eo in fauoreꝫ monasterij.
Et presuppositis sine p̄iudicio veritatis duob⁹
de quibus p̄sentialiter disputare nō intendo vi
delꝫ ꝙ illa cōditio apposita in snīa. s. soluta prius ipsis de Zo
ctulis estimatione melioramentorū iure deducendorū ⁊c. nō vi
tietur rōne impersonalitatis qꝛ non dicit̄ ibi per quē debeat so
lutio fieri. Cuꝫ videat̄ debere intelligi scꝫ per monasteriū in cu
ius vtilitatē tendunt melioramēta facta in rebus p̄dictis perti
nentibus ad ipsum ⁊ ad ipsum ꝑ dictā sniam redeuntibus. ff. de
rei ven. l. emptor. in prin. C. ꝙ metus cā. l. iij. cum ibi no. in. j. glo.
magna nec etiā vitietur rōne incertitudinis qꝛ non specificatur
quātitas dicte estimationis cū dicta ꝯditio respiciat accessoria
circa possessiones de quibus principaliter agebatur ⁊ sic incer-
titudo p̄dicta non habet vitiare. l. si in emptio. in prin. ff. de con
trahen. emp. de actio. emp. l. si q̄s cuꝫ fundū. ⁊ qō no. Inno. de or
di. cog. cū dilect⁹. post princ. de dona. inter dilectos. ⁊ Bal. post
Cy. in. l. j. C. si secū. nup. mulier. Et pōt fieri liquidatio tp̄e exe-
cutionis. iuxta no. in. l. j. in prin. magne glo. ff. de eden. ⁊. l. j. de le
ga. ij. per bar. circa finem.

¶ His dico premissis ad euitandam confusionem dicendorū plu
1 ra per ordinem sunt videnda. ¶ † Primo vtruꝫ dicta executio
sit fienda in vallibus ⁊ possessionibus in quibus apparet nul-
la melioramēta fuisse facta anteq̄ aliquid soluatur de meliora-
mentis factis in alijs. Ad quod breuiter respondeo ꝙ sic nam
verba dicte sententie dum dicunt soluta tamē prius ⁊c. possunt
salua ratione recti sermonis dupliciter intelligi. ¶ Primo ꝙ
illa dictio prius intelligatur. s. ꝙ dicti de Zoctulis relaxēt ali
quam de petijs terrarum ad quas relaxandas fuerunt in p̄sen-
ti particulariter condemnati ⁊ tunc faceret ꝓ eis. Sed si iudex
hoc voluisset nullam in se rationem habuisset: qm̄ de iure nō de
bet vna res retineri pro expensis factis in alia re vt no. in. l. si nō
sortem. §. si centum. in fi. ff. de condi. indebi. per doc. Lex autem
non presumit iudicem voluisse aliquid contra ius quando ver-
bis suis potest salua ratione recti sermonis dari alius intelle-
ctus qui sit ſm ius. C. de offi. ciui. iudi. in. l. ij. ibi qō nō arbitra-
mur. ⁊ qō no. Inno. in. c. innotuit. de eo qui fur. ordi. susce. facit
quod in simili no. in. l. j. §. fi. ff. ad munici. ¶ Scdō modo potest
intelligi prius scꝫ q̄ relaxentur petie terraruꝫ in quibus facta
sunt dicta melioramēta vt sic ista limitatio que apponitur in il
lo versiculo soluta tamen ⁊c. Circa precedentem generalitatem
de omnibus petijs terre restrigatur ad illas species seu petias
terre quibus de iure congruit. Non autem referatur ad illas q̄
bus de iure non congruit prout in simili nota. in. l. si idem cū eo
dem. §. de iurisdi. om. iudi. ⁊ quod no. glo. in. l. si negocium. C. de
neg. gest. ⁊ quod no. in. l. talis scriptura. ff. de leg. j. Et si hoc vo
luit iudex tunc faciunt ista verba pro monasterio ⁊ ita creden-
dum est eum voluisse qꝛ per hoc confirmauit se dispositioni iu-
2 ris communis † ⁊ clarum est ꝙ verba dubia reduci debent ad
iuris intellectum vt no. glo. ff. de iure do. l. sed nisi. ⁊. l. curatores
§. fi. ff. de admi. reruꝫ ad ciui. perti. Et quia ista interpretatio vi
tio caret ⁊ nihil est quod prohibeat eā fieri fienda est. l. quotiēs
de reb. dub. de reg. iu. l. quotiens idem sermo. de legi. l. in ambi-
gua. ¶ Non ergo curanduꝫ ꝙ dicatur tenere sententia quo ad
omnes petias terre postq̄ non fuerunt specificate. l. scire debe-
mus. ff. de verb. oblig. tunc enim de hoc esset curandum quādo
q̄reret̄ an posset valere quo ad q̄sdā: quo ad q̄sdā nō cū repiat̄
quod vna ⁊ eadem sententia non potest pro parte valere ꝓ par-
te non. ff. fa. her. in hoc iudicio. ¶ Sed quando vna sentētia cō
tinet plures res separatas ⁊ non connexas qꝛ sequens limita-
tio simpliciter facta ad eas possit restringi ad aliquas earum
quibus de iure congruit ⁊ non extendatur ad alias quib⁹ non
a congruat hoc non reperitur de iure prohibitū [a] immo sic ⁊ non
aliter est fiendum: si ratio recti sermonis patitur aliter secus. vt
si apposuisset dictionem collectiuam vcꝫ ꝙ nullam tenerent̄ re
laxare predicti nisi solutis melioramentis factis in quibusdaꝫ
earum. l. si necessarias. §. si annua. ff. de pig. actio. qꝛ tunc verba
glosari non possent. ad quod bene facit qō no. Cy. post Pe. C.
de excep. si ex maiore.

a ¶ Prohibitū Uide. d. Alex. de imo. in ꝯsil. c. in vlti. col. in iiij. parte.

¶ Concludo ergo fiendam esse executionem in illis petijs terrarꝫ
in quibus apparet nulla melioramēta fuisse facta etiam nō so-

lutis melioramentis factis in alijs ⁊ etiam non datis fideiussoribus de soluendo: qm̄ in illis censetur fuisse facta cōdemnatio ad relaxandam pure ⁊ simpliciter ⁊ sine limitatione que sequit̄ in versiculo soluta tamen prius ⁊c. Cum illa debet referri solum ad illas in quibus melioramenta facta sunt quia hoc est iuri consonum ⁊ verba sententie hoc patiuntur. l. ab omnibus. ff. de lega. j.

¶ † Secundo vidēdum est quid in alijs in quibus facta sunt melioramenta. Utrum fienda sit executio in illis prestitis fideiussoribus de soluendo postq̄ apparuerit quid ⁊ quantum sit soluendum ⁊ que melioramenta veniant estimanda cum dicantur esse plura diuersorum generum ⁊ qualitatum ⁊ sit dubiū an oīa vel quedam eorum sint emendanda. Et videtur q̄ sic ne impediatur executio que debet habere causam expeditā ⁊ contra eā non admittuntur exceptiones habentes altiorem indaginē sed reseruantur post factam executionem cum in executione summarie procedatur. ff. de re iudi. l. a diuo pio. §. si super rebus. iūcta. l. ille a quo. §. si testamēto. ff. ad treb. ⁊ qd̄ no. Bar. in. exceptione nullitatis sententie opposita in executione in. l. iiij. §. condēnatum. eo. tit. de re iudi. ¶ Et videtur de hoc casus. ff. de statu lib. l. statuliber. rationum. in prin. Ubi conditio reddendarum rationum apposita in relicto libertatis que importat restitutionem reliquorum. ff. de conditio. ⁊ demonstra. l. cum seruus. propter obscuritatem impletur per dationem fideiussoruʒ ne impediatur libertas vel differatur. ¶ Sed in contrariuʒ facit finis illius. l. vbi dicitur q̄ si fuit apposita conditio dandi non rationis reddende que principaliter sonat in factam. vt. d. l. cum seruus. non impletur per dationē fideiussoris sed debet impleri in forma sic. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. item liberatur. §. j. de cōsti. pecu. l. promissor. §. si.

¶ Breuiter omissis pluribus que dici possent. Ista secūda pars videtur verior quia verba sententie sunt clara quia dicunt soluta prius ⁊c. Unde non est admittenda questio voluntatis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij. Sciebat enim iudex quid ⁊ quantum foret restituenduʒ pro melioramentis ⁊ quod istud erat inuestigandum ⁊ hoc fieri voluit quia noluit solui nisi ea q̄ de iure soluenda essent. Cum subiunxit ⁊ iure deducendorū ⁊c. ¶ Et tamen voluit q̄ ista fierēt priusq̄ executio ⁊ relaxatio fieret. Possunt enim illi dicere hodie constat ⁊c. i. constare potest que ⁊ quanta sunt dicta melioramenta. ff. vt in pos. lega. l. si is a quo. in prin. Nec enim subest periculum in differendo executionem per aliquos dies quousq̄ ꝑ arbitros illuc mittendos hoc videatur ⁊ reportetur iudici more solito ⁊ per iudicem terminetur. l. ab arbitro. qui satisda. cog. Allegata vero in contrarium procederent qn̄ in differendo subesset periculuʒ: vt in casu. l. ille a quo. §. j. ad treb. ne fideicōmissum morte instituti intercideret vel qn̄ excep. non perueniret ex tenore ipsius sententie vt est excep. nullitatis probande extrinsecus. Sed hic ex ipso tenore ꝓuenit propter illam conditionē: soluta tn̄ prius ⁊c. vt no. in. d. §. condemnatum.

¶ Tertio principaliter videndum est que sint iste expense melioramentorum que de iure veniant restituende. ⁊ discurrendo per singulas dico primo q̄ expense deboscatiōis non sunt restituēde primo: quia ille pertinebant ad culturam fundorum que cultura consistit in arando ⁊ serēdo. ff. de aqua plu. ar. l. pe. §. de eo opere. de vi ⁊ vi arma. l. vim facit. ¶ Deboscatio vero preambulum est ad predicta cum fieri non possint sine ea ⁊ sic idem iuris debet esse de ipsa q̄ est de expensa facta in arando ⁊ serendo. argu. l. ad rem mobilem. ⁊. l. ad legatum. ff. de procu. ¶ Sed expēse facte in arando ⁊ serendo non veniunt repetende vel restituēde tum quia facte fructuum querendorū causa ⁊ sic veniunt cuʒ fructibus expensande. l. diuortio. §. impendia. ff. solu. matri. Tū qr consistunt in colendo fundos ad qd̄ faciënduʒ tenebantur ⁊ cogi poterant quoniam ad hoc receperant. ff. de vsufru. l. iteʒ si fundi. circa prin. ibi cogi eum pos. recte colere. Et per cōsequēs debebat suo sumptu prestare in hoc operas. ff. de oper. liber. l. suo sumptu ergo ⁊c. idem est dicendum in operis deboscatiōis que est preambulum ad culturam. Item quia dicit q̄ plus vtilitatis percipitur ex deboscatione propter ligna q̄ sit impēsa vnde quidam deboscant libenter ad mediam partem lignorū. Itē terra nouiter deboscata si aretur ⁊ seratur reddit in duplo vel in triplo plusq̄ solita seminari. Compensent ergo dictam impensam factam in deboscatione cuʒ pinguedine terre ⁊ duplicatione vel triplicatione redditūum. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. fi. versi. sicut aūt omnis pinguedo ⁊c. ⁊ qd̄ no. in. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. per glo. ¶ De expensa vero facta in plantādo arbores de nouo vel vites ⁊ illas curando licet ille pertineant ad perpetuam rei vtilitatem quia durant vltra tempus cōductionis fm̄ no. per Bar. in. l. antepenul. ff. de impen. ⁊ licet predicti non tenerentur hoc facere nisi in locum demortuarū alias subrogare. ff. de vsufruc. l. agri. fm̄ tamen q̄ ibi no. in glo. quia tenētur veteres conseruare si tamen sponte hoc fecerunt talis impēsa non dicitur necessaria sed vel vtilis vel voluntaria. Si enim ex dictis arboribus nulla vel modica vtilitas resultare pōt monasterio quia sunt arbores non fructifere sed pertinent dumtaxat ad pulchritudinem vel amenitatem fundi tunc computātur inter voluntarias nec possunt repeti per viam actionis vel exceptiōis nec etiam euelli de fundo cuius pars effecte sunt. ff. de rei ven. l. si fundi possessor. Ideo dimittende sunt ⁊ cedere debēt lucro monasterij sicut alie que separationeʒ non recipiunt. ff. de impen. l. pro voluntarijs. in fin. ¶ Si vero monasterium percepturum sit vtilitatem vt si esset oliuetum vel essent arbores necessarie ad sustentationem vitium tunc ad expensas factas in illis teneretur monasterium ⁊ ope exceptionis posset excludi per l. colonus que est. l. penul. ff. loc. ⁊ per viam actionis posset eis prouideri per. l. dominus. §. j. eo. ti. quia dicerentur vtiles. l. qd̄ dicitur. §. fi. cum. l. seq. ff. de impen. sicut expense facte in plantādo vineas nec in talibus locum haberet abrasio. per. d. l. si fundi. ff. de rei ven. Bar. autem in. l. in fundo. de rei ven. videtur dicere q̄ tales expense facte in plantando cum in eis non habeat locum abrasio quoniam adiecte sunt per estimationē nullo modo repetuntur etiam per viaʒ exceptionis sed cedunt lucro fundi ⁊ domini eius sicut ⁊ facte in instruendo seruum. l. sin autem. §. fi. cum. l. seq. ff. de rei ven. ¶ Sed in cōtrarium videtur casus l. si sciens. C. de rei ven. in fi. ⁊ illud autem in bonefidei possessore qui expendit tanq̄ in re sua ⁊ sic neminem intēdebat obligare vt non habeat actio. sed exceptionem dumtaxat. l. si in area. de condi. indebi. in fi. Sed colonus qui expēdit tanq̄ in re aliena habet etiam act. ex conducto pro talibus vtilibus plantationibus. d. l. dominus horreorum. §. j. ⁊ etiam exceptionem. d. l. colonus. in prin. Item quod dixi reddendam fore estimationem meliorationis quando ex tali plantatione arboruʒ monasteriū percepturum esset vtilitatem procedit quando expensa plantationis ⁊ gubernationis esset magna vt oliuarum vel vinearuʒ. Si vero parua vel quasi nulla vt in salicibus ⁊ opijs in quorū plantatione nullus est quasi labor vel expensa nec in sustentatione si posite sunt ad sustentationem vitium: quoniam non zappantur de per se a vitibus sed sufficit eis vitiuʒ zappatio vt mihi dicitur tunc licet ex eis recipiatur non parua vtilitas attamē nil refundendum per monasterium. l. omnino. ff. de impen. ⁊ per l. hactenus. de vsufruc. ⁊ per. l. in fundo. ff. de rei ven. post princ. in versicu. ⁊ si plus. vbi patet q̄ si maior est vtilitas que accessit fundo ex impensa q̄ sit ipsa impensa nō repetitur nisi quod impensum est. Et sic econuerso si maior esset impēsa q̄ vtilitas nō repeteretur nisi estimatio vtilitatis. Ut sic semper id quod minus est repetatur ergo si nulla fuit expensa nil repetitur. l. illud §. minus. ff. de tributo. ⁊ si modica similiter. d. l. omnino. ⁊. l. hactenus. de vsufru. versi. modica. ⁊ qd̄ no. per Bar. in. l. cotem. §. qui maximus. de publica. in penul. col. quādo aūt magna: tunc distinguitur que maior an impensa an vtilitas accidēs vt dixi.

¶ Sed circa predicta occurrit talis dubitatio: naʒ predicta ꝓcedere possunt in colono qui colit iuxta mercedem vt repetere possit expensas vtiles que respiciunt perpetuam vtilitateʒ fundi: ⁊ forte tunc etiam si sint perpetue. vt. d. l. omnino. in fi. ⁊ etiaʒ in marito qui sustinet onera matrimonij que possunt excedere fructus dotis. Ille tamen non repetit paruas propter coniunctionem personarum: sed videtur eas donasse vt ibi ⁊. l. virū. fi. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ¶ Sʒ in colonis istis q̇ coluerūt ꝓ paruissima pensioū. vt dicitur. Et hoc ideo quia receperant ipsi et antecessores eorum ad meliorandum ⁊ de nouēnio in nouenniū renouabantur locationes. Uidetur dicendum idem qd̄ in emphiteotis qui recipiunt eodem modo pro modica pensioū. ⁊ ad meliorandum: ideo suas meliorationes non repetunt nec paruas nec magnas. C. de iure emphi. l. ij. versi. nulla. de sacrosanc. eccle. aut̄. qui rem. in fi. ⁊ in cor. vnde sumitur. ⁊ no. Bar. in. d. l. colonus. ff. loca. super glo. ¶ Sed certe illud verum quādo caderent de iure ipsorum propter eorum culpam vel defectum vt propter pensionem non solutam: licet in colono qui colit iuxta mercedem hoc non fit. vt. d. l. colonis. Si vero non propter eorum culpam cadunt a iure suo: sed solum ex eo quia finitum sit ius eorum tempore: vt est in casu nostro vel propter finitam generationem: tunc Bal. in vsi. feu. ti. hic finitur lex. deinde cōsuetu. reg. incip. c. j. §. si vasallus. Dicit feudatarium vel emphiteotam non debere perdere suas meliorationes [a] licet modicā pensionem solueret emphiteota ⁊ recepisset ad meliorandū sed dicit locum habere. d. §. si vasallus. Idē ergo dicēdum est in istis conductoribus ad non modicum tempus conducentibus cum eadem sit per omnia ratio. de fonte. l. j. ¶ Prefatus autem. §. si vasallus. dicit esse in electione domini soluere expensas meliorationis vel permittere eas auferre. Sed hoc procedit in his q̄ auferri

[a] ¶ Meliorationes. adde. d. Alex. de imo. ī cō̄si. xliiij. in pe. ⁊ vlt. col. in. iij. parte.

auferri possunt vt sunt edificia que non vniuntur cuz terra: sed dicuntur coherere solo per abrasionem: non sic in plantis que vniuntur ꝛ dicuntur coherere estimationem: ꝛ sic in eis non cadit abrasio.d.l.si fundi possessoꝛ.ff.de rei ven. Unde nō possunt coloni predicti cogi ad eas asportandū si nolunt sicut nec moñ. posset cogi ad patiendum eas asportari vt equalitas seruetur. C.communi diui.l.pe.in fi. Sed cogetur monasterium soluere dictas melioꝛationes magnas ꝛ non paruas ad similitudinem vsufructuarij cui videtur comparari ꝛ ad similitudinem bonefidei possessoꝛis.vt.l.si quis sciens.in fi.C.de rei vend.ꝛ quod.s. dixi. Nec ob.predictis ꝙ dicti conductores perceperunt fruct⁹ dictarum melioꝛationum:nam ꝛ maritus percipit:ꝛ tamen si ꝑpetuam vtilitatem fundi respiciunt preciuz earum recuperat.l. diuoꝛtio.in fi.ff.solu.matri. Similiter ꝛ emphiteota per iam dicta.satis enim est ꝙ differunt eas recuperare vsqꝫ ad solutū matrimonium vel finitam emphiteosim seu conductionem:ideo debent interiz in recompensatione fructibus gaudere ꝛ eos lucrari. Nec etiam ob.lex sumptus.ff.de rei ven.quia ibi loquitur in bonefidei possessoꝛe nullam causam habente a domino ꝑcipiendi fructus. Unde lꝫ eos lucretur propter bonāfidem debet eos cum impensis vtilibus compensare vsqꝫ ad concurrentem quātitatem:quatenus vero expenſ. fructuum quantitatē excedunt dñs repetere potest sicut in simili.ff.ad treb.l.in fideicō.ꝛ.l.mulier.§.si heres. Nos loquimur in colonis causam habentibus a dño fructus percipiendi ꝛ lucrādi qui foꝛtioꝛem habent cām vt cum fructibus non compensent.vt.d.l.colonus.in princi.ꝛ.l. dñs.§.j.ff.loca.

¶ † Ad vnum tamen aduertendum in quo totuz videtur consistere ꝙ dicti conductoꝛes si volunt detrahere dicta melioꝛamenta necesse habent ostēdere se ea fecisse vel illos quibus ipsi successerunt titulo vniuersali ꝛ hereditario vel titulo singulari cū cessione iurium illis competentium. per ea que leguntur ꝛ not. per glo.Cy.ꝛ Bar.in.l.iij.C.ꝙ me.causa.ꝛ ibi Bar.in.j.col.in versi.quero quid si precium ꝛc. Quod puto eis foꝛe difficile:et ideo propter probationis defectum possent de leui succumbere quoniam iudex in dicta sententia voluit illa tantuz restitui que de iure veniunt restituenda: hoc autem necesse habent probare excipientes.ff.de excep.l.j.de ꝓba.l.in exceptionibus. Sed nō sequitur isti coloni sunt in possessione: ergo dicta melioꝛamenta sunt eis restituenda:quia poterunt fieri ab alijs a quibus dicti coloni nullum titulum vel causam habuissent vniuersalē vel singularem quo casu non transiuisset ad istos ius excipiēdi fm Bal.in.d.l.iij.C.quod metus causa.ꝛ regula est ꝙ non probat hoc esse ꝛc.l.nō hoc.C.vñ cogna.ꝛ ꝙ dubia ꝓbatio ꝛc. vt in.c.in presentia.de probationi. Ideo si nō videret se posse probare ꝙ eis incumbit consulte facient concoꝛdare cum mona. arg.ff. de inoffi.testa.l.j.

¶ Quantum autem ad edificia siquidem sunt necessaria puta ꝓ laboratoꝛibus qui non possent aliter laboꝛare tunc cū tales expense computentur inter necessarias veniunt in distinctione restituende si facte probantur ab eis vel ab illis a quibus ipsi habuerunt causam.ff.de impen.l.j.cuz seq.C.de rei vē.l.domuz.in fi. ¶ Si vero voluntarie ꝛ vtiles tunc locum dico habere id qō dicitur in.c.j.§.si vasallus. in titulo hic finiť lex. in vsibus feu. quem.§.dicit ibi Bal.locum habere in emphiteosi ꝛ eadem ratione dico ipsum locum habere in istis conductoꝛibus qui assimilantur emphiteotis sicut in simili contractus innominati iudicantur fm naturam contractuū nominatoꝛum quibus assimilantur ff.cōmoda.l.eum qui.§.si rem depositi.l.j.§.si quis seruū de p̄scrip.verbis.si gratuitam.§.j.sed in.d.§.si vasallus. diciť ꝙ dñs habet electi.an soluat expensas vel permittat vasallo ꝙ auferat ꝛ si eligeret secundam parteꝫ non audiretur dñs volēs soluere vasallo id ꝙ reperiretur de ruderib⁹ ꝛ ꝙ edificia dimitteret dicit secus in bonefidei possessoꝛe qui nullā habet causaꝫ a domino.ff.de rei vendi.l.in fundo.ver.constituimus.fm Bal. qui ita no.in.d.§.si vasallus.ꝛ in auť.excipitur.C.de bonis ꝗ libe.qōest no. ¶ Et si dicatur quare nō datur eo modo electio in plantatis sicut in edificatis vt vel soluat vel permittat auferri. l.si fundi possessoꝛ.ff.de rei ven. Responsum est supra quia edificata non ita vniuntur cum terra sicut plantata postꝙ̄ radices emiserunt. Et predicta vera nisi dicta edificia facta fuissent de voluntate monasterij vel nisi monasterium fuisset ea facturum quia tunc non esset danda dicta electio sed precise soluēda esset estimatio.d.l.in fundo.in princi.

¶ Illud autem notandum ꝙ fructus percepti per dictos conductores post finitū tp̄s locatiōis expresse vel tacite idest post denegatam relocationem per monasterium debent predicti cuz expensis vtilibus vel necessarijs compensare cum ad eos non pertineant sed veniant restituendi monasterio.ff. de rei vend.l. fructus in fine. Laus deo.

¶ Et ita dico ꝛ cōsulo Ego Paulus de castro vtriusqꝫ iuris doctoꝛ ꝛ ad fidem me subscripsi ꝛ sigillaui.

¶ Idem iuris esse dico in dubijs suprascriptis vt.s.in consilio cōclusuz est. Ego Prosdocimus de comitibus iuris vtriusqꝫ doctoꝛ ꝛ ad fidem me subscripsi ꝛ sigillo consueto muniui.

¶ Idem ꝙ supra elegantissime ac copiosissime consultuz est de iure esse videtur mihi Angelo Joannis perigli de perusio legum doctoꝛi de subscriptione requisito solum adijciens quantuz ad id qō vltimo loco per superius consulentem dicitur ꝙ expensa edificioꝛum restitui debeat vt estimatio dictaruz expensarū fieri debeat fm valoꝛem dictoꝛum edificioꝛuz habito respectu ad tempus presens non autem ad tempus quo dicta edificia facta fuerunt per tex.in hoc notabileꝫ in.l.domos hereditarias.ff.de leg.j.per quem tex.dicit ibi etiam Bar. ꝙ si heres reficiēdo domum sibi legatam expendit centum postea superuenit ꝙ edificium verisimiliter durare non potest nisi quinqꝫ annis estimabitur prout quod nunc valet ꝛ non quantum heres expendit. Cum interim heres cōmoditatem dicti edificij habuerit ꝙ idē precise dicendum est in casu nostro propter rationis identitatē l.illud.ad.l.aquil.cum si. Et ad fidem prescriptoꝛū propria manu me subscripsi meoqꝫ solito sigillo sigillare feci consilio saniori semper saluo.

1 Utrum ꝑ verba collectiua.si oēs si vterqꝫ si ambo :ꝛ similia.inducatur tacita substitutio saltē fideicōmissaria.

2 Et quando substituitur vltimo moriēti quid veniat in hac substitutione.

3 Quid operetur clausula codicillaris qñ testamentū est ruptuz preteritione filie post testamentum nate.

¶ Consilium.cclxxj.

In christi nomine amē.

¶ Quamꝙ̄ multa scripta fuerint in hoc negocio tam copioseꝙ̄ solenniter per diuersos cōsulentes:res tamen in paucis cōsistit: ideo potest ad breue compendium deduci. Uidetur eniz ꝙ dictus Joannes galeaz filius Galeaz non possit partem hereditatis ꝛ bonoꝛum dicti Manfredi senioꝛis in qua fuit institutus Thomas pater dicti Manfredi iunioꝛis consequi vel vēdicare ex testamēto dicti Manfredi senioꝛis a dicta filia Mā fredi iunioꝛis seu tutoꝛibus eius qm̄ licet in testamento Mā fredi senioꝛis filij ꝛ nepotes eius heredes instituti fuerint etiā adinuicem substituti si contingeret aliquem vel aliquos eoꝛum sine liberis masculis alio vel alijs eoꝛum superstitibus decedere:liberi tamen masculi eoꝛum si cum eis decederent non reperiuntur in testamento predicto fuisse inuicem expresse si sine liberis decederent substituti lꝫ etiam eis si omnes decessserint sine liberis masculis fuerit facta substitutio de dño Antonio episcopo Albe.filio Manfredi veteris si tunc viueret ꝛ de quodā

1 Georgio ꝛ filijs suis masculis si tunc non viueret. ¶ † Ex quibus verbis si omnes decesserint sine liberis ꝛc.nō inducitur reciproca substitutio inter eos quibus fit substitutio post moꝛtē omnium:sed dumtaxat ius legitime successionis censetur inter eos reseruatum.C.de inpube.ꝛ alijs substi.l.penul.ꝛ ibi nota. ¶ Nam dictio vterqꝫ de qua ibi est dictio collectiua duoꝛū sicut dictio omnes collectiua plurium iuxta no.per doc. in.l.hoc articulo.ff.de here.insti. ¶ Unde sicut dicendo si vterqꝫ decesserit in pupillari etate vel si ambo non inducitur reciproca substitutio inter pupillos sed reseruatio legitime successionis vt ibi. ꝛ.l.qui suos.ff.de vulg.ꝛ pupil.ita ꝛ dicēdo si omnes si sunt plu

2 res ꝙ̄ duo. ¶ † Preterea ꝛ substitutio facta post moꝛtem om

a nium censetur facta vltimo moꝛienti [a].l.codicillis. post prin.ff. de vsufru.lega.sed cum fit vltimo moꝛienti nō censentur superstites premoꝛientibus substituti sed ius legitime successiōis reseruatum inter eos.l.vel singulis.ff.de vulg.ꝛ pupil. ¶ Nō ergo potest iste Joannes galeaz venire ex tacita reciproca substitutione quasi ipse fuerit substitutus Manfredo iunioꝛi. Nec iure legitime successionis quoniam in illa prefertur vbi filia dicti Manfredi.C.de suis ꝛ legi.auť.in successione.ꝛ in coꝛpoꝛe vnde sumitur.ad quam legitimam successionem res ista fuit deducta per natiuitatem dicte filie preterite que nascēdo rupit testamentum Manfredi iunioꝛis patris sui in quo erat institutus dictus Joānes galeaz.ff.de iniust. testa.l.iij.in prin. Unde nec ex dicto testamēto videtur posse venire qꝛ ruptum ꝑ filie natiuitatem nec ab intestato qꝛ filia sibi preferť nec ex testamento Manfredi senioꝛis tanꝙ̄ substitut⁹ tacite Manfredo iunioꝛi qꝛ substitutus non fuit vt dixi.

¶ Quibus tamen non obstantibus dicendum est contrarium ꝙ

a ¶ Moriēti. Quō ꝛ qñ substitutio videať facta vltīo moriēti. Uide.d. Alex. de imo.ī cōsi.lv.in.xj.colū.in.iiij.ptc. ꝛ in cōsi.cvij.i.iij. col.ca.parte.

Immo potest hic venire ex tacita reciproca substitutione ⁊ sic ex testamēto Manfredi senioris. Nam verum est ꝙ ex appositio ne dictionis collectiue non inducitur reciproca substitutio di recta vt pupillaris vel vulgaris: qm̄ directa institutio vel substitutio non debet fieri tacite vel per coniecturas. sed palam et expresse. C. de testa. l. iubemus. ista vero esset tacita ⁊ coniecturata sed obliqua precaria seu fideicom. substitutio bene potest fieri tacite ⁊ per coniecturas. l. cum proponeretur. ff. de lega. ij. Et hoc voluit ibi glo. finalis in fi. dum allegat pro contraria legem illam iubemus. C. de testa. ⁊ non soluit sed doctores antiq̄ ita soluebant ⁊ bene. quia casus est per quem deciditur ista questio in. l. titia seyo. §. seya libertis. ff. de leg. ij. sez ꝙ fideicommissum relictum ab vltimo moriente facit eos videri tacite ⁊ reciproce per fideicommis. substitutos sed vt dixi fideicom. relictū post mortem omnium censetur relictum ab vltimo moriente per l. codicillis. ff. de vsufruc. lega. quod tamen dixi verum est quando factum fuit fideicom. super tota re pluribus relicta secus si super portione vltimi morientis tantum. l. eum qui. in tex. ⁊ glo. ff. ad trebel. in prima solu. contrarij: hic autez substitutio facta de domino Antonio episcopo ⁊ de quodam alio post mortē omnium masculorū fuit facta super hereditate relicta masculis ergo ⁊c. ¶ Preterea tunc est verum ꝙ censetur reseruatuz ius legitime successionis adinuicem: quando illud ius infallibiliter competeret inter eos quia loquuntur leges in contrarium allegate quia loquuntur ex duobus vel pluribus pupillis fratribꝰ quorum alter alteri succedebat ab intestato nec poterat premoriens illud auferre superstiti per testamentum cum testari non potuerit pupillus vnde satis saluatur mens ⁊ intentio testatoris ex illa reseruatione que mens ⁊ intentio fuit vt de vno in alterum perueniat postꝙ̄ noluit substitutum venire nisi post mortem omnium. Sed si tale ius inuicem non competeret non censeret testator de reseruatione talis iuris cogitasse puta si essent pupilli ex diuersis matribus superesset mater primi morientis que in successione intestati filij prefertur fratri ex vno latere tātum coniuncto. C. ad tertul. auf. defuncto. certe tunc in substitutione eius facta si decesserit in pupillari etate nō censetur testator cogitasse de tali iure legitime successionis ꝯseruando qđ inter eos minime locuz haberet ideo substitutus vocaretur statiz primo mortuo in pupillari etate ſm ꝙ ibi notant moderni scribentes ⁊ bene q2 superstes nec ex tacita reciproca pupillari substitutione potest vocari quia illa nō inducitur inter eos vt. s. dixi licet ex dispositione legali bene possit induci tacita pupillaris ⁊ tacita vulgaris in casibus a iure expressis. l. iam hoc iure. de vul. ⁊ pupil. ¶ Sed in non expressis non inducitur ex cōiecturis generaliter sumptis vt. s. dixi. per illam. l. iubemus. ⁊ per no. in. d. l. cum proponeretur. nec potest superstes venire ab intestato stāte matre ideo substitutus vocatur similiter si tale ius legitime successionis competeret inter eos tamen posset auferri per primum moriētem vt si facta fuisset substitutio duobus maioribus sub cōditione si decesserit sine liberis. Nam primo moriens potest testari: alium ꝙ̄ superstitem instituere et ideo non censetur cogitatum tūc de reseruatione talis legitime successionis pro saluanda mente defuncti q2 non saluaretur ideo vt saluetur potius dicendum est ꝙ inducatur tacita reciproca ⁊ pcaria substitutio que potest induci vt. d. l. cuz proponeretur. alias frustra substituisset cum expressione nominis collectiui p qđ cōprehenditur ipsum de vno in alterum peruenire voluisse ex qua voluntate tacita fideicommissum inducitur. Cum igitur in casu nostro extet filia Manfredi iunioris que omnes alios trāsuersales etiam masculos excludit non potest dici fuisse cogitatum soluz de reseruatione legitime successionis inter masculos quia illud non erat infallibiliter competiturum masculis super viuentibus igitur potius videtur fuisse facta reciproca substitutio inter eos vt voluntas testatoris saluetur qui apponendo dictam collectam censetur voluisse de vno in alteruz deuenire ⁊ in defectum omnium ad substitutos. Preterea cum prohibuit bona alienari adiecta causa quia volebat eam remanere apud ipsos filios ⁊ eorum heredes quod intelligitur. i. filios masculos cum erga eos tantū habuerit affectionez vt apparet ex pluribus verbis ⁊ particulis testamenti. arg. l. qui filiarum. ff. de lega. j. ⁊ qđ no. Bar. in. l. fi. ff. ad trebel. iūcto eo ꝙ habetur in. l. ex facto. §. fi. eo. titu. censentur omnes liberi masculi inuitati ad fideicom. si in alium ꝙ̄ liberos masculos alienentur. ff. de leg. ij. l. peto. §. fratre. ⁊. l. vnum ex familia. §. ꝙ si talia. Posito autez ꝙ pdicta cessarent ⁊ ꝙ ex testamento Manfredi senioris peti nō posset dicta portio hereditatis q̄ fuit Thome patris Manfredi iunioris a dicta eius filia per dictum Joannem galeaz saltim ex testamento ipsius iunioris Manfredi potest peti tam illa ꝙ̄ etiam alia bona que fuerunt dicti Manfredi iunioris virtute clausule codicillaris in eo apposite si nō valet vel valebit.

3 ꝉ ꝙ verbum futuri temporis valebit comprehēdit casum quo rumpitur natiuitate posthumi. l. generaliter. §. testamento. ff. de fideicō. habetur ⁊ no. per Bar. in auf. ex causa. C. de libe. prete. vel exhere. siue sciuerit siue ignorauerit vxorem fore pregnantē quicquid dicat Bar. in. l. j. ff. de iure codi. in. vj. q. quem Bald. reprehēdit ⁊ verius quia censetur de posthumis tacite ⁊ implicite cogitasse ſm Bald. quod sufficit. l. qui iure militari. ff. de test. mili. Preterea etiam si opi. Bar. esset vera non haberet locum in casu nostro quo testator predictus sciuit vxorem suaz in eius vita peperisse filium ⁊ sic testamentum suum fore ruptū natiuitate illius preterite ⁊ habuit tempus mutandi testamentuz ⁊ non mutauit vnde censetur voluisse cum eodem testamento et clausula codicillari decedere vt no. i. l. athlete. §. dat remissionē. ff. de excu. tuto. de testa. mili. l. tractabatur. ⁊ sic nō potest dici ꝙ talis clausula ⁊ fideicom. quod ex ea inducitur careat voluntate defuncti posito ꝙ ab ipso principio caruisset sed iudicio noue voluntatis reconualuerit. ff. de lega. iij. l. j. §. j. de bono. poss. ſm tabu. qui ex liberis. §. testamento. Et sic cessat fundamentū Bar. debet tamen de tali fideicommisso vniuersali quod inducitur ex illa clausula: iuxta no. in. l. ex hac scriptura. ff. de testa. ⁊ de test. mili. querebatur. de iniusto testa. l. posthumus. §. si paganus. deduci legitima debita filie: sed quarta trebellianica non q2 fuit prohibita in testamento iunioris Manfredi: iuxta not. per Bar. in. l. marcel. Illud autem clarum est ꝙ dictus Joānes galeaz fideicō. vniuersalis si possidet iuste ⁊ sine vitio bona hereditaria Manfredi iunioris ⁊ incontinenti docet de iure suo legitimus est cōtradictor ⁊ ab eo nō pōt possessio aduocari. ff. ad treb. filiā fratribus. ⁊ ibi no. lz ante verbalē restitutionē possessionē bonorū occupauerit. Naz si post nulla esset dubitatio. Ex quibus pz ad oīa quesita breuis ⁊ clara rñsio. Laus deo.

¶ De pena rapientis mulierem honestam. lviij.

¶ Item ꝙ si quis per vim rapuerit mulierē honestā ⁊ ipsam adulterauerit seu stuprauerit capite puniatur. Si vero non per vim rapuerit sed alio quouismodo mulierem dummodo non sit meretrix publica vel famosa stuprauerit seu adulterauerit puniatur ⁊ condemnetur in libris centum paruorū. Et non intelligatur quem commisisse raptum mulieris nec violentiam si de nocte vel de die: aut in nocte vel in die reperta fuerit mulier esse in domo alicuius tertie persone dūmodo eam in dictam domū manifeste apparuerit aut probatum fuerit de violentia seu dolo. Quodq3 si aliquis tenuerit aliquā mulierem publice ⁊ palā vt concubinam aut amasiā vel focariam p mensem ⁊ vltra p ipsam talē non possit accusari denunciari: nec per aliquē aliuz ex eo ꝙ diceretur ipsum aliquam violentiā fecisse eidē mulieri seu amasie vel concubine vel eaz p vim carnaliter cognouisse. Et ꝙ qui sic publice tenuerit aliquam mulierez vt supra non possit dicta occasione puniri nec condemnari.

¶ Item ꝙ nullus corporaliter puniat̄ nisi lege municipali caueatur. Sed alias seu aliter puniatur pecunialiter arbitrio dñi potestatis dicte riperie inspecta cōditione persone ⁊ qualitate delicti. Et intelligatur lege municipali tantūdem punire quez pena corporali etiam vbi lege municipali cautum sit de puniendo arbitrio dñi potestatis aliquē in auere ⁊ persona: ⁊ etiā vbi dictum sit per hec verba: vcz in auere vel persona.

1 Qui rapuit mulierem que permiserat se stuprari non punitur pena raptus: quia non dicitur honesta si statutum hoc requirat.

¶ Consilium. cclxxij.

In christi nomine amē.

1 ¶ ꝉ Queritur viso dicto statuto. Si aliqs rapuerit quandam mulierē solutaz que pmiserat se stuprari tangi ⁊ osculari an dicatur rapuisse mulierem honestā vt sic puniatur pena raptus. videtur ꝙ sic per. l. stuprum. in prin. ff. de ritu nup. ¶ Sed glo. ibi legem illam intelligit in muliere nupta in qua etiaz si viuat inhoneste committitur adulterium ⁊ stuprum: ⁊ sic etiaz raptus non sic in soluta viuente inhoneste. C. de adul. l. que adulterium cum ibi not. Plus videtur velle glos. in. l. j. C. de raptu virgi. in prin. ꝙ licet in nupta etiam inhoneste viuente cōmittatur adulterium punibile non sic committitur crimen raptus in quo requiritur honestas in muliere. quam glo. tenet ibi Cyn. in addi. plus dicit ibi Angelus ꝙ nec adulterium committitur quantū ad penam masculi: sed quantum ad penam ipsius mulieris sic: que violat thorum mariti sui. ¶ Sed si non esset nupta non cōmitteretur stuprū punibile etiam quo ad eam. vt. d. l. que adulterium.

terium.in fine.Et si in effectu videtur dicendum q iste non commisit crimen raptus:quia honestatē suam amiserat illa mulier per prius faciendo vel permittēdo se stuprari.tex.est in.d.l.stuprum.in fi.ff.de ritu nup. ¶Posito etiam q illa prima stupratio deberet puniri:quia tunc honestatem suam non amiserat.l.inter liberos.§.j.ff.de adul.

¶Casus talis est.

¶Reverendus pater olim dñs episcopus. P. Emilianus eps Vincenti⁹ obtenta licentia testādi a sede apostolica de quibuscunq bonis mobilibus per eum licite acquisitis per ecclesiam: pro decentibus ⁊ honestis expensis sui funeris ⁊ remunerationē eorum qui sibi servierunt sive essent cōsanguinei sive alij iuxta servitij meritu3 vsq ad summā.5000.duca.auri. Prius tamen de oibus predictis bonis ere alieno ⁊ quibusdam alijs necessarijs reparationibus deductis:prout ex inspectiōe dicte littere apostolice asseritur contineri. Suū condidit testamentu3.
¶In quo tum pro relictis ad pias causas tum pro remuneratione meritoꝝ ac etiam liberationibus quorūdam debitorum suorum disposuit ⁊ ordinauit de multo maiori denarioꝝ summa q̄ sint duca.5000.⁊ ipse littere apostolice cōtineāt: vt in dicto testamēto plenius apparere pōt. Quod quidē testamentū cōtinet in se legata q̄ capiunt in saluo vero circa duca.9735.de veris denarijs.⁊ circa duca.1400.de imprestitis.

¶Mortuo vero predicto testatore ad cōpulsionem iudicis secularis cōmissarij predicti testatoris soluerūt pro nōnullis legatis contentis in dicto testamēto vsq ad summā duca. 3392.cu3 dimidio.de residuis vero soluti fuerunt cōputatis expēsis exequiarum duca.1330.⁊ hoc ante possessionem adeptam per dñm epm successorem.Condēnati quoq fuerunt ad soluendum monasterio de Murano duca.1100.de īprestitis iuxta testamentū predicti testatoris.Quod quidē monasteriū seu pro eo agētes intentum suū forte non sperātes cōsequi per iudices seculares de dicto legato:impetrauerunt a.S.d.nostri pape certos iudices delegatos contra dictos cōmissarios:ac etiam contra dñm epm Vincentium successorem:coram quibus dictos commissarios ac etia3 prefatum dñm epm traxerunt in cām:agentesq cōtra prefatum dñm epm successorem destiterunt agere cōtra cōmissarios coram prefatis iudicibus cōtra quos agere maxime debebant. Attenta sententia iudicis secularis obtenta contra predictos. Ac etiam attento qd̄ habent dicti cōmissarij in manibus suis tot bona dicti testatoris que ascendunt ad summa3 duca.8000.vel circa vtputa vasa argentea libri denarij ratia ⁊ alia supellectilia que ad filium vel nepotes dicti testatoris devenerant qui tanq cōmissarij dicti testatoris soluere tenentur possunt ⁊ debent legata oīa in dicto testamento contenta tanq de bonis dicti testatoris non obstante q asseratur per eos donationem ante mortē ipsius testatoris fuisse predictis filio ⁊ nepotibus factam de argentis atq libris:q̄ donatio modicu3 valere potest in detrimentum ecclesie ac etiam in damnū ⁊ iacturā ipsius successoris:⁊ que donatio effectum tm̄ fuit sortita post vitam dicti testatoris ⁊ non ante ⁊ sic in fraude3 iuris. Asseritur etiam per dictum Abbatem nonnulla residua spectantia dicto testatori ad manus epi successoris exacta fuisse vel exigenda q̄ sufficerent ad expensas reparandoꝝ ex negligentia dicti dñi P.testatoris:⁊ ad satisfaciendū legato predicti dñi Abbatis monasterij prefati ⁊c.cui responsum fuit per prefatum do. epm se adhuc ad solutionem dicti legati nō teneri cum dicta residua sint ⁊ esse debeant in sua tanq successoris ad que3 predicta spectant cu3 summa ⁊ quantitas per papam prefinita sit,in alijs legatis adimpleta.

¶Queritur an testator predictus potuerit testari vltra summa3 denariorum contentam in litteris facultatis testandi etiam ratione remunerationis servitiorum receptorum ⁊ expensarū funerum ⁊c.Cum ius commune de illis liberam facultatem testādi ⁊ erogandi vsq ad condignam remuneratiōnē tribuat ⁊ littere facultatis includere videantur in dicta summa legata pro remuneratione servitioꝝ ⁊ expensarum funerum ⁊c. In quib⁹ litteris talia verba habētur.Nec nō de quibuscunq bonis mobilibus ad te ꝑ ecclesiam licite acquisitis pro decentibus ⁊ honestis expensis tui funeris ⁊ remuneratione illoꝝ qui tibi servierūt sive sint cōsanguinei sive alij iuxta servitij meritum vsq ad summā.5000.duca. auri disponere ⁊ alias in pios ⁊ licitos vsus convertere possis.prius tamen ⁊c.

¶Queritur an monasterium de Murano potest inquietare prefatum episcopum successorem maxime cum cōmissarij extent q̄ habent in manibus eorū de bonis testatoris:vnde soluere possunt ⁊ contra quos primo actum est ⁊ obtentum per iudiciū secularē:ac etiā contra quos impetrate sunt littere apostolice.

¶Queritur etia3 ex quo commissarij dicti testatoris de bonis in eorum manibus pervenientis vsq ad summam denariorum in litteris facultatis contentam satisfacere potuissent legatis. Tamen hoc non obstante nonnulla quantitas denarioꝝ reperta sup imprestitis de bonis dicti testatoris defuncti acquisita ratione episcopatus que obligata erat futuro successori vendita est per eos:⁊ de ipsis denarijs satisfactum est pro nonnullis legatis dicti testatoris:licet alias per commissarios vt supra dictum est satisfieri potuisset.Que quidem venditio ⁊ satisfactio facta est ex imperio iudicij secularis. nūquid talia bona sint bene vendita ⁊ potuerunt vendi:⁊ an possint repeti per successorē episcopum vel per quem:⁊ a quibus an ab illis qui illos habebant an a commissarijs forte ad quorum instantiam exbursata ⁊ vendita fuerunt.

¶Queritur etiam presupposito sed non concesso q resta sive residua exacta de bonis predecessoris sive exigenda excederent summam denariorum de quibus fieri possit habiliter reparatio omnium edificiorum collapsorum ⁊ destructorum ob negligentiam ⁊c.Nunquid Abbas de Murano legatarius de duca.1100.imprestitis vel alius quicunq legatarius possit inquietare vel agere contra ipsum episcopum ratione ⁊ pro illa quantitate denariorum excedente cum fuerit alias soluta pro legatis quantitas contenta in litteris facultatis de duca.5000. denariorum.

¶Queritur an iocalia argentea libri ⁊ supellectilia filio nepotibus legata debeant prout in testamēto continetur cōputari in sortem.5000.duca.prout in litteris facultatis concedi asserit.

¶Queritur solutione facta ex satisfactione iuxta quantitate3 in litteris facultatis contentam.vc3 de.5000. duca.legatarijs nōnullis in testamento cōtentis qui vere legatarij erant pro quātitate quam receperunt:licet alij in testamento contineantur legatarij habere debentes:cu3 testator vt supra dictum est disposuerit ⁊ ordinaverit de multo maiori quantitate quam in litteris facultatis contineatur.Et ipsi legatarij vel quicunq alij ꝑtendentes habere ratione dicti testamenti vellent agere contra episcopum successorem ratione alicuius quantumcunq quantitatis denariorum que in manibus dicti episcopi esset ⁊ foret de residuis exactis vel spolijs dicti testatoris ad ipsum episcopum pervenientis quomodocunq.Nunquid dictus domin⁹ episcopus possit inquietari ⁊ ad satisfaciendum predictis compelli pro quantitate illa quam haberet saltem in manibus suis. An vero dicta quantitas sit ipsius episcopi tanq successoris vt iura volunt ⁊c.

1 ☞ Prelatus qui obtinuit licentiam testandi vsq ad.5000. pro remuneratione benemerentium an vltra.5000. possit testari cum de iure communi posset.
2 An successor prelati vt heres sit cōueniendus a legatarijs post q̄ testator cōmissarios ordinauit.
3 An executio fuerit facienda in alijs bonis quā in his que erāt in manibus cōmissariorum.
4 An ex dicta licentia possit legari nepotibus ⁊ cōsanguineis.
5 Si fuit factum legatum in genere in testamento ⁊ in codicillis in specie nec supersint tot bona que vtrisq sufficiant. quid iuris sit.

¶Consilium.cclxxiij.

In christi nomine amen.

a 1 ¶Ad primum [a] respondetur † q testator nō potuit pro remuneratione benemerentium testari vl a tra summam comprehensam in dictis litteris.cu3 in eis contineatur q tam pro expensis funeris q̄ pro remuneratione benemerentium q̄ etiam in pios vsus posset testari vsq ad summam.v.millium.¶Et sic nec pro vna de dictis causis nec pro omnibus simul potuit excedere summam predictam taxatam.ff.de neg.gest.l.qui aliena.§.libertos.¶Nec ob. q pro remuneratione benemerentium potuisset testari de iure cōmuni sine alia speciali licentia.extra de testa.relatū.C.de sacrosan. eccle.iubemus.post prin.Et sic vt aliquid operetur licētia specialiter concessa intelligatur vt vltra relicta benemerentib⁹ posset testari de.v. millibus: q2 hoc posset procedere si simpliciter fuisset cōcessum qd̄ de.v.millibus testari posset absq expressione causarum vel saltim istius:sed cum cause fuerint expresse inter quas fuerit ⁊ ista censetur restricta ⁊ limitata licentia data a iure cōmuni vsq ad istam summam tam pro ista q̄ pro alijs causis expressis in litteris in quibus censetur aucta. Et hec breviter de primo.

¶Ad primū. De hac eade3 materia ⁊ i eadē cā:vide psul tum etiā ꝑ eundē Pau.j.i cōsi.cclxxxv.

¶†Ad scdm̄ rn̄detur:q cum istud testamentū factū fuerit vt plu 2 rimum ad pias causas nec alij appareāt heredes instituti:ꝑfati cōmissarij loco heredū habenꝰ.de testa.cū tibi.⁊ ibi no.qd̄ tenet Ros.in ti.de act.ex testamēto.ver. quid si erit.⁊ Spe.de instru.

edi. §. nunc vero aliqua. versi. item pone ꝙ aliquis. ⁊ Jo. an. ibi in addi. que incipit constat. ⁊ Bar. in. l. centurio. ff. de vul. ⁊ pupil. in. ij. q. prin. de compendiosa facta per verba mere obliqua. Sed qñ heredes habent bona hereditaria vnde possint creditoribus ⁊ legatarijs soluere ipsi sunt conueniendi.[a] nõ alij possessores rerum hereditariarum etiam si causam lucratiuam pretendunt. C. de here. act. l. fi. de iure delib. l. fi. §. licentia creditoribus in glo. que incipit prius ergo in fi. ⁊ per Cy. in. l. iij. C. qui poti. in pig. habe. ⁊ per Bar. in. l. is cui. §. postꝙ. ff. vt in pos. lega. Et sic dico prefatum monasterium de Murano: pro suo legato non posse molestare presentem dñm epm Vincentinũ qui nõ est heres sui predecessoris: nec loco heredis eius habetur: lʒ sit successor in dignitate quantũcunqȝ habeat de bonis mobilibus que pertinuerunt ad predecessorem acquisitis per ecclesiã: sed hodie pertinent ad ipsam vel ad ipsius dispensationem: ex quo sunt supra summam in litteris taxatam: ⁊ sic debuerũt successori reseruari ⁊ per ipsum capi potuerunt. xij. q. ij. c. illud ⁊ c. nõ liceat. extra de testa. c. relatum. de elec. q: sepe ⁊ c. presenti. de off. ordi. lib. vj. sed debet dictũ monasterium actionem suã dirigere contra dictos cõmissarios qui loco heredum habentur ⁊ habẽt vnde soluant. Nam ⁊ si essent alij heredes nihilominus pro relictis ad pias causas possent conueniri dicti cõmissarij. per. l. nulli. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ per Bar. in. l. firmio. §. fi. ff. qñ dies lega. q: ⁊ eos pro eisdem conuenire heredes. vt no. per Bart. in. l. si quis titio. ff. de leg. ij. ⁊ in addi. Specu. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. in addi. s. incerta. ⁊ in addi. hoc dictum ⁊c. Et hoc de scđo.

[a] Cõueniẽdi. Vide Bal. in cõsi. cccxxvij. in v. pte vbi põit nunqd solus heres teneat soluere debita vel debeat etiã cõcurrere legatarius.

¶ † Ad tertium respondetur dictam pecuniam existentem super imprestis pertinentem ad prefatum dñm episcopum successorem in dignitate: non debuisse vendi pro satisfaciẽdo dictis legatis postꝙ commissarij habebant bona ad sufficientiam: sed ipsi cõueniri debebant vt dictum est. Uerum q: proponitur ꝙ venditio facta fuit de facto. ⁊ ex imperio dominij secularis forte pro maiori ⁊ leuiori expeditione legatariorum petentium non expedit prefato dño episcopo querere de retractando venditiones: q: frustratorius esset conatus. verum q: pecunia inde redacta conuersa fuit in liberationem cõmissariorum predictorum: ⁊ pfate hereditatis: qui ⁊ que liberati sunt a legatarijs quibus fuit solutum: potest prefatus dñs modernus episcopus ab eisdem commissarijs repetere pecunias redactas ex dicta venditiõe p. l. si fundum per fideicom. in fi. prin. ff. de leg. j. ff. de rei ven. l. emptor. in prin. ⁊ qđ no. in. l. iij. C. qđ me. cau. in glo. j. magna. Et si dicti cõmissarij vellent sup impreſtis totidẽ pecunias reponere describendas in personã prefati dñi epi sufficeret vt colligitur ex. d. l. si fundum per fideicõ. in fi. principij. de doli excep. fideiussor euictionis.

¶ Ad quartum: presupposito eo qđ dicitur prefatos cõmissarios habere in manibus eorum ⁊ habuisse de bonis mobilibus que pertinuerunt ad preteritum epm acquisitis per ecclesiã: tantum qđ ascendit ⁊ excedit summam taxatam in litteris: de qua licentiam testandi habuit: nõ curo si quantitas que reperitur exacta per prefatum dictum epm de residuis eiusdem epi preteriti: sit necessaria pro reparationibus fiendis ſm tenorem litterarũ in edificijs sua culpa collapsis: siue non: immo etiam si non esset quoquo modo necessaria: vel etiam excederet summam necessariam: non potest a dicto monasterio vel ab aliquo alio legatario molestari presens dñs episcopus: q: quicquid excedit summam. v. millium de quibus habuit licentiam testandi pertinet ad presentem dñm epm successorem eius in dignitate ⁊ ad eius dispensationem: ⁊ nullus alius potuit vel debuit illa occupare vt in iuribus allegatis. s. in. ij. arg. ⁊. xij. q. ij. hoc in huiusmodi. Nam in hereditate dicti dñi epi non erant de bonis ecclesiasticis nisi dicta. v. millia de quibus habuit licentiam testandi: residuum potuit presens dñs eps propria autoritate capere occupare ⁊ exigere tanꝙ ad ipsum ⁊ ipsius distributionem ⁊ dispensationem pertinens. Sed si de prefatis bonis non reperirẽtur nisi dicta. v. millia: ⁊ illa non peruenissent integraliter ad manus dictorum commissariorum: sed quedam peruenissent ad manus dñi epi successoris: tunc ea non posset retinere nisi pro illis que excipiuntur de dicta licẽtia concessa. s. pro exsoluendo ere alieno ⁊ reparationibus necessarijs. Et ideo tunc esset discutiendũ de eo qđ queritur: vcʒ an illa que penes eum reperiuntur excederent summam necessariam pro predictis: q: tunc posset pro illo qđ excederet molestari alias secus: primo enĩ de his que reperta fuerunt deduci debent illa de quibus supra. Et si facta dicta deductione restant. v. millia tantum de omnibus illis potuit testari: si minus de illo tantum ⁊ non vltra: si plus vsqȝ ad. v. millia tantum residuum pertinet libere ad successorem. ⁊ p hoc omnes dubitationes tolluntur. Et multominus potest molestari dñs eps si iam soluta est quibusdam legatarijs tota summa. v. millium. Nam si sunt alij legatarij quibus nihil fuit solutũ: nõ debent molestare dñm epm: sed cõmissarios qui non debuerunt integraliter soluere quibusdam cũ scirent alios legatarios sub esse dictamqȝ quantitatem. v. millium non sufficere ad satisfaciẽdum oibus integraliter. ideo deberet fieri de omnibus ⁊ singulis diminutionem pro rata. l. in quantitate. §. fi. ff. ad. l. fal. vnde vel non debuerunt soluere integraliter vel debuerunt exigere cautionem de restituendo si apparebit eos recepisse plusꝙ eis debeatur. ff. si cui plusꝙ per legem fal. per totum. ꝙ non fecerũt dolo presumuntur versati. ⁊ sic ipsi tenentur legatarijs nouiter venientibus. ff. ad legem fal. l. dolo. Et ipsi possunt repetere ab illis quibus soluerunt per conditionem indebiti quatenus plus soluerunt. ff. de condi. inde. l. ij. §. j. Et in subsidium dicta conditio daretur ipsis legatarijs nouiter venientibus ad quos nunc reperitur negocium pertinere: quia non est nouum vt vnus soluat alius repetat. vt. d. l. ij. §. j. cum legibus sequenti. ⁊ pʒ in. l. fi. §. licentia. C. de iure delibe. iuncta etiam. d. l. penul. in fi. de peti. here. per quam patet responsio ad sextum ⁊ vltimum quesitum de quo supra.

¶ † Ad quintum quesitum videtur dicendum non valere legatũ factum filijs ⁊ nepotibus de iocalibus argenteis libris ⁊ supellectilibus acquisitis post epatum adeptum per tex. in auc. de ecocle. titulis. §. interdicimus. colla. ix. ⁊ per glo. que est in. c. pſenti. de offi. ordi. lib. vj. q: non habuit licentiã testandi: nisi in tres causas. vcʒ pro condecentibus expensis sui funeris. Et pro remuneratione benemerentium de se. ⁊ in pias causas. quarũ nulla hic fuit. potius enĩ ex affectione carnali videtur eis reliquisse ꝙ in piam cãm maxime cum essent ⁊ sint diuites: iuxta not. C. de sacrosan. eccle. l. illud. in fi. per glo. Posito vero ꝙ dictum legatum valeret nulli dubium ꝙ debet cõputari in sortem seu ꝙtitatem. v. millium: de qua licentiam testandi habuit. Et eãdem sortem cum alijs suscipere debet vt diminuatur pro rata sicut ⁊ alia cum ratio diuersitatis reddi nõ possit. ff. de iniusto test. l. iij. post prin. nec debet esse magis priuilegiatũ hoc legatum ꝙ alia legata pia ⁊ fauorabilia cũ istud sit minus fauorabile. ar. C. de sacrosan. auc. quibuscunqȝ modis.

¶ † Superest rñdere ad dubium nouiter formatum: q: reperit dictum testatorem fecisse quendam codicillũ parum ante ꝙ moreretur in quo disposuit ꝙ omnia residua ⁊ debitores epatus vsqȝ ad illam diem exigantur: ⁊ distribuant hoc modo vcʒ ꝙ due partes de tribus expendantur in reparatione ecclesie maioris. Et reliqua tertia pars dispensetur in pauperes Christi: ⁊ voluit ꝙ negligentibus executoribus per eum deputatis venerabile capitulum vincentinum talem suam voluntatem exequeretur. ¶ Nunc queritur nunquid vigore dicti codicilli p caplm predictum eps successor qui fuit exactor ꝙplurimorum dictorum restorum: post mortem dicti dñi. P. epi possit inquietari: attento ꝙ voluntas testatoris fuit adimpleta ꝙtum ad summam. v. millium contentam in litteris. Et dubium facit: q: istud legatum lʒ factum dudum post testamentum: q: tamen eodem tpe. s. mortis ⁊ non ante sumpserunt oĩa originem censentur oĩa facta eodem tpe. Et sic facta in testamento non sunt melioris conditionis: ex eo q: prius facta fuerunt. l. talis scriptura. circa finẽ. ff. de leg. j. vnde debet hoc legatum cõputari in numero legatorum de quibus faciendis licentiam habuit. Et hoc presupposito: videtur ꝙ in istis reliquis ⁊ debitis que tunc erant exigenda: fabrica dicte ecclesie ⁊ etiam pauperes pro ratis de quibus s. debeant preferri oibus alijs legatarijs: q: istud legatum cõsistit in specie scʒ in istis reliquis exigendis. ff. de leg. j. l. sed ⁊ si certos nummos. ⁊. l. talis scriptura. circa mediũ. legata non facta alijs vt plurimum consistunt in genere vel in ꝙtitate: preter illa que facta sunt de denarijs existentibus sup impreſtis. Cum igitur pecunie exigende dũtaxat ⁊ non alie fuerint in isto codicillo legate: prefata fabrica ⁊ pauperes debent oẽs illas habere: siue sint magne siue parue: ⁊ alij legatarij nihil debent participare vel habere de istis: q: pfata fabrica ⁊ pauperes nihil deberent habere de alijs pecunijs si nihil reperiretur exigendum l. si sic. §. j. ff. de lega. j. Et videtur esse casus in. l. si fideicõmissorum. ff. vt in pos. leg. vbi pʒ ꝙ in re alicui specialiter legata: ipse prefertur oibus alijs legatarijs quantitatum: ⁊ pro hoc glo. q est. C. cõmu. de lega. l. j. super verbo in multis. que incipit. vt in dote ⁊c. Si ergo dicta debita exigenda ascenderent ad. v. millia illud tantum legatum valeret: q: factũ in causam concessam ⁊ totam summam complectitur: alia legata non valerent: ⁊ sic dicta fabrica ⁊ pauperes deberent habere totum ⁊ integrum legatum: alij vero nihil. Si vero ascendunt ad minorem summã: puta ad duo millia valet in illis que debent eis integraliter tradi reliqua tria millia debent distribui inter alios legatarios pro rata quibus non vltra dicta tria millia relinquere potuit ſm ea que in alijs articulis tacta sunt. Si ergo prefatus dñs episcopus exegit de predictis vel etiam cõmissarij videtur quod per caplm

¶ Uisa petitiōe suprascripta porrecta per suprascriptum dñm baptistā benedictū et Jacobū Et exceptionibus factis otra eā p Franciscuz bonazonte quōdā Marij de valmarana. Et replicationibus factis otra eas p pfatos dñm baptistā benedictū et Jacobū filios et heredes quōdā Joānis et specialiter tertia que incipit. Item qz absqz renūciatione pdicta rc. † In qua dicti replicātes fundant se in hoc q dictū feudum erat antiquū hñs originē in psona cōis parētis a quo descēderunt dñs Albertus quondā Trintinelli et dñs Albertus quondā dñi bonazōte q reperiunt fuisse cōiter inuestiti de ipso in anno dñi. M. cclxxv. Et sic fuit vel erat inter eos diuisuz in duas dimidias: put cōstat ex inuestituris pductis p dictos replicantes q ēt dicūt se descēdisse ex linea seu colonello dicti alberti dñi Trintinelli put colligit ex inuestituris otinuatis vsqz ad eos. Et q ipsi hñt tenēt et possidēt illā dimidiā q fuit pfati dñi Alberti dñi Trintinelli: qz ipsi soli supsunt ex linea seu colonello illius. Unde ēt dicūt ad se tanq ad agnatos pertinere portionē de qua psentialiter agit q fuit pars alterius dimidie que puenit ad alterz dñm albertū dñi bonazōte a quo dr descēdisse pfatus Franciscus excipiēs et cōtradicēs mediante tñ p sona Marij aui sui q Marius nō fuit legitimus sed naturalis tm: vñ nec potuit succedere in dicto feudo nec potuit inuestiri in piudiciū dictoz replicantiū agnatoz et nō cōsentientiū dicunt ergo dicti replicantes lineā et colonellū dicti dñi alberti dñi bonazonte fuisse finitū et finitā per mortē Nicolai vltimi legitimi descēdentis ex eo. Et ex tunc totā illā dimidiam q fuit dicti dñi alberti dñi bonazonte fuisse deuolutam ad lineam seu colonellū dicti dñi alberti Trintinelli de qua ipsi replicantes sunt tanq ad lineā agnatoz et q ipsi de dicta dimidia habent duas partes cū dimidia de quattuor facta diuisione illi⁹ dimidie in quattuor partes qz quattuor fuerūt de dicta dimidia inuestiti ppter testm̄ dicti Nicolai inter quos fuerunt Bartholomeus Machabrini et bonazonta alberti q fuerunt de colonello dicti dñi alberti Trintinelli de quo ēt sunt dicti replicantes q mortui sunt et ipsi soli replicantes supsunt de dicta linea Ista sunt fundamenta predictoz replicantium put pōt colligi ex tenore replicationū et articuloz suoz q sic ad liquidū referre volui vt me ipsum intelligam: et ne in equiuoco procedaz sed sciam vbi habeam firmare pedes in hoc negocio satis implicito in quo ppter varietatem narrantium factuz seu narrationū diuersa et in diuersis articulis consilia emanauerunt diuersa et diuersoz doctoz: qz non nisi fm ea q pponerentur dari dz aut pōt cōgrua responsio. ff. ad. l. aqui. si ex plagis. §. in cliuo.

¶ Probādi. Adde. d. maria. soz. in ośi. xxiiij. ver. et iō dr. circa med. cū ver. sequē. in. j. parte.

2 ¶ † Quantū aūt ad id de quo pñtialiter dubitat clarū est qđ si fundamēta dictoz replicantiū essent in se vera vcz q dictum feudū totū. s. vtriusqz dimidie habuisset originē in psonā cōis parentis a quo descēdisset vterqz albertus tam dñi Trintinelli q dñi bonazonte: quoz inuestiture reperiunt et nō alie antiquiores et q dicti cōtendentes seu replicātes essent de eadem agnatione: qz descendissent ab eodem stipite a quo descendentes ex dño alberto bonazonte. l. pnunciatio. §. familie. in fi. ff. de ver. sig. prefati dñs baptista benedictus et Jacobus fouerēt iustitiaz: qz deficiente linea dñi alberti de bonazonta sua dimidia deuoluta fuisset ad agnatos alteri⁹ linee: put est casus in ti. de natu. succes. feu. c. j. in fi. in vsi. feu. quātūcūqz essent i remotissimo gradu a stipite: qz qcqd sit in alijs successionibus hereditarijs. iuxta no. in. l. certū. C. vnde cog. in feudis tñ antiquis succedunt agnati vsqz in infinitū sicut et descēdentes: licet oliz vlqz ad quartū vel septimū gradū. vt in. c. si vasal. feudo priuet in fi. et si de feu. fue. otrouer. c. si vasallus culpā. et ibi no. in fi. gl. mag. et q feu. da. pos. §. hoc quoqz sciendū. in vsib. feu. Sed ista negant esse vera. Et possibile est q istud feudū habuit a princ. originē in psonis duoz a quoz vno descēdit dñs albert⁹ trintinelli cū suis descendentibus: ab altero dñs albertus bonazō te cū suis. vt in ti. de duobus fratribus de nouo bene. inuestitis et in ti. de duobus fratribus a capi. inuesti. q si fuisset dimidia vnius deficiente linea sua nō deuolueret ad lineā alterius: sed fuisset reuersa ad dñm epm directum dñm vt in dictis titulis. et in ti. de gradi. succes. in feu. §. his vere. ver. qđ ita. Et sic eps q tunc erat tanq de feudo nouo et sibi aperto potuisset inuestire illos quattuor cū pacto q deueniret de vno in aliū nisi dicam⁹ illam inuestituraz nō valuisse: qz non fuit facta tanq de feudo sibi aperto p mortem Nicolai sed ppter inuestiturā nō petitā de auo q non apparet: et sic ex falsa cā ergo rc. iuxta no. ff. de of. pcu. cesa. l. j. in glo. magna. ver. fixo velut suā. sup quo tñ de psenti nolo insistere: sed solū videre an possint pdicti replicātes venire p viā per quā veniunt. s. tanq agnati et tanq ad feuduz antiquū. Et videt q nō: qz neutrū pdictoz pōt colligi ex inuestituris pductis p eos cū dicti primi duo alberti habuerunt diuersos patres qui potuerūt descendere a diuersis inuestitis: et lz fuerint inuestiti tāq de feudo antiquo potuit hoc dici respectu parentis cuiuslibet eoz in quo originem habuit. vnde non sequitur: qz in vno cōi parente habuit originē: qz non probat hoc esse rc. C. vnde cog. l. non hoc. Ei aūt qui dicit incūbet on⁹

a probandi[a] maxime cum dicit petendo vt isti faciunt. ff. de pba. l. ij. per testes aūt impossibilis est probatio propter tēporis antiquitatem. Et etiam ex quo agunt vt agnati dicti Nicolai p cuius mortem finita fuit linea domini alberti. d. bonazonte: necesse habent hoc pbare qz qui agit vt talis rc. C. qui accus. non pos. l. non ignorat. s. q ab eodem stipite descenderent. d. l. pnūciatio. §. j. in fi. de verb. sig. cōputando gradus fm qđ dr in. c. lz ex quadā. de testib⁹ qđ per testes hoc facere est impossibile. Et ex instris inuestituraz factarum post mortem dicti albetti dñi Trintinelli: licet videatur posse pbari agnatio illorum qui dicuntur ab eo descendisse. s. inter se qz de eis fit ibi mentio non sic quo ad descendētes ab altero alberto cum in illis nulla fiat mentio de predictis: vnde videntur debere succumbere i dicta via propter defectum probationis vtriusqz fundamenti. argu. ff. si vsufr. peta. vti frui. §. j. cum sit.

¶ Sed in cōtrariū aduertendū q oīa ista faciliter tolluntur si rei series recte pensetur. Nam pcederēt pdicta si dictus dñs baptista et socij eius non essent in possessione feu. sed eoz aduersarius: si sic sustinerent partes actoris. Sed hic non sic: imo sunt in possessione et fuerūt p longū tps ppter inuestiturā factaz de eis p renūciationē bonazonte alberti et nihil petunt ab aduersario: sed solū a dño epo petunt illā inuestituraz ofirmari ex noua cā dicentes q si ille non renunciasset nec fuissent inuestiti venirent nunc inuestiendi tanq vltimi agnati: sed aduersarius se eis opponit et dicit se de nouo inuestiendū: et sic ipse potius dr actor: vnde cuz isti tanq agnati sint in possessione nō solū aliarum partiuz: sed istius de qua cōtēditur: et sit questio an sit feudum antiquū in quo possint succedere an nouū: videtur qđ terminanda iuramento ipsoz. s. dñi baptiste et socioz non aduersarij eoz nisi pbet ille cōtrarium. s. q non possint isti succedere vt agnati sicut de hoc esset cōtentio inter ipsos et dñm epm p. c. ij. §. si. de cōsue. rec. feu. et per. c. j. de contentione inter me. et do. de portione feudi fratris mei. vbi videt esse casus q etiā si nō essent in possessione portionis de qua cōtendit: ex quo tñ sunt in possessione aliaz portionum eiusdez feudi tanq agnati sufficit vt debeat stari sacramento ipsorum. ¶ Sunt etiam plures alij casus in quibus statur iuramento possessoris domino deficiente in probatione. s. in titulo de conten. inter dominuz et vasal. de inuestitura. et de controuersia inuesti. c. j. §. cum autem dixerit. et in ti. si de inuestitura inter dñm et vasal. lis oriat. c. j. et no. in ti. de gradi. succes. in feu. §. fina. per Bal. post alios maxime concurrentibus alijs indicijs pro possessoribus. vt in. d. c. ij. §. si. de consue. recti feu. in si. Hic aūt assunt et prīo de agnatione adest confessio Nicolai qui in suo testamento voluit qđ Bartholomeus domini Machabrini et bonazonta alberti q erant de linea et agnatione dicti domini baptiste et sociorum: vt patet per inuestituras productas ab eis haberēt duas partes de quattuor de dimidia toti⁹ feudi tanq eius agnati: dicendo quod erant de sua domo idest agnatione. l. pronunciatio. §. familie. de verborum significa. et quod not. in. l. prima. in princ. ff. ad sille. per Jaco. de are. Et si illi erant de agnatione Nicolai necessario sequitur quod etiam dominus baptista et socij qui erant de agnatione illoruz. Nam agnatus agnati mei est agnatus meus: quoniam dicuntur cum ab eodem stipite progrediuntur. vt dicto. §. familie. in fi. ¶ Confessio autem dicti Nicolai debet preiudicare Francisco qui habuisse videt cām ab eo cū eius cōtemplatione et propter eius testamentum eps inuestiuerit bonazontam patrem eius. arg. ff. de vulga. et pupilla. l. sed si plures. §. in arrogato. circa si. de acquiren. hered. l. aditio. iuncta. l. si superat⁹. §. fi. ff. de pig. in ratione sui. Adest etiam presumptio

sumptio q primi duo Alberti essent inuicem agnati: qr non solent duo vel plures simul inuestiri de vno feudo qñ sicut penitus extranei: sed qñ sunt fratres vel attinētes de duob⁹ fratribus de nouo bene. inuestitis. ꝛa capi. inuesti. vnde arguit a cōi ter accidentibus. C. de arbi. l. j. Et si illi erant inter se: ergo ꝛ descendentes ex eis sunt inter se ex necessaria consequentia.

¶ Quantumvero ad feudū q habuerit originē in psona vni a quo descenderint pdicti duo primi Alberti: ꝛ non aduersa: facit iuris psumptio que est q in dubio non psumit pluralitas: sed vnitas: vt dicunt doc. in. l. ij. C. de erro. aduo. p ea que habētur. l. qui iurasse. §. si pater. ꝛ. l. eu3 q. §. in popularibus. ff. de iureiur. ꝛ qd no. Bar. in. l. triticū. ff. de ver. obli. Et si dicat qualiter d3 pdictis iuramentum deferri cum non possint esse certi nec de origine feudi nec de stipite agnationis. Respondeo immo possunt p relationem suoꝝ maioꝝ. ff. de test. tut. l. si quis ita §. si quis. cum simi. proinde ꝛ si quasi certus ꝛc. ꝛ quod not. Inno. in. c. fi. de iura. calum. ꝛ Jo. an. in nouella. in. iij. col. facit qd no. glo. in. l. iij. §. si pater. ff. de contratabu. que incipit. sed quō. in fi. † Et in factis antiquis q aliter probari non possunt multum valet audiuisse ab antiquis[a]. ff. de proba. si arbiter. ꝛ quod no. Bal. in auten. quas actiones. C. de sac. san. eccle. circa fi. et Inno. in. c. veniens. de ver. signi. faciūt ēt ad predicta regula iuris ciuilis q magnum est commodum possessionis insti. de interdic. §. commodum. ꝛ q actore non pbante possessor tāq potior absoluitur etiam si nullum iuramentum pstiterit. ff. si vsufru. peta. l. vti frui. §. si forte. Illud aūt certu3 est q cum quis se fundat in negatiua, necesse habet illam pbare[b]. iuxta not. per Bar. in. l. hoc iure. ff. de ver. obli.

¶ Uidetur ergo concludendum prefatos dominum Baptista3 ꝛ socios fore inuestiendos de dicta parte feudi de qua contenditur ex causis allegatis per eos si contrarium per aduersariū non probetur.

¶ Et ita mihi Paulo de cast. vtriusq iuris doc. dicendu3 videt super puncto ꝛ casu pdicto salua correctione melius sentiētis ꝛ in testimonium pdictoꝝ me subscripsi ꝛ sigillari feci.

1 ☞ Si fiat substitutio duobus filijs sub conditione si sine filijs masculis decedant: vtru3 vno moriente cum filio altero cū filia verificatur conditio.

Et an filius masculus censeat substitutus an vero vocat⁹ ab intestato ad excludendum filiam. i. patruelem suam. nu. 2.

2 Et quid si sit statutum excludens feminas.

¶ Consilium. cclxxx.

In christi nomine amē.

¶ Presupposito statuto qd dr vigere Ferrarie ꝛ est veꝝ vt postea vidi: ꝛ etiam psupponit in allegationibus factis in fauorē dicti Antonij per dñm aduocatum eius ꝛ etiam p illos q els consuluerunt sup isto testō Francischini q dictus Antonius filius Joannis in successione Philippi patrui sui excluderet Lucretiam filia3 Philippi. † Res ista super eo de quo queritur remanet clarissima ꝛ sine dubitatione quacunq nec expedit intrare dubitationē illā qua querit: an dictus Antonius censeat fuisse tacite substitutus p fideicōmissum pri suoꝝ patruo: quantū ad id de quo querit qd est an ipse possit excludere dictā Lucretiā vt nihil aliud petere possit ab eo nisi certū sibi a patre suo relictū: qr certū est q eā excludere pōt et si psupponamus q non censeat tacite substitutus p illa verba conditionalia si decesserint sine liberis sed dūtaxat ius legitime successionis sibi reseruatum. s. vt succedendo Philippo ab intestato possit portionem sui patris ab intestato consequi fm gl. que cōiter ad hoc allegatur in. l. lucius. la secunda. ff. de hered. insti. quod sic clare ostēditur. Nam aut dicta Lucretia vult aliquid petere virtute substitutionis facte per Francischinu3 de filia sua ꝛ nepotibus si filij masculi instituti decederent sine masculis ꝛ clarum est q non potest: quia illa substitutio exspirauit propter defectum conditionis sub qua facta fuit tam in portione sui patris de qua non est dubitatio: quia ipse decessit cum masculo q etia3 in portione Philippi patrui ꝛ patris dicte Lucretie: l3 decesserit sine masculis: qm l3 predicta substitutio facta fuerit sine expressione nois collectiui. Attamen ex presumpta mente defuncti vel testatoris subintelligitur pfata dictio collectiua: ꝛ est perinde ac si fuisset dictum si vterq vel ambo sine masculis decesserit: tum qr testator de tota sua hereditate disposuit in dictum casum quo sine liberis masculis decederent relinquendo vnam dimidiam feminis ꝛ alteram pauperibus. arg. ff. de vulg. ꝛ pupil. l. quidam testamento proculu3 ꝛ ibi exprese per Bar. tum qr instituti quibus facta fuit substitutio predicta erant filij testatoris. vt idem Bar. ibi no. expsse ꝛ. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. per. l. si is qui ducenta. §. sed si pater. ff. de reb. dub. ¶ Nec ob. l. lucius. §. gayo. ff. ad treb. de condi. ꝛ demon. falsa. §. fina. quia debent intelligi quādo substitutio facta esset alijs quam filijs sine appositione nominis collectiui quo casu censeretur cuilibet per se facta ꝛ resolueretur in plures: ideo in cuiuscunq persona conditio existeret siue primi siue vltimi morientis locum haberet substitutio in portione illius. ff. de iniust. testa. l. pe. non sic quando filijs. ¶ Item non ob. d. l. heredes mei. §. eum ita. vbi facta fuit filijs. Et cum expressione nominis collectiui. Et tamen si conditio existit in persona vltimi morientis locum habet substitutio in portione illius ex coniecturata mente defuncti: l3 secus fm proprium significatum dictionis predicte q requirit cōcursum vtriusq: vt ibi patet in tex. ꝛ. l. pe. C. de impub. ꝛ alijs substi. qr in. d. §. cum ita. neptis substituta poterat succedere vltimo morienti ab intestato simul cum nepote qui remanserat ex primo moriente. Unde non videbatur extare persona que ex psumpta voluntate defuncti substitutam excluderet: qr ille non excludebat neptem substitutam in totum: secus si fuisset substituta persona extranea: vel etiam neptis aut filia vltimi morientis qui cum nepote ex premortuo filio non vocaretur ad successionem intestati vltimi morientis: sed ipse nepos q ex pmoriēte remanserat in totum pferetur eisdem ex forma legis munici. put ibi determinat expresse Bar. post principium ꝛ etiā in fi. Et ita in casu nostro presupposito statuto predicto q si nō eēt

2 procederet cōtrarium. ¶ † Nec obstat q statutū dicat filiā nō posse fratres aut patruū inquietare ꝛc. nec aliquid dicat de filio[a] patrui: quia ego presuppono q illud idem statutū vel aliud dicat filium masculum patrui filiam feminam defuncti excludere: prout dominus allegans in alijs allegationibus presupponit: ꝛ etiam illi qui al's consuluerunt q non fieret per verba de quibus supra. Et hoc presupposito verba predicta supplerentur per illud vt ibi dicunt fratres aut patruos subintelligeretur aut filios eorum fratrum vel patruorum qui etiam precedunt ꝛ excludunt ab intestato. Dicta enim verba necessaria nō fuerūt[b] presupposito statuto de quo supra: sed illud sufficiebat: ideo non habent illud restringere ad fratres ꝛ patruos tantum cū non causa restringendi sed fortificandi fuerint emissa: de fundo instruc. si mancipia. cum si. Nec habet necesse dictus Antonius psupposito dicto statuto dicere vel ostendere se fuisse tacite substitutum per Francischinum patri ꝛ patruo p illa verba si decesserint sine masculis: qr posito etia3 q substitutus non fuerit: adhuc tñ substitutam illam excludit: qr facit deficere conditionem sub qua illa fuit vocata. s. si vterq decesserit sine masculis: cum non vterq sed vltimus tantum sine ipsis decesserit: nec sit casus in quo debeamus a proprio significatu illius verbi recedere pro saluanda mente defuncti: sed potius ei insistere postq superest ipse qui ex presumpta mente defuncti prefatam filiam substitutam excludit eo qr in successione intestati prefertur illi qd ius legitime successiōis creditur testator illi conseruare voluisse. d. l. penul. C. de impub. ꝛ alijs substi. ff. eo. vel singulis. Defecta igitur conditione predicta sub qua femine fuerunt substitute deficit substitutio: posito etiā q Antonius tacite substitutus non fuerit. C. ad trebel. iubemus. §. penulti. de natu. libe. auten. licet. ꝛ quod no. Barto. per illam auten. in. l. prima. §. fina. ff. de contratab. scilicet q qui facit deficere conditionem sub qua alius vocatur: facit etiam vocationē deficere: licet ipse non vocetur. Nam ꝛ si facta fuerit substitutio vni tantum sub conditione si decesserit sine liberis: licet quidam dubitent an liberi censeantur tacite substituti patri si cu3 eis decedat: nullus tamen dubitat quin liberi substitutum excludant etiam si substituti tacite non dicātur ratione predicta qr faciunt deficere conditionem sub qua substitutus fuit vocatus: dūmodo sint successibiles: al's secus vt si essent incapaces hereditatis: qr deportati vel fratres minores qui pro mortuis habentur. l. si necesse. §. si deportatus. ff. de bonis libe. de cōtra tab. l. j. §. fi. sed si sunt successibiles siue succedant siue nō succedant primo grauato qr nolūt: possent tñ si vellent. ff. de leg. j. si iussa. §. cu3 qs. quinimmo fm Pe. ꝛ Butri. ibi. ꝛ Cy. in. l. j. C. de condi. inser. idē si nō possent qr exclusi facto testatoris. vt qr exheredati. Sed in casu nostro dict⁹ Antoni⁹ succedit patruo ex testō: ꝛ sic implet desideriū testatoris q filioꝝ cā vt haberēt pfatā conditione3 apposuit. Hoc ergo sufficit dicto Antonio ad exclusionē dicte substōnis. s. q faciat deficere conditionem substōnis: ꝛ q h3 bona sua ex testō patrui grauati: qr etiā si haberet ab intestato sufficeret fm glo. d. l. lucius. qr nō d3 esse deterioris cōditionis qd h3 volūtatem expssam sui patrui q eēt si haberet tacitā ab intestato. ff. de vulg. ꝛ pup. si filius. ver. presertim. de leg. ij. l. titiam seyo tesseram. in fi. ꝛ per Bart. in. l. pf filium. in. ij. q. ff. de inoffi. testa. Tunc autem esset opus querere

[a] ¶ Ab antiqs Adde idem p do. Bar. sozi. in cōsi. ccv. ver. iiij. optime ad propositu3 in ij. parte.

[b] ¶ Probare. Adde idem p do. Pe. phil. cor. in cōsilio lxxxvij. in lra B. ꝛ in consi. lxxxix. in littera. N. i tertia parte.

an censeret tacite substitutus patruo: si patruus alienasset bona & ipse Antonius vellet alienationē reuocare tanꝙ facta de bonis subiectis sibi restōni ſm no. p bart. in. d. l. lucius. in fi. de here. insti. & Ioā. an. in addi. Spec. titu. de testa. §. in primis. in addi. que incipit huic questioni accedit &c. circa mediū ibi. Est etiam sciendum & Bal. de fideicommis. cum acutissimi. qui sentiunt ꝙ non possit reuocare: & sic non censeat tacite substitut⁹ vel esset necessarium inuestigare de illo si dictus patruus aliuz quam Antonium instituisset heredē. Et ipse Antonius vellet ab ipso instituto bona aduocare virtute substitutionis predicte. Et hic certe dn̄s Raphael & dn̄s Ioan. de imo. qui ꝯsuluerunt in isto facto sentiunt idez manifeste ꝙ non censetur substitutus dum assertiue dicunt secuti dictum Nico. de mata. quod ponit & tenet Bal. in. d. l. penul. circa fi. C. de impub. & alijs sub sti. ꝙ dicto casu quo dictus patruus institueret alium quā Antonium seu filium fratris locum haberet substitutio facta de filia & neptib⁹ & de pauperibus & ille vel illi ex expressa substitutione possent a tali scripto bona aduocare deducta legitima et trebellianica respectu mulierum: sed respectu pauperum legitima tantum: qꝛ postꝙ dictus Antonius seu filius fratris excluditur a successione: & sic a bonis primi testatoris facto ipsi⁹ patrui vltimi morientis alium instituentis prefata conditio que fuit apposita ad excludendum substitutos fauore ipsoruz filiorum positorum in conditione cum non operetur ipsorum fauorem alio extraneo instituto: nec etiam operatur exclusionē substitutionis: sed constat ꝙ si dicti filij in conditione appositi cēserentur tacite substituti a primo testatore possent ipsi a dicto extraneo instituto bona aduocare: non autez illi qui fuerūt expresse substituti quibus ipsi filij sunt prelati: & vltimo moriens grauatus sicut in illorum preiudicium non potuisset alienare bona inter viuos: ita nec in vltima voluntate alium instituendo: & sic ipsi filij premorientis aduocare possent non mulieres vel pauperes: cuius contrarium volunt doctores predicti consulentes: licet idem dominus Rapha. in fine sui consilij dubitando tamen non asserendo videatur aliter sentire ꝙ posset dici inspecta mente defuncti per. l. cum proponeretur. ff. de leg. ij. Sed contrariatur sibijpsi in eo ꝙ in superiorib⁹ si bene inspiciat: qꝛ si dicti filij fuissent tacite substituti vt sentit in fine ꝯ filij mulieres & pauperes non possent aduocare ab extraneo instituto sed filij tacite substituti cuz dicte substitutiones facte sint in diuersis & contrarijs casibus. s. expresse si filij non extarent & tacite de filijs si ipsi extarent: cuius tamen contrariuz supra determinauerat. s. ꝙ dicta expressa locum habeat & ꝙ ille mulieres & pauperes aduocarent a scripto non filij premortui: non enim possunt dicere substitutiones simul concurrere.

¶ Contra tamen determinationem de qua. s̄. que fuit Nicol. matare. & Bal. est expressa determinatio Iaco. de rauen. Pet. & Cy. in. d. l. prima. C. de condi. inser. quam etiam sequitur bar. in. l. filius. §. cum quis. ff. de lega. primo. qui volunt ꝙ filij appositi in conditione etiam si fuerint exclusi a successione facto patris eorum grauati ipsos exheredantis: & sic conditio nō potest operari fauorem ipsorum nihilominus obstent substituto: qꝛ in conditionibus meruz factum inspicimus. l. qui heredi. in prin. & l. meuius. de condi. & demon. Et dicunt hoc voluisse glo. in. l. ex facto. §. fi. ff. ad trebel. ¶ Paria vero sunt tales filios excludere ipsos exheredando vel alium extraneum heredez instituendo etiaz exheredatione non facta quando non est necessaria: qꝛ preteritio collateralium pro exheredatione habetur. vt est in casu nostro: qꝛ vtrobiꝙ facto testatoris grauati excluduntur. ¶ Cum igitur maior sit autoritas glo. Iaco. Pe. Cy. & Bar. quam etiam Bal. sequitur in. d. l. filiusfami. §. cū quis. de qua tū non fuit recordatus qn̄ in. d. l. pe. circa finem. recitauit Nico. de mat. ꝙ sit solius Nicolai. vꝫ ꝙ filij appositi i cōditione substitutionē excludant etiaz si ipsi sint exclusi a successione patris vel patrui facto ipsius patris vel patrui grauati ipsos exheredando expresse vel tacite dicendū est ꝙ etiā si iste Philippus instituisset heredem alium ꝙ pdictum Antoniuz ꝑpterea fuisset effectus locus substitutioni facte de mulierib⁹ & pauperibus. Nec illi potuissent ab instituto dicta bona aduocare deducta legitima & trebellianica vt illi doctores consuluerunt: sed vl' ipse Antonius si volumus ꝙ fuerit tacite substitutus vel nullus: si substitutus non videtur qꝛ tam mulieres et pauperes videntur exclusi per superexistentiam Antonij ꝙ ēt Antonius per institutionem extranei: an autez censeatur fuisse substitutus vel non de presenti non intēdo aliter determinare: qꝛ non expedit quantum ad propositum. de quo. s̄. cum ad ipm peruenerint bona dicti Franciscbini ſm votum ipsius qd̄ maxime sufficit ad exclusionem dicte substitutionis: multum tamē facit pro illa parte quod videatur fuisse tacite substitutus glo. que est in. l. filiusfami. §. cum quis. ff. de legatis primo. que dicit ꝙ filiorum causa vt habeant censetur apposita dicta conditio. iuncta. l. cum proponeretur de lega. ij. que vult ꝙ tacitum fideicommissum inducatur ex coniecturis que resultant ex vbis & vidi Bald. hoc tenentem in. l. j. C. de condi. inser. in quibusdā antiquis recollectis per plures rationes que congruit mēti testatoris sine dubio. ¶ Si vero dicta Lucretia non veniret ex capite substitutionis predicte: sed vellet venire de iure communi ad supplementum legitime adhuc dico ꝙ Antonius potest eam excludere virtute dicti statuti absꝙ eo & posito ꝙ nō videatur tacite fuisse patruo substitutus: qꝛ cum in successione dicti patrui dictus Antonius ipsum excluderet ex forma dicti statuti nulla legitima dicte filie debeatur cum illa sit portio portionis debite ab intestato. C. de inoffi. testa. parentibus. ff. eo. papinianus. §. quoniam autem quarta. Et hic nulla deberetur portio quota: quia Antonius successisset in totum: licet deberetur dos que non est heredis nec pars eius quota: ergo nihil debebatur pro legitima igitur non cadit suppletio eius: hic est quod eius preteritio non redderet patris testamentum nulluz si in eo nihil fuisset sibi relictum iure institutionis ſm oēs: put determinat Barto. in. l. fi. ff. ad trebel. & Bal. in. l. maximum vitium. circa finem. C. de liber. prete. Et de relicto sibi facto pro dote non reijcitur tunc conditio si nupserit: quia non succedit loco legitime que non debetur: sed debet talis filia stare contēta eo quod sibi fuisset relictum pro dote tam in quātitate ꝙ in qualitate etiam si non ascendat integram legitimam. vt pꝫ ex no. p Bar. in. l. titio centum. §. titio genero. ff. de condi. & demōstra. ¶ Preterea non dꝫ esse dictus Antonius deterioris conditionis in hereditate sui patrui si sibi succedat ex testō & ex expressa volūtate ꝙ si ex tacita ab intestato. l. si quis cū nullum. ff. de iure codicil. & s. probaui: al's imputaretur patruo cur non decessit intestatus contra. l. posthumus. post prin. ff. de inof. testa. nec dicta Lucretia dꝫ esse melioris conditionis in plus petendo contra voluntatem patris qui iussit ipsam stare contentam & plus non petere ꝙ esset ꝑter voluntatem & si iussa nō fuisset: sed si pater decessisset intestatus Antonius solus ea exclusa succederet nec illa posset vltra dotē relictā vel si relicta non foret cōgruā petere a dicto Antonio ergo nec nūc multomin⁹: tunc aūt foret necesse inuestigare an dictus Antonius videat fuisse tacite substitutus vel non quando tale statutum nō esset & sic ipsa successisset ab intestato: & sic deberetur sub legitima. Nam tunc si non videretur substitutus deberetur legitima de omnibus bonis: & sic de tota dimidia bonorum primi testatoris relicta patri suo: sed si fuisset substitutus deberetur sibi solum de dimidia dimidie que debebatur Philippo pro sua legitima & trebellianica: quia tunc illa tm̄ fuisset in bonis Philippi reperta: quia in fideicommisso non caderet reliqua dimidia dimidie computaretur in bonis Antonij fideicommissarij sed si non esset substitutus tota dimidia in qua fuit Philipp⁹ institutus fuisset reperta in bonis Philippi: ideo de tota deberetur legitima: nunc autē stante dicto statuto non est de hoc tractandum: quia nulla legitima debetur vt dixi. Similiter si alius quam Antonius fuisset institutus a Philippo foret de illo tractandum etiam stante dicto statuto. quia fuerunt quidam qui dixerunt ꝙ tunc cum ille quem statutum prefert ab intestato excludatur per institutionem alterius habetur ꝑ mortuo. & sic non obstaret filijs sicut si non esset in rerum natura: et ꝙ ipsa tunc posset contra institutum agere tam ad supplementum si aliquid foret relictum eidem iure institutionis vel expugnare testm̄ per contratab. vel per querelam si nihil iure institōnis relictum foret vt tangitur per Bal. & Ang. in. l. si emācipati & l. filie. C. de colla. & l. gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthu. Et dictus Antonius nihil tunc haberet si tacite non foret substitutus: nec sibi prodesset in aliquo statutum predictuz qd̄ vocat & prefert ipsum ab intestato: vnde non habet locuz facto testamento. arg. eius quod notant glo. in legibus predictis: sꝫ si foret substitutus ipse posset a scripto bona aduocare virtute substitutionis. Alij dicunt contrarium quia talis extrane⁹ institutus succedit in loco filij exclusi. vt no. per glo. C. de fideicōmis. auten. hoc amplius. & in corpore vnde sumitur. & sicut fili⁹ ex testamento vel ab intestato excluderet feminam ita & extraneus surrogatus loco filij. arg. ff. de itine. actuꝙ priua. l. iij. §. j. in fi. Sed cum non simus in dicto casu: qꝛ ipse Antoni⁹ quē statutū prefert ab intestato fuit institutus: & sic cum dispositione statuti concordat voluntas testatoris non potest dici statutum cessare: qꝛ sit factum testamentum: sed per testm̄ roborari. arg. ff. de pact. l. legitima. ideo potest Antonius contra eam dictum statutum allegare non minus: immo plus ꝙ si ab intestato veniret. vt supra dixi. An autem precedens opinio sit vā qd̄ si esset institutus extraneus perinde posset agere filia ac si dictuz statutū non esset & ac si Antonius non superesset sub iudice lis est

¶ Ex verbis Et p que verba inducat. vide do. bar. sozi. in ps. cclxix. in ver. postremo. circa i. ij. parte.

lis est:z est punctus subtilis in quo plura z diuersa vidi cōsilia doctorum Bononiensium:z ego consului cum essem Bononie in ardua questione vertente Padue super hereditate testamēto Bartholomei de leone que per viam arbitrationis fuit decisa nec expedit eam ingredi.

¶ Sed concludo dictum Antonium stante dicto statuto posse excludere dictam Lucretiam vt nihil aliud petere possit quā sibi fuerit relictum in testamento sui patris:nec iure substitutiōis expresse nec pro supplemento legitime etiam si ipse Antonius non fuerit pater z patruo tacite substitutus per illa conditionalia verba si sine masculis decederet zc.

¶ Et ita dico z cōsulo ego Paulus de cast. vtriusqȝ iuris doctor z ad fidem me subscripsi z sigillaui.

¶ Casus talis est.

¶ Cum dñis deputatis ad vtilia cōis Padue habentib⁹ libertatem z facultatem a consilio z cōi Padue conueniendi z paciscendi cum hebreis fenerari debentibus infrascripti hebrei solennibus etiam interuenientibus stipulationibus conuenerūt inter cetera vt infra vcȝ Jacob sancte Lucie pro se z socijs sui bāchi. Jacob de ancona de contrata domi ꝓ se z socijs banchi. Bonauentura turriselarum pro se z socijs suis banchi. Salomon volte nigrorum pro se z socijs banchi sui. Jacob consilij sancti Stephani pro se z socijs sui banchi.

¶ Item ꝙ oēs iudei q̄ cōducerentur ꝑ dictos cōductores ad fenerandū de cetero durante dicta locatione.x. annorū fenerari possint z gaudere oībus beneficijs z emolumētis cōprehensis in locatione dūmodo soluant z soluere debeant oēm quātitatē de qua erunt in cōcordia cū dictis cōductoribus z tā pro taxa nostri dñij z collectaꝝ nostri cōis ꝙ oīm aliaꝝ expensaꝝ occurrentiū dictis cōductoribus ex cā dicte locationis z cōductiōis hoc tñ pacto ꝙ nostra cōitas Padue nō possit se impedire in conducendo alios feneratores nisi ſm eoꝝ voluntatē: obligāt tñ se dicti iudei ꝙ in Padua ad minus erunt banchi quinqȝ fenoris habendo terminum sex mensium a die confirmationis pactoꝝ z ad cōducedū duos bāchos nec possint astringi dicti iudei per aliquem ad conducendum aliquos mutuatores vltra eoꝝ voluntatem nisi vt supra dictum est.

¶ Item nullus alius iudeus p̄ter noīatos in conducta presenti z preter illos qui cōducentur per ipsos iudeos possit nec debeat tenere nec mutuare ad vsuras in ciuitate Padue sub pena amittēdi pecuniā mutuatā que sit z esse debeat debitoris recipientis talem pecuniam z sub pena duca. centum auri ꝓ qualibet vice si mutuauerit applicanda camere ducalis dominij: z si accusator fuerit per quem sciatur veritas habeat tertiā partem dicte pecunie duca. centum:z nihilominus teneatur de credentia:z insuper talis mutuans pignus aut pignora quecūqȝ restituere teneatur illis qui pignorauerit libere z similiter eos ab oī obligatione liberare zc. cōtingit ꝙ eleuatis bāchis. vj. fenoris z adimpletis permissis pro parte iudeorum septimus hebreus non noīatus in cōducta z pactis:neqȝ socius alicuius p̄dictorum vult cum licentia z autoritate dominorum deputatorum ad vtilia:z etiam cum voluntate z consensu quorūdam hebreoꝝ ex predictis maioris partis respectu numeri personarū qui cum dicto septimo sunt in concordia ꝙ vnum banchum fenoris faciat z soluat certam ratam annualem pro oneribus bāchorum:aliqui vero ex dictis hebreis z maxime vnus cui⁹ magis interest z qui maiorem aliquo alio hebreo ratam annualeȝ dñio z cōi Padue soluit contradicunt:non tñ simpliciter recusantes ꝙ ille non possit septimum banchum eleuare:sed non ꝓ alia rata quā ceteri sunt concordes annua soluenda:nunc dubitatur.

¶ Utrum cum tale negocium particulare z singulare damnum z interesse vniuscuiusqȝ bāchi z vniuscuiusqȝ hebrei concernat, dictus hebreus superueniens possit cum assensu dñorum deputatorum seu cōis Padue z voluntate maioris partis dictoꝝ hebreorum conduci ad faciendum septimum banchum soluendo certam ratam annualem vno hebreo seu socijs vni⁹ banchi aut pluribus minorem tamen numerum hebreorum z banchorum constituentibus contradicente vel contradicentibus rōne singularis damni z interesse.

1 ☞ Unus potest impedire actum comprobatum ab alijs oībus in his que cōmunia sunt vt singulis z melior conditio est prohibentis.

¶ Consilium.cclxxxi.

1 In christi nomine amen.

Ad id de quo queritur clara videt̄ responsio:vcȝ † ꝙ contradictio vnius solius ex dictis. v. iudeis conductoribus habeat impedire:quominus ille septimus q̄ nunc admitti q̄rit admittatur maxime si p̄tēdit maius interesse quā aliquis ex alijs non obstante ꝙ oēs alij vel maior pars ipsorum consentiat ꝙ ille recipiatur vel admittat̄ postq̄ꝫ fuit actum ꝙ nullus de nouo recipiatur nisi ſm eoꝝ voluntatem zc. qꝛ dȝ intelligi.s. omnium eo qꝛ verba contrahentium debent reduci ad intellectum iuris. vt no. in. l. ij. ff. de admin. rerum ad ciuita. pertinen. z de iure dotium. l. dotis fructus. in fi. cum. l. seq. Sed de iure hoc est ꝙ in his que sunt cōia plurib⁹ vt singulis non sufficit maior pars immo nec oēs alij si vn⁹ solus contradicit sed requiritur consensus omnium z ex cōsensu nouissimi actus perficitur z non prius. ff. de seruitu. rusti. pred. per fundum. cōia prediorꝝ. l. fi. z dicto casu locum hȝ regula iuris qd omnes tangit zc. li. vj. z ibi ꝑ Dy. expresse locum etiā hȝ alia regula iuris. vcȝ ꝙ potior est cōditio ꝓhibentis. ff. cōmu. diui. l. sabinus. Fallit tamen in casu qui habetur in. l. iurisgentium. §. fi. ff. de pac. vbi statur maiori parti:qꝛ loquitur in casu quo consensus maioris partis etiā alijs prodest z habet in se casus ille specialem z singularem rationem que cessat in alijs. In his autem que sunt communia pluribus vt vniuersis regulariter statur maiori parti. ff. ad municip. l. quod maior. Sed hoc negocium de quo agitur est commune istis vt singulis non vt vniuersis:igitur zc.

¶ Et ita dico z consulo ego Paulus de castr. vtriusqȝ iuris doctor:z ad fidem me subscripsi z sigillaui.

1 ☞ Ista verba quod succedatur neptibus suis per stirpē faciunt vt q̄uis bona semel ad vnam tantum ex neptibus pertinuerint:nihilominus ea mortua equaliter succedant pronepotes ex vtraqȝ. nu. 2.

2 Et aliquid de intellectu. l. cum auus. ff. de condi. z demon.

¶ Consilium.cclxxxij.

In christi nomine amē.

Casus ꝓponitur ꝙ quidam nobilis venet⁹ vocatus. d. Joannes gego. habens filium nomine peraȝ⁹. Et ex eo duos nepotes masculos: videlicet Franciscum z Nicolauȝ z duas neptes ex eodem filio feminas:videlicet Pelegrinam et

1 Fiordelixā. † Fecit testm̄ in quo dictū filiū suū Perazū heredē vniuersalē instituit. Et in casu quo ipse filius suus decederet sine heredibus masculis:aut sui heredes masculi decederēt sine heredibus masculis qd tūc z eo casu bona sua seu reddit⁹ bonoꝝ suoꝝ deuenirēt ī filias filij sui:z in filias filioꝝ dicti filij sui q̄ reperirent̄. Et si oēs iste neptes aut ꝓnepotes morerentur voluit qd deuenirēt in heredes seu in filias dictaꝝ neptum filiaꝝ Perazi ꝑ colonello. i. in stirpē. Mortuo testatore moritur postea filius heres institutis supstitibus dictis duob⁹ filijs suis masculis. l. Francisco z Nicolao ad quos deuenerūt oīa bona q̄bus viuētibus mortua est Fiordelixa soror eoꝝ relicto quodā filio suo noīe Joannes. Deinde mortui sunt dicti Franciscus z Nicolaus sine filijs masculis aut feminis supstite Pelegrina eius sorore in quā deuenerūt oīa bona predicta virtute scdē substōnis facte de illis neptibus q̄ reperirent̄ tpe mortis eoꝝ:qꝛ illa sola neptis viuēs reperiebat̄. Deinde mortua est dicta Pelegrina supstite Dñico filio suo z supstite Joanne filio Fiordelixe p̄mortue inter quos vertit̄ ꝯtentio de dictis bonis:qꝛ Dñicus dicit debere oīa ad se ꝑtinere ex eo:qꝛ viuente Pelegrina matre sua ꝑtinuerunt oīa ad eā:ergo debent ad se filiū z heredē sue matris ꝑtinere:qꝛ loco mr̄is sue subrogatur:contra dicit Joānes filius Fiordelixe ꝙ ꝑ mortē Pelegrine extitit casus vltime substōnis in qua fuerunt substituti filij z heredes dictaꝝ neptuū in stirpē:z sic dicit se cum dicto Dñico pariter admittendū:maxime qꝛ sunt in pari gradu primo testatori cum sint ꝓnepotes ex duabus neptibus nati: vnde nō sequit̄ Pelegrina mater Dñici excludebat Joanneȝ:ergo Dñicus filius Pelegrine dȝ excludere cuȝ illa esset potior in gradu:ideo prior fuit a testatore vocata ſm ordinē affectionis. l. peto. §. fratre. z. l. cum ita. §. fi. de lega. ij. Sed isti ꝓnepotes sunt in gradu pares:ideo pariter sunt vocati. Queritur ergo quid iuris.

¶ Breuiter dubitatio cōsistit in hoc an substitutio facta vltimo morienti q̄ colligitur ex illis verbis testatoris dū dixit e si tute queste morisse zc. l. codicillis. in fi. prin. ff. de vsufru. leg. q̄ vltimo moriens fuit dicta Pelegrina censeatur facta sub cōditione tacita. s. vltimo moriens decesserit sine liberis zc. Nam tunc conditio dicte vltime substitutionis non euenisset postq̄ꝫ reliquit dictum Dominicum filium suum heredem:sed ad ip̄m dicta bona peruenirent exclusis filijs Fiordelixe. ff. de hered. in-

2 sti. lucius. la secunda. in fi. cum ibi no. † Et videtur ista pars vera per. l. cum auus. ff. de condi. z demon. vbi filij nepotis grauati post eius mortem excludunt patruum filiuȝ testatoris substitutum:qꝛ faciūt deficere conditionem substitutionis facte post

mortem nepotis de dicto patruo: qr qua ratione pdilexit Pelegrinam viventem plus q filios Fiordelixe: qr primo fuit in solidum vocata exclusis illis eadem ratione censetur predilexisse omnez eius posteritatem posteritati alterius. vt no Bal. C. de fideicom. l. cum acutissimi. post prin. Sed certe istud procederet si post mortem vltimo morientis substituisset dumtaxat filios et heredes premortue et non filios vltimo morientis vna cum filijs premortue. sic loquitur. l. cum auus. quia non esset iustum q filij vltimo morietis excluderentur a filijs premortue. Sed hic substituit filios et heredes vtriusq quod patet: quia cuz non haberet nisi duas neptes ex filio. s. Pelegrinā et Fiordelixam locutus fuit in plurali dicens q si omnes predicti scz tam nepotes quam neptes morerentur substituebat heredes: et sic filios neptum suarum: et sic comprehendit filios vtriusq neptis non vnius tantum. arg. l. fi. ff. ad trebel. ¶ Cum ergo filij dicte Pelegrine veniant: et sic vocati ex expressa dispositione testatoris cessat tacita prouisio legis que faciebat eos pferri. l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. et pup. C. de procur. l. marit. de pac. conuen. l. fi. Et sic veniunt pariter et in stirpem seu p colonello: qr si ex vna superesset vnus tantum ex altera plures: tantum habet ille vnus quantum illi plures. l. qui cum plures. ff. de vulga. et pupil. et l. si pater filio. Et istud quod deberent venire per colonello dat intelligere q testator voluit filios vtriusq neptis pariter vocari non autem filios Pelegrine tantuz aut filios Fiordelixe tantum: quia tunc dicta locutio non fuisset congrua. s. q venirent per colonello: et sic cessat presumptio legis cum auus et legis cum acutissimi: quia loquuntur quando filij grauati non fuissent substituti: sed alius extraneus vel etiaz descendens qr tunc si illa tacita conditio non subintelligeretur filij ipsius grauati totaliter repellentur a substituto: sz hic nō sic: immo pariter cum alijs vocati. Ideo concludendo puto dicta bona fore inter dictos contendentes pariter diuidēda virtute dicte vltime substitutionis facte post mortem oim de filijs vtriusq neptis: cuius substitutionis conditio extitit nec dicta tacita conditio censebatur inesse. Laus deo.

¶ Et ita mihi Paulo de cast. vtriusq iuris doct. dicendū videtur de iure: et ad fidem me subscripsi et sigillaui.

¶ Casus in terminis hic est.

¶ Gasparinus et Antonius iam centum annis elapsis inuestiti fuerunt de quibusdam feudis non apparet aliqua precedens inuestitura nec que habuerit originem in communem parentē. Ex vtroq multe generationes profluxerunt finita est generatio Gasparini: queritur an feudum Gasparini pertineat ad agnationem Antonij. Item queritur clarum est q feudū Gasparini respectu agnationis sue est antiquum feuduz: an modo feudum Gasparini respectu agnationis Antonij dicatur feudum nouum.

1 An feuduz de quo apparet duo fratres fuisse inuestitos presumatur antiquum. i. qd habuerit originem a cōi parēte an vero nouum: et an deferatur iuramentum.

¶ Consilium. cclxxxij.

In christi noīe amen.

1 ¶ † De vtroq quesito videtur casus in. c. j. §. his vero deficientibus. de gradib succe. in feudum. videlicet q feudum Gasparini seu eius portio per defectuz generatiōis eius non deuoluatur ad generationem Antonij tanq feudum antiquum et paternum postq non apparet q habuerit initium in personam cōmunis parentis a quo vterq ipsorum descenderit: sed in personis ipsorum tantum: et sic censetur inter se fuisse nouum in quo alter alteri non succedit nisi fuerit hoc expresse dictum in inuestitura: immo portio deficiens domino aperitur: vt ibi et in. c. j. de duobus fratribus de nouo bene. inuesti.

¶ In contrarium quod debeat deferri iuramentum agnato: scz descendenti ex linea Antonij si est in possessione dicti feudi vel etiam partis sue vt in titulo de contentione inter me et dominū de portiōe feudi fratris mei videlicet q habuerit originem in personam communis parentis: sed illud debet intelligi in eo q de hoc potest esse certus quod hic nō est propter longitudinez temporis. s. centum annorum: vnde sicut non posset de hoc testificari pro alia ita nec pro se. iuxta not. in. l. admonendi. ff. de iureiuran. qr sufficientem causam sui dicti per sensum corporeuz reddere non potest: igitur et c. l. testium. C. de testibus. Inspiciēdus est etiam tenor inuestiture facte in personis Gasparini et Antonij videlicet an fuerint inuestiti simpliciter de dicto feudo. Et tunc clare procedunt que primo dixi: an tanq de feudo veteri et antiquo prout in pluribus instrumentis inuestiturarum duorum fratrum vidi contineri: et tunc illa verba videntur inter eos et eorum descendentes probare: licet de alia lōgiori seu vetustiori inuestitura non appareat. l. optimam. C. de contrahen. stipulatio. vel saltim habere vim pacti q in eo succedatur sicut succeditur in feudo veteri vt verba aliquid operentur. l. si quādo. ff. de lega. primo. quod videtur tenere Bal. in vsibus feu. titu. de alie. feu. pater. c. j. Sed hoc in domino layco: secus in episcopo qui non potest de nouo infeudare: ideo verba illa non pbant feudum fore antiquum nec inducunt dictum pactum: ita determinat expresse Bald. in summa quam ponit in principio vsus feudorum in. xv. col. versi. circa hoc dubitatur de tali questione. Episcopus inuestit aliquem et c. per cuius dicta determinatur presens dubitatio: quia hic constat de origine per primā inuestituram. iuxta no. per Bal. in. c. j. si de feu. fue. controuer. vbi bene ad propositum: al's presumeretur potius antiquuz vt ibi ptz vel relinquitur arbitrio iudicis cuius sacramento questio decidatur. c. j. §. fi. de grad. succes. in feu. de consue. rec. feu. §. sacramentum. et quod ibi plene per Bal.

¶ Et ita dico et consulo ego Paulus de cast. vtriusq iuris doctor et ad fidem me subscripsi et sigillaui.

1 Fama etiam plene probata non est sufficiens ad torturā quando habuit originem ab eo qui de ea non poterat deponere.

2 Et an reus et socius criminis faciat indicium ad torturam. Item q nihil debet suggeri ei qui torquetur in aliquem sz simpliciter interrogari.

3 Testis qui non debuit examinari examinatus non facit indicium nec etiam venit puniendus vel condemnandus ex sua cōfessione.

¶ Consilium. cclxxxiiij.

In christi nomine amē.

¶ Viso quodā tali quali processu facto et agitato in patria Forliuij contra quendam pbyterum Odoricum per iudicem ecclesiasticum de quodam furto commisso in quadam ecclesia seu etiam sacrilegio de quo ipse presbyter fuit inculpatus a quodam Mita salomon layco capto et detento in curia seculari qui cōfessus est se dictū furtum et sacrilegium commisisse vna cum dicto presbytero Odorico. Et qui processus nunc pēdet per viam appellationis coram dño abbate sextensi vicario generali diocesis aquilegiensis in spiritualibus: et mihi fuit per eundem cōmissum ad consulendum que sint vel esse debeat partes eius in pronunciando et expediendo super eodem.

¶ † Visis et diligenter consideratis omnibus contentis in eodē

1 Dico primo q virtute ipsius processus et confessionis facte p dictum presbyterum: et etiam per dictum Mitam secularē captum et inculpatum de dicto crimine non potest perueniri ad aliquam condemnationem contra dictum presbyterum: eo qr nulla precessit accusatio vel inquisitio contra dictum presbyterum de crimine sine quaruz altera non potest ad condemnationem deueniri. ff. de mune. et hono. l. rescripto. §. si quis accusatore. extra de accusa. c. qualiter et quando. Item nec potest virtute dicti processus et contentorum in eo perueniri ad inquisitionem super dicto crimine contra dictum presbyterum: quia non fuerunt examinati testes super infamia prouenien te non a maliuolis: sed ab honestis et fidedignis personis quod erat necessarium maxime de iure canonico et contra presbyterum: et in patria subiecta ecclesie quo ad temporalem iurisdictionem. capitulo. cum oporteat. et capitulo. inquisitionis. eod. titul. Sed nec hodie reperirentur testes tales: quoniam ab illo solo Mita qui ipsum inculpauit potuit procedere fama vel infamia: q

Mita salomon non admitteretur in testem contra dictū pbyterum: † tum qr socius criminis[a] vt ipse asserit: tum quia de se

2 a confessus. c. veniens. el primo. extra de testi. tum quia laycus q contra clericum non admittitur in criminali. eo. tit. c. decetero. ij. q. vij. laycos. et c. sequen. Multominus causat vel producit famam probabilem cum non sit probabilis autor: et sic repellerentur testes deponentes de fama que habuisset originem a pdicto Mita qui non faceret fidem vt testis: sed nec faceret indiciū ex quo non debuit vt testis examinari. ff. de questio. l. maritus iuncto extra de hereti. fraternitatis. iij. q. iiij. nullus. xvj. distin. c. primo. et in. q. posita super regula cum quid vna. in quibus patet q repelluntur illi quorum repelluntur autores: nō eniz plus deberet credi alijs deponentibus de fama quā dicto Mite a quo habuit originem: maxime quia non est honestus nec fide dignus prout requiritur. vt. d. c. qualiter. et ibi per Innocen. et per Bar. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. Sz est suspectus q potius ad euitandum penam illum presbyterum inculpauerit sciens illum esse sufficientem ad emendationē dāni: et ipsum velle potius emendare q torqueri: posito quod eēt innocens

a ¶ Criminis. Quis aūt dicatur soci criminis et qualr et q societas in crimine puniatur vel non. vide Bal. in cōsi. ccccl xxxvij. i iiij. parte. et qd non admittatur in testē. vide p eum in ɔsi. ccclxxxiij. ea. pte.

innocens vt postea patuit ex dictis ipsius presbyteri τ habens fiduciam et spem a capitaneo qui ipsum torquebat qđ eum dimitteret pur quod ecclesia rehabeat res suas: vt etiā apparuit ex dictis eius prefatus presbyter cui cū conquereretur de ipso quod ipsum falso modo inculpauerat aliter nō respondit nisi o presbyter emendetis istas res: qꝛ potestis. et omnes erimus extra periculum et extra carceres. τ ad istum finem creditur ipsuȝ inculpasse: maxime quia ipse Mita nō nominauit a se dictum p̄sbyterū: sed quosdaȝ alios: et postea impulsus per nicolaum capitaneū ipsum torquentem qui habebat odio dictū presbyterū propter quandam differentiaȝ quā habebat cū eo de quodā quartesio: τ qui fuerat illi minatus vt dicunt testes dixit eidem Mite cū alios inculparet τ non istum: nonne fuit vobiscū presbyter Odoricus. rūdit Mita quod sic qđ fieri nō debuit: cū a lege prohibeatur: qꝛ fuit quedam suggestio. ff. de questi. l. j. §. qui questionē. τ suspecta propter cām suprascriptam. † ¶ Ex quibus etiam patet qđ deficiunt indicia propter que perueniri pōt ad torturā: et sine q̄bus nō posset iterato torqueri. ff. de q̄stio. l. j. in prin. τ. l. fi. τ si torqueret̃ τ confiteretur sine eis etiam si perseueraret in confessione[a] non esset damnandus. e. titu. l. penul. τ ibi per Barto. τ p do. Ange. de perusio in. l. qui aliena. § fi. ff. de acqui. here. † Nam testis qui nō debuit examinari ex minatus non facit indicium: nec etiam ex sua confessione venit puniendus vel cōdemnandus ex eo quod no. Inno. in. c. qualiter τ quando. de accusa. posito qđ processus non foret nullus. iuxta no. per Bar. in. l. si confessus. ff. de custo. reorꝫ. τ. c. j. de accu. lib. vj. qꝛ illa loquuntur in confessione sponte facta τ non in tormentis: vt pꝫ ex dispositiōe ser Nicolai notarij qui fuit examinatus vt testis τ primo fuerat rogatus de cōfessiōne. lꝫ in instrumento dictus presbyter asserat se sponte confiteri: sed certe eodem metu et terrore censetur dixisse illa verba quibus etiam fuit confessus. l. doli. §. diuersum. cum concor. ff. de noua. cuꝫ ex dispositione dicti notarij appareat quod fuit ligatus τ tortus anteꝗ̄ confiteretur: ergo presumitur facta metu tormentorum. iuxta plene no. per Bar. in. l. j. §. diuus. ff. de q̄sti. τ Dy. τ Gan. in materia torture: τ sic nō datur sibi fides: nec ex ea veniret cōdemnandus etiam si foret rite factus processus: postꝗ̄ in ea nō perseuerauerit ad banchuȝ iuris vt moris est. vt. d. §. diuus. cū ibi plene no. per Barto. τ in. §. si quis vltro. C. quorum appel. non reci. l. ij. circa finem. ibi formidine tormentorum ꝛc. per quā patet quod etiam si non fuisset tortus: exquo tamen erat in loco torture vel prope: dicitur confessus metu tormentorum: vt ēt dicit Gan. in tractatu torture rubrica. viij. τ sic non est ei standuȝ ber quo nō reperitur perseuerasse. l. ij. C. de cust. reorum. eo. modo quo requirit̃ pseueratio. iuxta not. in. d. §. diuus. ¶ Accedit ad predicta qđ qualitas psone sue: qꝛ p̄sbyter τ quotidie consueuit celebrare τ dicere officium: τ etiam bona fama sua de qua plures testes deponunt: nō sinūt presumere de ipso tam nefandū scel⁹ quale est illud qđ sibi obijcit̃. Et hūt ista diminuere τ tollere indicia si qua contra dictū presbyterum militarent. ff. de re mili. l. j. §. sed τ si ex impulso. τ ibi per Barto.

¶ Propter que breuiter concludo partes dicti domini abbatis vicarij fore in absoluendo dictum presbyterum a dicto processu et in pronunciando non rite nec debito modo fuisse processum contra eum per vicarium domini archidiaconi: τ in relaxādo ipsum a carceribus. Laus deo.

¶ Et ita mihi Paulo de castro vtriusꝗ̄ iuris docto. legenti Padue iura ciuilia dicendum videt̃ de iure: τ ad fidem me subscripsi τ sigillaui.

¶ Casus talis est.

¶ Reuerendus pater olim. d. P. emilianus ep̄s Vincentinus obtenta testandi licētia a sede apostolica vsꝗ̄ ad summam. v. mille duca. deductis tū prius ere alieno τ quibusdā necessarijs reparationibus vt ex ipsius tenore latius videri potest: condidit testamentuȝ in quo tum in relictis ad piascausas: tum pro remuneratione meritorum disposuit τ ordinauit computatis etiam liberationibus quorundam debitoruȝ multū plus vltra dictam summam: τ specialiter reliquit ecclesie sancti Michaelis de Murano ducat. mille centum imprestitorum vt plenius in testamento suo comprehenditur. Eo postea mortuo commissarij sui nonnulla ex dictis legatis soluerunt: et in iudicio seculari condemnati fuerunt eidem monasterio ad sibi soluendum dictos mille centum duca. imprestitorum: quibus non solutis idem monasterium impetratis a sede apostolica iudicibus delegatis coram eis pro dicto relicto conuenit Reuerendū P. d. episcopum vincentinū successore prefati domini. P. in quo iudicio per confessionem dicti. d. presentis episcopi constat ipsum presentem episcopuȝ habuisse ex debitoribus epatus per ipsum predecessorem suum relictis duca. cccc. l. vel circa. verum pro parte dicti. d. presentis episcopi etiam in dicto iudicio probatum est cum pro ere alieno videlicet funeris dicti sui predecessoris et pro reparationibus necessarijs de quibus in dicta licentia testandi fit mentio obligatum manere et partim exbursasse multum plus vltra dictam summam. cccc. et. l. duca. Item probatum est pro parte eiusdem presentis episcopi multa bona magni valoris tum vasa argentea tum libros: tum alia supellectilia peruenisse ad filium τ nepotes dicti quondam dñi P. quibus ante mortem suam inuenitur donationeȝ fecisse de dictis argentis. ¶ Modo queritur ex premissis.

¶ Primo nunquid pro dictis mille centum duca. imprestitorum stantibus supradictis prefatus do. presens episcopus conueniri potuerit et debuerit: vel potius heredes et commissarij dicti testatoris.

¶ Scđo nunqđ atteta dicta forma licētie apostolice de dispo nēdo vsꝗ̄ ad. v. mille duca. in ipsis. v. mille duca. debeāt cōpu[a]tari τ defalcari repatiōes et expēse necessarie faciēde pro cōseruandis iuribus ecclesiarum. An vero factis prius dictis defalcationibus si sufficiant facultates de quibus in ipsa licētia fit mentio potuerit defunctus episcopus integraliter disponere vsꝗ̄ ad dictam summam duca. quinꝗ̄ milium.

¶ Tertio si non apparet presentem do. episcopum de bonis relictis per suum predecessorem aliud habuisse ꝗ̄ dictos. cccc. et. l. ducat. τ appareat dictas expēsas necessarias pro reparationibus ecclesiarum tam factas quam faciendas multo plus ascendere: idem do. episcopus possit in aliquo condemnari.

¶ Quarto si de dictis expensis necessarijs non constaret an dictum monasteriuȝ de Murano debet insolidum habere dictū suum legatum: an debeat concurrere ad ratam cum alijs legatis ad pias causas quibus nihil est solutum: nec de presenti ad presentem episcopum est aliud vnde solui possit: τ specialiter si ecclesia cathedralis vincentina in multo maiori summa legatario sit dicto monasterio preferenda.

¶ Quinto cum commissarij dicti episcopi defuncti perceperint duca. quattuor milia τ vltra τ vigore sui testamenti dispensauerint: an ipsi duca. quattuor milia computari debeant in dicta summa duca. quinꝗ̄ milia de quibus est data dicta licentia.

¶ Sexto an legatum certorum supellectilium necnon legatum liberationis factū per ipsum defunctum episcopum quibusdaȝ suis familiaribus et factoribus: qui sunt debitores inuenti in magna summa τ propter dictum legatum liberati computa[b]ri debeant in dicta summa ducat. quinꝗ̄ milia.

[1] ¶ Licentia testandi data prelato vsꝗ̄ ad certam summam intelligitur de mobilibus que ipse in vita acq̄siuit non alias. Et multa de hac licentia vide hic: τ in cōsil. cclxxiij. s. eo. lib.

¶ Consilium. cclxxxv.

In Christi nomine amen.

[1] [c] ¶ † Ad primum[c] respondeo ꝗ̄ si dicti mille centuȝ ducati non erant super imprestitis pertinētes ad episcopum vincētinum tpe testamenti vel mortis testatoris: tunc nec dñs episcop⁹ pñs nec heredes vel executores possent conueniri: qꝛ legatum foret nulluȝ cū non fuerit legata quantitas in genere τ vt ꝗ̄titas sed vt certum corpus quod in rerum natura nō reperiebat̃. l. sed si certos nūmos. ff. de leg. j. τ. l. si seruus. §. qui margaritā. eo. titu. de leg. ij. l. si quis seruū. §. si quis legauerit. vel vt creditū qđ nō erat. l. si sic. §. j. de leg. j. in princi. Si vo erāt: sed per heredes vel executores fuerūt in alios legatarios distributi cū scirent etiā istas subesse qui debebāt habere portionem τ ratam suam fm ea que infra dicam: τ sibi non prospexerunt de faciendo prestari sibi cautionem de restituendo: quatenus percepissent vltra ratam eis debitam: tenerentur ipsi heredes vel executores. ff. ad. l. falci. l. dolo. iuncta. l. j. in prin. ff. si cui plus quam per. l. fal. τ in. §. si legata. cum seq. vel poterit agi per dictum monasterium cōtra illos qui percepissent plus parte sua. C. de iure deliberandi. l. finali. §. licētia creditoribus. iuncta. l. ij. ff. de condi. indebi. ibi dum dicit vel diminutiōe et pro hoc quia alijs quoꝗ̄ legata relicta sunt ꝛc. non autem potest conueniri presens dominus episcopus qui nec possidet denarios super imprestitis nec dolo vel culpa sua factum est quominus possident. ff. de petitio. heredi. l. penultima circa mediū ibi: neꝗ̄ possidet ꝛc. maxime eo modo quo conuenitur. videlicet ad prestandam tantam quantitatē in genere de qua possint emi mille centum duca. super imprestitis: quia vt dixi legatum istud non fuit factum de quantitate in genere prout petitur: sed de quantitate existente super imprestitis: quia dixit ducatos mille de imprestitis ꝛc. vnde non possunt peti nisi illi qui sint super imprestitis et qui erant tempore mortis testatoris vt in iuribus supra allegatis male ergo fuit actum et hoc de primo.

¶ Ad secundum quesituȝ respondetur quod licentia data de testando super quinꝗ̄ milibus ꝛc. debet intelligi scilicet qui su

[a] ¶ In cōfessione. Vide bal. in cōsi. cclxiij. ī tertia parte.

[b] ¶ Standum. Adde tamen do. Bar. sozi. in cōsi. ccxxviij. ver. confirmatur etiā eorꝫ dictuȝ in secūda parte qđ cōfessioni facte ī tormentis nō statur si tū alia cōfessio extraiudicialis procedat quod tunc statur.

[c] ¶ Ad primū. De hac eadeȝ materia in eadē materia. eā vide supra in consil. cclxxiij.

peressent de redditibus ecclesiasticis et alijs rebus mobilibus per defunctum episcopum relictis vt in licentia continetur deductis oneribus et impensis necessarijs fiendis in rebus de quibus percepti sunt quia non est credendū papam voluisse redditus illos cedere lucro prefati domini episcopi preteriti vt de eis posset testari et quod onera necessaria remanerēt ecclesie et successori prout videmus in similibꝰ in marito qui lucratur fructus dotis. Nam de dicto lucro debent deduci expense necessarie quibus non factis res fuissent effecte deteriores ad quas faciendas maritus non tenetur. l. prima in principio. et l. impense. et l. penultima. ff. de impen. et residuum lucratur: satis enim est quod habuit licentiam testandi de residuo quā si non habuisset pertinuisset ad successorem. de electio. quia sepe. lib. vj. de testa. cum in officijs. et c. relatum. lo secundo. cū cōcordā. Et si deductis dictis oneribus necessarijs non superarent quinq̃ milia duca. de redditibus et dictis rebus mobilibus ad episcopum preteritum pertinentibus non potuisset testari nisi de eo quod superesset quod ad ipsum si vixisset pertinuisset nō autem de percipiendis post eius mortem pertinere debentibus ad successorem quem non est credendum papam duplici onere voluisse grauare. ff. ad. l. rhodiam de iactu. l. nauis. §. cum autē. de legatis secundo. titia. §. qui in vita. de dote prelega. l. penulti. et ibi not. Plus videtur dicendum probabiliter quod si super imprestitis fuissent pecunie pertinentes ad episcopum: vel episcopatum Vincentinum que fuissent acquisite non per episcopum proxime precedentem sed per suos antecessores nō potuisset de illis testari sicut nec de rebus immobilibus dicti episcopatus: quia et ille reputarentur inter immobilia et de patrimonio ecclesie. l. iubemus post principium. C. de sacrosan. eccl. in autentica de non alienan. §. vult enim. non enim credendum est papam voluisse sibi dare licentiam testandi nisi de acquisitis tempore suo: quia illa pertinebant ad ipsum dispensanda et distribuēda in vita sua: vnde papa voluit qđ etiā in morte posset distribuere quod tamen de iure facere non poterat: sed acquisita per antecessores vel acquirenda per successorem non pertinebant ad eius distributionem ipso viuente: vnde nec in morte creditur eis data licentia disponendi. facit. l. finali. ff. de penis. de iurisdi. om. iudi. eum qui. §. finali.

¶ Ad tertium patet responsio per predicta quia si dicti. cccc. ducatos percepti per presentem dn̄m ep̄m de redditibus recollectis tempore antecessoris fuerunt necessarij in reparationibus ecclesiarū non tenetur eos restituere: quia erant deducendi de quantitate predicta quinq̃ milium duca. si aliunde non poterant haberi. Et si dicte reparationes habuerunt causam et originem tempore predecessoris: secus si post. argu. ff. de lega. j. l. apud iul. §. heres. Et multominus tenetur aliquid soluere de perceptis post mortē sui predecessoris. arg. ff. de legatis tertio l. quod his verbis vbi heres grauatus restituere quicquid ex bonis testatoris ad eū peruenerit non tenetur ad fructus per eum perceptos post testatoris mortē: quia dicuntur heredis nō testatoris cuius nunquam fuerunt.

¶ Ad quartum respondetur quod si testator predictus cum haberet licentiam testandi de quinq̃ milibus testatus est de decem milibus: et sic in duplo vltra vires patrimonij quod quantum ad propositum erat de quinq̃ milibus tantum et non vltra singula legata per eum facta debent diminui pro dimidia que vltra vires et illa primo loco est deducenda. ff. ad legem falcidiam. l. in quantitate. §. fi. et ibi casus in fine dicta vero quinq̃ milia distribuenda sunt pro rata inter omnes legatarios intātum qđ etiā legata liberationū facta familiaribus et quibusdā debitoribus rescindent̄ pro dimidia et pro vna dimidia tantū liberabunt̄: pro altera exigetur et inter alios distribuet̄. text. est in. l. querebat̄. in fi. ff. ad. l. fal. Et hoc si dicta legata liberationum debēt cōputari in dicta summa. v. miliū de quo dicet̄ in vltimo articulo. Et sic dicto monasterio nō debet̄ integrū legatum mille centū: sed quingentorū quinquaginta dumtaxat.

¶ Ad quintū nō video cur dicta summa quattuor miliū ꝑcepta ꝑ cōmissarios nō debeat cōputari in dicta summa. v. miliū: nā si nō habuisset licentiā testādi nō potuissent illa capere. Sed debuissent successori reseruare: vt. s. dictū est. Ergo si ceperūt virtute dicte licentie date receperūt: ergo necessario debent computari in dicta summa nec video rationem in contrarium.

¶ Ad sextum et vltimū videt̄ dicendū ꝙ cū prelatus possit etiam de iure cōmuni et sine alia licētia obtenta a papa suos familiares bene merentes de se remunerare iuxta officij meritū et condignum. de testa. c. relatum. C. de sacrosan. iubemus. post principium. in glo. sequē. qđ quātitates cōgrue remisse dictis familiaribus ꝓpter grata et benemerita nō cōputent̄ in summa dictorum quinq̃ miliū. Sed illa licētia intelligatur de his que sine causa non potuisset episcopus disponere vt sic aliquid operetur. l. si quando. ff. de lega. j. c. si papa. de priui. lib. vj. Quatenus autem excederet condignam remunerationem secus quod iudicis arbitrio relinquendum est: pro hoc quod not. Bartol. in. l. fi. ff. de his quibus vt indig. post principium per vnam col. ibi. Et hoc nisi excedat magnam quantitatē &c. Bal. in. l. eam quam. C. de fideicō. in. xv. col. in ver. pone: dicit decretalis et dn̄o modo non fingātur merita: vt dicta. l. iubemus. post principiū. in verbo beneficij colorati &c. et quod ibi per Bal.

¶ Casus talis est.

¶ Quidam magister Bartholomeus de Verona scholaris in medicinis studens Padue contraxit matrimonium et duxit in vxorē quādā dominā Franciscam de Padua: cui magistro Bartholomeo nomine dotis fuerunt promissi ducati quadringenti a domina Lucia matre ipsiꝰ domine Francisce: et anteq̃ duceretur in vxorem Joannes franciscus ab arena cōuenit cū dicto magistro Bartholomeo pro dictis ducatis quadringētis sic pro dote promissis dare quandam possessionem sitam in villa sancti Angeli cum certis confinibꝰ et qualitatibus: quos tamen confines tunc nō expressit sed exprimere promisit. Et ita illam possessionem dedit et tradidit loco dictorum quadringentorum ducatorum: et constituit se precario nomine possidere in veram tamen possessionem nunquam tradidit. Sed ipse Joannes franciscus ab arena et heredes sui detinuerūt et adhuc tenent: quam possessionem dictus magister Bartholomeus promisit tenere gubernare et diligenter tractare et in casum dotis restituende ipsam dotem restituere ſm quod continetur in instrumento in omnem casum et euentum dotis restituende. Et renunciauit dictus magister Bartholomeus omni exceptioni non sibi date traditionis et consignationis dotis supra specificate tempore huius contractus ſm quod hec et alia continentur in predicto instrumento. Item tempore dicti contractus celebrati et instrumenti rogati dictus magister Bartholomeus non erat ciuis Padue: et sic videbatur inhabilis ad acquirendum immobilia attenta forma statuti cuius copia transmittitur: post hec magister Bartholomeus duxit vxorem Joānes franciscus decessit non facta vera traditione et consignatione dicte possessionis: dictusq̃ magister Bartholomeus se postea habilitauit ad acquirendum Padue immobilia et iudicium mouit et instituit contra heredes dicti Joannis francisci et lata fuit sententia contra ipsum ex hac causa: quia tempore contractus celebrati instrumenti suprascripti rogati ipse non erat habilis ad acquirendum immobilia que sententia transiuit in rem iudicatam propter absentiam ipsius magistri Bartholomei: verumtamen sententia videtur fuisse iniqua quia statutum videtur requirere habilitatem tempore vere traditionis non celebrati contractus vel ficte traditionis vt apparet in predicto statuto post modum ver. obligationes bonorum &c. Et super hoc facte sunt quedam allegationes in fauorem dicti magistri Bartholomei que videantur: verum tamen est quod vxor dicti magistri Bartholomei vel tempore sententie vel postea decessit relicta vnica filia infante ex dicto magistro Bartholomeo et sic videtur extare casus dotis restituende que pertinere debet ad dictā vnicā filiā. Modo pro parte dicte filie: vel dictꝰ magister Bartholomeꝰ tanq̃ pater vellet iterū instituere iudiciū ad dictā possessionē querit nūquid posset cū spe victorie. Et cōsiderandū ꝙ ex ꝓdicto instrumēto si agat̄ actione ꝑsonali solus dictus magister Bartholomeus videt̄ agere posse. Non autē potuisset vxor nec heres vxoris et si dictus magister Bartholomeus vellet iura sua cedere ipsi filie sue nō videtur qđ cessio prodesset: cum ius suum sit elisum per sententiam. Quod autē agatur ad dictam possessionem rei vendicatione videt̄ fieri nō posse pro parte dicte infantis tanq̃ possessio data fuerit estimata dicto magistro Bartholomeo estimatione que facit emptionem. Et est aduertendum qđ rei vendicatione non videtur posse agi cū confines dicte possessionis demonstrati non sint. Et sic rem incertam agi non posset rei vendicatione. ¶ Vnde omnibus consideratis queritur quid iuris an dicta sententia fuerit iusta vel iniusta. ¶ Secūdo quo remedio consuli possit ipsi infanti contra heredes dicti Joannis francisci.

1 ¶ An pater succumbens in petitione dotis eo quia per statutum vt extraneus redditur inhabilis ad acquirendum immobilia: possit iterum agere nomine filie heredis vxoris aut sua iura eidem filie cedere.

2 Et de intellectu talis statuti et an habilitatio post acquisitionē valeat. et quid si fiat ante traditionem an sufficiat.

3 Vsurarius si tempore testamenti non prestitit cautionē ſʒ post factū testm̄ recōualescit et vide i ꝯsil. ccxcij. i. ij. col. ṽ. illud autē.

¶ Consi-

¶ Consilium.cclxxxvj.

In christi nomine amen.

¶ Videtur φ dicta sententia fuerit bene lata contra dictum magistrum Bartholomeum siue egerit rei vendicatione siue actione personali:primum patet:† qz cũ ipse esset incapax acquisitionis rerum imobilium tempore contractus propter statuti prohibitionez.l.si in emptione.§.j.ff.de contrahen.emptio.in verbo mores ciuitatis.C.nõ lice.habita.metro.l.j.non fuit in eum translatum dominium ex ficta traditione qui nec si vera interuenisset fuisset translatũ.l.qui ad certum.ff.loca.licet enim quantum ad incurrendum penam statuti.s.φ perdatur pretium ⁊ res applicetur cõmuni Padue requiratur vera traditio quasi prius nõ videatur cõplete deliquisse vel statutum offendisse:iuxta no.per glo.in.l.j.§.si rem.ff.depositi.⁊ in Specul.de loca.§.nunc vero aliqua ver.xcv. Attamen etiam ea non interueniente durat prohibitio statuti vt forensis acquirere non possit etiam per alios modos per quos solet q̃s acquirere sine vera traditione argu.in ratione sui.ff.de condit.⁊ demon.l.in testamento.la prima in fi.nõ ergo potuit agere rei vendicatione qui dominium non habebat.l.in rem in prin.ff.de rei vendi. Sed nec personali ex venditione que nulla videtur fuisse tanφ expresse prohibita per statutum quod dirigit verba prohibitionis in contractum dũ dicit.non possint vendi donari permutari ⁊c.l.cum lex.ff.de fideiuſ.de condi.indebi.si nõ sortem.in prin. Tum etiam qz etiam si expresse non prohiberet contractum sed solum alienationem censeref in cõsequentiam prohibuisse cõtractũ per quẽ ad alienationẽ peruenif.l.oratio ff.de spõsa.⁊ est casus in.l.si ad resoluendã.C.de predijs mino.⁊ ibi Bar.ita summat ⁊ in terminis nostris ita expresse determinat in.l.multum.ff.de verbo.obligatio.ante finẽ:vez qd forẽses prohibiti acquirere immobilia nõ possunt per stipulatiões promitti:nec ex promissione oritur aliqua obligatio vel actio.

† Nec obstat si dicaf iste post cõtractũ fecit se habilitari anteφ agere inciperet:⁊ sic videtur qd retroacta fuerit cõfirmata ⁊ recõualuerint licet a principio fuerint nulla:quia cessauit cã annullans ⁊ superuenit cã cõfirmãs:iuxta no.per Dyn.in regula nõ cõfirmaf.de reg.iur.lib.vj.⁊ argu.ff.de seruitu.rusti.predi.l.per fundũ cõmunia predio.l.si. Nam hoc tollitur per hoc idẽ statutũ qd excipit certos casus in quibus vult nõ nocere inhabilitatem que erat tẽpore acquisitionis si postea infra annũ faciat se habilitari inter quos iste casus non est:igitur ⁊c.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.qz exceptio firmat regulam in nõ exceptuatis.l.nam φ.§.fi.de penu lega.de vsufru.lega.generali.§.vxori.⁊ no.per glo.in.l.in his.ff.de legi. ¶ Cũ ergo ius istius magistri Bartholomei declaratũ sit nullũ p dictam sñiam que transiuit in rem iudicatã nõ põt illud alteri cedere.l.nemo põt plus iuris ⁊c.de reg.iur. Ceterũ sibi ⁊ nõ mulieri facta fuit promissio istius possessiõis:ergo nec mulier si viueret nec filius eius ⁊ hñs agere possunt ex ea.arg.ff.ad.l.rhodiam.de iactu.l.ij.post prin.ibi magister deinde ⁊c.loca.cum in plures.§.messem in fi.iuncta.l.ad probationem.la prima.C.de proba.ibi non recitantem:sz quem tenor scripture designat ⁊c.

¶ In contrarium φ dicta sententia non fuerit bene lata. Et φ licet foret bene lata sibi soli magistro Bartholomeo ɔtra quẽ lata fuit noceat:non añt potuerit nocere vxori sue nec per consequens heredi illius.s.cõmuni filio ⁊ sic ea nõ obstante possit dictus magister Bartholomeus nunc agere vice ⁊ nomine filij sui heredis matris sue tanφ pater ⁊ legitim⁹ administrator sic ostẽditur. ¶ Nam inter alios casus et exceptuatos: in statuto in quibus capacitas ⁊ habilitatio quesita forensi post acquisitionem immobiliũ saltẽ infra annũ a die acquisitiõis. Est ille de vxore ⁊ nuru forensi nupta ciui que dedit in dotẽ quãtitatem Nam pro recuperatione dotium suarũ potest acquirere bona immobilia mariti vel soceri dumtamẽ infra annum faciat se habilitari.s.faciendo se describi in estimo ad onera. Nam ciuilitatem non expedit φ de nouo acquirant qz illã acquisiuerunt per contractum matrimonij ⁊ per ductiõem ad maritũ.ff.ad municipales.l.si.§.j.⁊.l.filij.§.vidua.de iudi.l.exigere dotẽ ⁊.l.cum quedam de iurisd.om.iu.si hoc est in vxore vel nuru ciuis idem debet esse ecõuerso in marito vxoris ciuis duplici ratiõe. Prima quia natura correlatiuorũ sicut est marit⁹ ⁊ vxor est φ quicquid dictũ est de vno censetur dictũ de altero si potest illi conuenire.C.de indic.vidui.l.ij.in fi.facit.l.si.ff.de accep.de rescin.vendi.cum emptor de legi.heredi.l.si ab eo. Secunda ratio est quia illud fuit statutum in vxore ⁊ nuru fauore dotis:⁊ propter publicam vtilitatem que vertitur in matrimonijs cõtrahendis ff.so.ma.que publica vtilitas facit vt sub generali prohibitiõe non comprehendatur casus in quo illa vertitur:vt non comprehẽdatur sz intelligatur exceptuatus a prohibitiõe.l.si quis in graui.§.vtrum.ff.ad sille.⁊ ibi per bar.C.de nauic.l.cũ nauarcorum.lib.xj. Sed iste eedem rationes vertuntur ex parte viri volentis acquirere dotẽ sicut ex parte mulieris volentis recuperare immo intẽsiores ꝓpter onera matrimonij que sustinet maritus:ideo licite põt recipere vsuras dotis promisse ꝓpter moram promittentis.c.salubriter.de vsu.⁊ tamẽ nõ sic vxor moraz passa:vt ibi not.per Inn.⁊ Bar.in.l.insulã.§.vsuras.ff.soluto matrimo. Ideo pariter in alijs priuilegianf vt sicut actio ex stipulatu cõpetens vxori pro dote recuperãda est bone fidei ⁊ habet tacitã hypothecam:ita ⁊ ecõuerso cõpetens marito pro dote danda.C.de rei vxo.acti.l.j.§.⁊ vt plenius. Postφ ergo dictus magister Bartholomeus fecerat se habilitari infra annũ debuit obtinere nõ succũbere cum tpe quo incepit agere foret habilis:licet tpe cõtractus nõ. Preterea quid aliud quesierũt statuẽtes nisi vt bona immobilia nõ essent penes nõ sustinẽtes onera:lz ergo tpe cõtractus q̃s nõ sustineat onera si tñ anteφ perfecte acquirat per realẽ traditionẽ postφ põt percipere fructus quos pri⁹ facere nõ poterat:⁊ sic non poterat dici dñs.l.si tia.ff.de solu.fecit se habilitare sufficere debet:qz per hoc satis fit intentioni statuentiũ:cũ illud qd sit emptor ciuis ⁊ descript⁹ ad onera nõ req̃siuerint statuẽtes ꝓ forma ɔctus:sed pro indẽnitate cõis Padue ideo sufficere debet qd q̃ñcũφ ante realez traditionez emptor vel alius acq̃rere volẽs reperiatur habilis ⁊ descriptus ad onera:licet tempore cõtractus nõ foret. argumentum optimũ.ff.de here.institu.l.qui soluendo nõ erat duos appolonios.† ⁊ quod notant doct.in questione de vsurario testante qui tempore testamenti non cauerat de vsuris restituendis:⁊ sic videbatur nullum si postea cauit recõualescit vel retro nalidum declaratur[a]:vt not.per Jo.an.in.c.φφ.de vsur.lib.vj.in nouel.⁊ Bar.in.l.filio preterito.circa fi.ff.de iniusto testa.⁊ Bald.in.l.posthumo.C.de contratabu.

¶ Declaraf. Sz q̃d ecõtra si caruit ⁊ testatus sit ⁊ post testamẽtũ cõualuerit ⁊ vsuras ante ꝓmissas exegerit vel receperit a spõte soluente an testamentũ sit ruptũ:vide bal.i ɔsil.cclv.in.iij.pte.q̃d si nõ caruit tpe testamẽti sz postea dum ĩformat⁹ fuerit de iuris dispositiõe miserit ad epm et dum obtulerit cautionez mortuus sit an ɔsti ta illico cautio per heredes testamentũ recõualescat: vide per eum in cõsilio.lvij.in.v.parte.

¶ Nec obstat qd statutũ excipit certos casus in quibus vult habilitationem factam post cõtractuz valere:dummodo facta fuerit infra annum:qz illi casus debent intelligi quando talis habilitatio facta fuit post realem traditionem tunc prodest in illis tantum non in alijs immo pena tunc incurritur tanφ factũ fuerit cõtra prohibitionez statuti. Sed si facta fuit habilitatio ante realem traditionẽ illa sufficit quandocũφ facta fuerit ẽt post annum ⁊ in quibuscũφ casibus. Et iste est verus et sanus intellectus dicti statuti sicut deus est:⁊ sine quacunφ absurditate.sic ergo dicta sententia fuit male lata:qz debuit obtinere magister Bartholomeus.† Nunc dico qd licet transiuerit in rem iudicatam non preiudicat sibi quominus ipse idem possit iteruz agere nomine filij sui heredis sue vxoris matris illius tanφ pater ⁊ legitimus administrator eiusdem etiã si bene fuisset lata nõ solum si male:qz ipse in illo iudicio in quo succubuit non deduxit nec deduxisse censetur nisi ius suum:non autẽ sue vxoris vel heredis eius:per ea que no. Bartol.in.l.de die.§.q̃dam etiam.ff.qui satisda.cogan.⁊ ar.l.si pariter.ff.de libe.cau.⁊.l.cuiuscunφ.§.j.ff.de vsufru.⁊ Bartol.in simi.in sententia lata cõtra vsufructuariũ super proprietate qui censetur procurator proprietarij in rem suam.l.j.in fi.vsufru.quemadmo.cauea.de ope.noui.nun.l.j.§.fi.iuncto eo quod no. Bar.in.l.sepe de re iudi.in.iij.q. In illo ergo tantum ꝓiudicat quod fuit deductum non in alio.ff.de iudi.l.non põt videri.C.eo.titu.l.j.versi.superest.⁊.l.an eandem.ff.de excep.rei iudi.de pac.si vnus.§.ante omnia. Cuius rei gratia diligenter considerandum quod lz dictus magister acceperit saltim per fictam traditionẽ dictam rem estimatam pro quantitate.cccc.duca.promissa per matrem talis enim estimatio non fecit emptionẽ de qua loquitur.l.quotiens.C.de iure dotium per quaz maritus remanet obligatus ad quantitatem non ad rem datam sed de ea potest facere quicquid vult vt ibi habetur quia hic promisit dictam rem saluare ⁊ custodire:tenere ⁊ gubernare ⁊c.⁊ eam reddere ⁊ restituere dicte sue vxori in casum dotis restituende:vt supra narraf in puncto:⁊ patet ex tenore instrũ dotalis post medium. Et lz dicat qd promisit reddere ipsam dotẽ debet exponi idest ipsaz possessionem datã in dotẽ:de qua dictũ est supra:al's si videreſ ꝓmisisse restituere pecuniã frustratoria fuisset promissio supra facta: de bene diligenter ⁊ fideliter tenẽdo:saluando custodiẽdo ⁊ gubernando dictã possessionẽ oĩbus suis periculis ⁊ expẽsis:qz tunc esset propria ipsi⁹ mariti ⁊ nõ subiecisset restitutiõi:⁊ sic potuisset eam negligere ⁊ facere de ea quicquid vellet.l.in re mandata.C mãdati.fuit ergo potius quedã surrogatio dicte rei in locum quantitatis promisse:vt sic mater foret liberata a ꝓmissione quantitatis:⁊ loco ipsius matris surrogareſ Joãnes:⁊ loco promissionis quantitatis surrogareſ promissio dicte possessionis:⁊ fieret quedam nouatio:⁊ sic perinde foret ac si res non quantitas fuisset ꝓmissa ⁊ ipsa res nõ quantitas foret in dote ⁊ in restitutione:⁊ sic foret fundus dotalis: in quo licet iuris

fictione videatur dominium transire in maritum. l. doce ancillam. C. de rei ven. re tamen vera videtur remanere penes ipsam mulierem: siue ipsa dederit siue alius pro ea qui donare videtur eidem. C. de iure dotium. l. in rebus. iuncta. l. j. §. accidit. de rei uxo. acti. et solu. matrimo. res ipso iure reuertitur ad ipsam mulierem. d. l. in rebus. iure quodammodo consolidationis: quia finitur fictum quod erat apud maritum quo ad exercitium actionis deducende in iudicium et directum quod remanserat penes uxorem sterilem reassumit vires et exercitium. maritus ergo qui recipit talem fundum dotalem a tertio dante pro muliere censetur recipere partim pro se quousque durabit matrimonium partim pro uxore pro tempore post matrimonium solutum. Et in hoc ultimo dicitur procurator mulieris tamen in rem suam propter primum poterat autem contingere quod matrimonium dissolueretur altero de tribus modis. scilicet morte mariti quo casu tota dos veniebat restituenda et tunc quatenus recepisset pro muliere recepit pro persona habili ad acquirendum: vel quod dissolueretur morte mulieris decedentis cum liberis vt in casu nostro: et tunc etiam tota dos venit restituenda liberis heredibus mulieris: quia maritus tunc nihil lucratur et sic erit idem quia liberi dicte mulieris que erat habilis etiam si de se non essent habiles: quia alibi nati: vt dicitur esse ista puella quia dicitur nata Verone tamen ex quo est heres et descendens matris sue que erat habilis cum esset ciuis Paduana est habilis per dictum statutum in ver. item habilitamus ascendentes descendentes et collaterales omnium habilium etc. dumtamen infra annum faciant se describi in libris estimi quod est intelligendum scilicet a die adepte realis possessionis: non autem a die adhibite hereditatis: quia ante possessionem adeptam quandocunque etiam post annum a die adhibite hereditatis possunt facere se describi et sufficit: vt. s. dixi. In istis ergo duobus casibus quibus videtur maritus recepisse pro habili non curatur inhabilitas mariti recipientis: quia vel ipse reddebatur habilis postquam recipiebat pro habilibus et habebat habilibus restituere: arg. l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad trebel. et quod no. glo. in. l. eam quam. C. de fideicom. quia omissa persona interposita capientis persona spectari debet. ff. ad. l. falci. l. cum dotem. Vel posito quod non redderetur dictus maritus habilis eius tamen inhabilitas non curatur quominus possit vel potuerit acquirere habili. iuxta ea que notan. in. l. cum esset. ff. de serui. rusti. predi. et. l. quod quis. C. de procur. per Cyn. et in cle. religiosus. de procura. de procuratore inhabili constituto ad substituendum habilem. Nam licet actus gesti per procuratorem principaliter habeant fundari in personam procuratoris et de ipso transitum facere in persona domini. l. quecunque gerimus. ff. de actio. et obligatio. l. possessio quoque. §. et si possessio. ff. de acquir. pos. si tamen non possunt in personam procuratoris originem sumere faciunt transitum recta via in dominum: sicut cum geruntur per nuncium tanquam per picam et organum. l. qui ita. §. j. ff. ad trebel. et ibi per Barto. et arg. ff. de stip. seruo. l. item si seruus. versi. quod enim alteri etc. Poterat etiam dissolui matrimonium morte mulieris sine liberis quo casu maritus debuisset lucrari dimidiam partem dotis. Sed posito quod tempore contractus esset inhabilis ad acquirendum pro se sufficeret habilitas superueniens post ante conditionis existentiam l. si rem meam. ff. de verbo. obli. et posito quod non sufficeret potuit acquirere hereditatem mulieris habilibus vt sic eis acquiratur dominium in totum: et marito soluerent partem precij totius. l. cum filius. post principium. ff. de legatis. ij. de lega. iij. fideicom. §. si seruo. et quod not. in. l. multum. de verbo. obliga.

¶ Concluditur ergo quod cum dictus maritus receperit dictam possessionem tam pro se quousque duraret matrimonium quam per uxorem et filios eius postquam solutum est matrimonium agendo ex promissione sibi facta censetur deduxisse in iudicium ius suum tantum: et sententia lata contra eum sibi soli preiudicat et in illo iure quod etiam finitum esset sine sententia per dissolutionem matrimonij. Non autem potuit preiudicare uxori vel suis descendentibus quorum ius non fuit in iudicium deductum et posito quod deductum fuisset maritus tamen cecidit a causa sui culpa: quia non appellauit. Nec filie datur regressus contra patrem in cuius est potestate: et ideo remanet filie ius saluum contra promissorem. p. l. titio centum. §. titio genero. in fi. ff. de condi. et demon. et per ea que no. Cy. in. l. doce ancillam. C. de rei vendi. tam in lectura quam in additione. et Bar. in. d. l. de die. ff. qui satisdare cogan. et poterit pater nomine filie agere actione personali quia promissor non fuit liberatus a promissione quousque realiter ediderit. per. l. si heres testamento. ff. de actionum. et emptio. in prima charta. Nec requiritur alia cessio fienda per patrem: quia si eam haberet liberaretur eam cedendo. l. si socer. §. lucius. sol. matri. l. quod debetur. ff. de peni. ergo competit vtilis etiam si cessio non fiat si alio modo non remanet consultum. l. cum fundus. §. seruum tuum. si cer. peta. videtur etiam quod possit cedere si vult quia per sententiam fuit elisa actio quam habebat pro se et proprio nomine non illa quam pro uxore vel eius filia per iam dicta postquam fuerit possessionem pro ea adeptus faciat eam describi in estimo infra annum vel etiam ante cautelam sub conditione tamen.

¶ Casus talis est.

¶ Christophorus de cauagnis de Soncino draperius olim ciuis Brix. suum ultimum condidit testamentum. In quo inter cetera instituit sibi heredes in omnibus suis bonis etc. communiter et equaliter Joanninum et Thomasium infantes eius filios legitimos et naturales. Et quemlibet alium eius filium legitimum et naturalem qui superuiueret ipsum testatorem. Item legauit iure institutionis Antonie infanti eius filie legitime et naturali: et cuilibet alij eius filie legitime et naturali extante tempore eius mortis libras centum plan. pro qualibet earum ac dandas quando maritabuntur vel se dedicabunt alicui Mon. etc. saluo tamen quod sui commissarij per eum deputati possint augere et diminuere quantitatem predictam secundum suas discretionem habito respectu ad facultatem ipsius hereditatis. Item voluit disposuit et legauit: quod si quis ex dictis eius filijs extante tempore mortis ipsius testatoris decederet sine filijs masculis ex se legitime descendentibus quandocunque alij seu alius supraviuentes seu heredes talis decedentis. Et si reliquerit aliquam filiam legitimam et naturalem: quod ipsa debeat dotari etc. vt supra per ipsos successores in hereditate predicta. Et si ipsi omnes filij ipsius testatoris extantes tempore eius mortis decederent quandocunque sine filijs masculis ex se legitime descendentibus tunc et eo casu legauit pro anima sua congregationi laycorum sancti Francisci sub cuius cura regitur et gubernatur hospitale sancte Marie de la misericordia ciuitatis brixie: vnam petiam terre etc. iuris tunc ipsius testatoris. Et similiter omnia bona immobilia que tunc extabunt de hereditate ipsius testatoris quo quidem tempore extabat vna domus et dicta petia terre. Et postea ex bonis mobilibus extantibus per commissarios ipsius testatoris acquisita fuit vna alia petia terre.

¶ Item voluit et disposuit quod Belina eius uxor posset stare et habitare in domo ipsius testatoris cum filijs ipsorum iugalium: et ibi habere alimenta decentia ab eis ipsa stante honesta: casta: et sine marito. Et si dicti filij decederent sine heredibus: vt. s. et ipsa Belina supraviueret eos pro eo casu dicti sui commissarij deberent omni anno dare ipsi Beline de bonis ipsius hereditatis donec permaneret in viduitate et honestate somas duas frumenti plaustrum vnum vini et plaustra duo lignorum pro alimentis eius et. B. comodare vnum lectum fulcitum et masaritias condecentes. Et post mortem ipsius Beline ipse res distribui deberent in pauperes christi etc. prout in testamento exinde confecto plenius contineri reperiatur: quod videtur verum. Dicti Joanninus et Thomasius filij dicti testatoris decesserunt relicto et supraviuente dicto Christophoro testatore: et etiam relicta dicta Antonia filia dicti testatoris: post hec decessit dictus Christophorus testator relicta et supraviuente dicta Antonia pupilla eius filia tantum: deinde infra tres annos vel circa dicta Antonia decessit in pupillari etate relicta dicta Belina eius matre: que quidem Belina se nupsit in Joannem dictum Codoferum. Nunc vero pro parte dicti hospitalis dicitur quod dicta bona immobilia deueniunt deuoluuntur et deueniri et deuolui debent in dictum hospitale attentis verbis dicti testamenti. quod quidem per dominam Belinam contradicitur pluribus rationibus. ¶ Et primo quia institutio facta in dictos filios qui decesserunt patre viuente debet haberi pro non scripta. Et sic dicta Antonia pupilla successit Christophoro patri suo ab intestato quia institutio euanuit cum et sine herede Christophorus decesserit. Et ipsa Antonia postea decedente in pupillari etate mater succedere debet.

¶ Secundo quia istud legatum fuit conditionale dum dixit testator si omnes filij mei extantes tempore mortis decederent quandocunque: et tunc lego hospitali etc. Modo filij non extabant tempore mortis sue et sic conditio non est adimpleta in forma specifica: ergo etc.

¶ Tertio quia cum ipse testator potuerit prouidere per aliud testamentum et non prouidit habetur ac si non voluisset valere dictum legatum. Nam si permansisset in eadem voluntate ipsum confirmasset per aliud testamentum conspiciens primum non valere.

¶ Et concluditur ipsam Belinam deberet succedere in dictis bonis: sed istis non obstantibus pro parte dicti hospitalis contrarium asseritur. scilicet quod legatum hospitali factum valet et tenet: quia licet filij instituti decesserint patre viuente. Et sic institutio dicatur euanescere: et per consequens omnia contenta in testamento: attamen attento quod dicta Antonia fuit instituta in certa re tota alia hereditas accrescit ei per ius accrescendi: et sic decessit testator: et sic herede et testamentum remanet in sui firmitate cum hereditas accrescat cum suo onere legatum debetur ab ipsa Antonia vel eius here. Preterea cum sit legatum ad pias causas dicitur valere: licet euanesceret institutio: quia sola testatoris voluntas attenditur.

¶ Ad secundum dum dicitur quod legatum sit conditionale respondetur non esse verum: quia illa dictio extantes non importat de sui natura conditionem cum non sit facta per aliquam dictionem

ctionem importātē conditionē: sed fuerūt quedā verba enūcia tiua. Nam testator ita dixit qz cogitauit qđ deberet extare qđ siue decederēt filij ante testatorē: siue post voluit oīno legatum habere locum vt expresse denotant verba testamēti. Nam testa tor expresse voluit q̄ si decederent filij quādocūqz sine heredi. masculis qđ legatū haberet locū omnino: exclusa filia femina. Et sic apparet expresse qđ voluit preferre hospitale filiab⁹ suis masculis non extātibus: quare non sic si decederent filij patre viuente: non video rationē differre: pro quo etiā facit: qz istud legatum est ad pias causas: vnde sola voluntas testantis attē ditur omni iuris solennitate omissa. Preterea in dubio presu mendum est: istud legatum esse purum vt est veritas q̄ condi tionale: ad hoc vt potius legatum valeat q̄ pereat fauore vlti me voluntatis.

¶ Ad tertium et vltimum clara est responsio: qz immo postq̄ de cessit testator videns testamentū suū valere presumit decessisse in eadē voluntate postq̄ non mutauit. Et dato qđ opinio sua procederet que tamē non procedit: adhuc non succederet dicta Belina nisi in dimidia: quia adest Bartholomeus de cauagnis de Soncino consanguineus german⁹ testatoris qui succederet cū dicta Belina matre dicte Antonie in alia dimidia sm formam statutorum. ¶ Sed dato quod intentio dicte domine Beline non procederet: dicit tamen quod saltim legitima dicte hereditatis debetur ipsi Beline pro dimidia et dicto Bartholomeo pro illa dimidia. Et quod petia terre quesita de bonis mobilibus debet vendi: et preciū distribui inter pauperes Christi sm formam testamenti. etc.

1 ¶ Substitutio facta de hospitali vel de alio si filij existētes tpe mortis testatoris sine filijs masculis decederent nō euanescit ex eo q̄ filij mortui sunt viuente testatore.

Et an filia cui certa summa fuerat relicta excludat hospitale.

2 Pluralis locutio verificatur in singulari.

¶ Consilium.cclxxxvij.

In christi nomine amen.

¶ Casum istum alias premanibus habui. Et credo respondisse querenti qđ per mortem filiorum cōtingentem in vita patris non fuit irritum factū testamentū: qz hereditas accreuit filie cui certa quantitas iure institutionis erat relicta: prout determinat Bart. in .l. quotiens. §. si duo. ff. de heredi. insti. in versi. quero testator. et eo. ti. l. quotiens. et Cy. C. de inof. test. aut. nouissima. et not. in addi. Spec. titu. de testa.

1 §. in primis. in addi. que incipit huic questioni. † Et qz decesserunt sine liberis masculis et extitit conditio relicti facti hospitali de certa petia terre et de oībus bonis immobilibus: qz talis conditio cū esset casualis potuit impleri viuente testatore. ff. de condi. et demon. l. hec cōditio. la prima. vnde statī mortuo testatore potuit legatum peti a dicta filia penes quam reperiebatur tota hereditas: quia verum fuit dicere: omnes filios masculos decessisse sine liberis masculis nam de illis tantum masculis vniuersaliter institutis censetur testator sensisse dum dixit. Et si ipsi omnes filij etc. ¶ Nec ob. si dicat ipse testator locutus est in illa particula de filijs extantibus tpe mortis sue: sed illi mortui in eius vita non extiterunt tpe sue mortis: ergo non fuerunt illi post quorū mortem voluit testator dicta bona peruenire ad hospitale. Et sic dicta cōditio sub qua voluit peruenire non extitit. argu. ff. de libe. et posthu. l. cōmodissime. cum ibi not. respondetur quod et si sm corticem verborū videat possedici: vē quod ipse testator duo requisierit in dicta cōditione scilicet quod aliqui filij tempore sue mortis extent. Et quod postea sine liberis omnes decedant. Et sic altero deficiente nō dicatur conditio impleta. l. si heredi plures. ff. de condi. institu. Et per consequens nec fideicommis. debeatur. C. ad tertul. l. iubemus. §. penultimo. Attamen non potest aliqua ratio cogitari quare testator voluisset hoc necessario requiri scilicet quod filij extarent tempore mortis ad hoc vt per eorum mortem bona deuenirent ad hospitale. Et quare non idem voluit si non extarent: sed premortui fuerint sine liberis masculis. Nam de hoc vltimo potest assignari bona ratio. per legem cum acutissimi. C. de fideicom. sed de primo non cum eadem ratio sit si decesserint eo viuo sine liberis que est si decesserint post eius mortem cum intentio sua fuerit bona sua peruenire ad masculos primo loco: qb⁹ deficiētib⁹ ad hospitale qđ voluit pferri filiabus feminis. Nec ğ videant vba plata sine rōne. iiij. dist. erit autem lex. videt testatorē p illudvbū extātes voluisse potius facere demonstrationē q̄ cōditionē. ff. de lib. lega. l. fi. §. titia. et qđ no. Bar. in. l. cēturio. ff. de vul. et pupil. in. iiij. q. prin. vsi. quero iuxta pdicta. vt sic sit sensus qđ etiā si extēt tpe mortis si tamen decedāt postea sine liberis velit bona puenire ad hospitale nō solū si āte mortē testōris. Et huic mēti q̄ colligit ex rōne poti⁹

est stādū q̄ cortici vbox. C. de fideicō. cū acutissimi. de lega. cū qđ. in fi. ff. de le. iij. fideicō. §. h vba. iō ei sic testōr fuit locut⁹: qz si credidit euētū. f. q̄ filij tpe sue mortis extarēt dispositurus idē et forti⁹ si ipī pcederēt: et sic etiā ille casus venit in sua dispositione. arg. C. de insti. et substi. si mater. ff. ad treb. mulier. et qđ in simil. no. Jo. an. i addi. spec. ti. de sec. nup. de muliere cui relicta sunt bona quousqz vidua erit: et post ei⁹ mortē pueniāt ad hospitale. qrit qđ si nupsit et sic finit legatū an bōa pueniāt ad hospitale cū nō sit mortua. Et tē q̄ sic qz testōr iō reliqt hospitali post eius mortē qz credidit eam nō nubere: et sic legatū debere finiri morte dispositur⁹ idē si sciuisset vel credidisset eam nubere debere p nuptū finitū p dictas leges. Posset etiā dici qđ dicta vba: et si dicti oēs filij etc. referant ad masculos institutos vel et ēt ad feminā istitutā i certa q̄titate: qz de oīb⁹ pdictis fecerat supra mētionē nec postea se restrixit ad masculos sz gnālr fuit locut⁹ dicēdo: et si pdicti oēs etc. Nā q̄ oē dicit nihil excludit. l. iul.

a ff. de le. iij. Et masculinū ocipit femininū[a]. l. q̄ dños. eo. ti. Et si h esset cōditio pdicta videret ipleta i forma specifica: qz verū esset dicere oēs filios extātes tpe mortis testōris decessisse sine libe

2 ris ex quo dicta filia q̄ sola extabat sic decessit. † Nā pluralis locutio vificat in singulari. l. nō est sine liberis. ff. de ver. sig. C. de odi. iser. l. j. ad treb. l. iubem⁹. §. pe. tū h casu substō fctā d hospitali in dictis bonis cēseret fctā dicte filie vltio morīeti. l. codicil. in fi. prin. ff. de vsufru. lega. vñ nō habēt locū nisi post ipi⁹ mortē: sz in casu pcedēti fuisset facta masculis tm̄: et sic purificata fuisset viuēte testatore vt. s. dixi: posset autē dubitari an esset pupillaris exp̄ssa: qz tūc excluderet matrē etiā in legitima. l. pe. §. sz nec ipuberis. ff. de inoff. te. dicēdū est q̄ nō fuit pupillaris: qz fctā p vbū legauit p qđ nō fit directa sz fideicōmissa: vt not. bar. i. l. cēturio. ff. de vulg. et pup. i. j. q. prin. q. vi. Et idē si eēt facta p vbū cōe adiectū certe parti bonox vt fuit hic qz immobilia tātū fuerūt relicta. l. cogi. §. et gnāliter. ff. ad treb. et p Bar. in. d. l. cēturio. i. iij. prin. q. Et sic venit detrahēda legitima debita filie que erat tertia pars oīum bonox patris nō trebellianica: qz relictū est ad piā cām: iuxta no. per Barto. in. l. marcellus. ff. ad treb. in qua tertia parte succederet mater et agnatus qui dicitur extare sm formā statuti: tamen quia dicitur qđ mater non assumpsit tutelam filie et filia mortua est in pupillari etate: et post annū remanet mater puata hrditate filie. l. ij. §. si mater. ff. ad tertul. et ēt agnat⁹: qz tenebat pmū locū i successiōe sz formā statuti: ğ etc. l. sciāt cūcti. C. de legi. hrdi. et sic nō pñt se opponere dicto hospitali petenti. Laus deo.

¶ Casus talis est.

¶ Magister Franciscus rene habens Tarsiam filiam suam legitimam et naturalem ex quondam prima eius vxore: et Margaritam ex secunda quondam eius vxore: et Bartholomeum et Zanuictorem eius filios pupillos legitimos et naturales ex domina Appolonia tertia ei⁹ vxore. Maritauit Christophoro notario dictam Tarsiam eius filiam et ei dedit in dotem ducatos quadringentos auri: pro quibus quidem ducatis quadringentis dicta Tarsia cum autoritate eius curatoris sibi ad hec specialiter decreti fecit finem dicto eius patri de bonis paternis et maternis: et videat consultor instrumentum dicti finis in quo instrumento finis hoc etiam fuerat additum et solenni stipulatione firmatum inter dictum magistrum Franciscū ex parte vna et dictam Tarsiam ex parte altera predicti eius curatoris autoritate interueniente. videlicet.

¶ Quod si casus accideret quod deus auertat dictum magistrum Franciscum decedere sine filijs masculis: aut filios masculos dicti magistri Francisci decedere in pupillari etate vel postea sine filijs: aut sine testamento. quod in quolibet dictorū casuum dicta Tarsia venire debeat ad equalem successionē bonorum dicti quondam magistri Francisci: vel filiorum masculorum dicti magistri Francisci sic vt predicitur decedentiū simul cum alijs filiabus dicti magistri Francisci etc. vt latius in dicto instrumento apparet.

¶ Decessit postea dictus magister Franciscus intestatus relictis post se superstitibus predictis Bartholomeo et zanuictore pupillis eius filijs et insolidū heredibus ab intestato vigore statuti: et superstitibus predictis Tarsia et Margarita eius filiabus.

¶ Que Margarita recepta dote de bonis paternis et maternis fecit finem dñe Appolonie mri et tutrici dictorum Bartholomei et zanuictoris: et videat consultor instrumentū dicti finis.

nullum ius tūc haberet in hereditate: et sic nō intererat sua molestiam vxori facere: vel hereditatem ab ea defendere: tū quia nec dicta domina poterat aliquod ius in vsufru. pretēdere ante aditam hereditatem. l. si nemo. ff. de testa. tute. Sed post eam aditam potuisset vt heres molestiam facere de iure vel sub colore iuris: et talem molestiam censetur voluisse testator tollere: non illam que nullum colorem iuris habere poterat. ff. de verborū ob. l. continuus. §. cū quis. et l. stipulatio ista. §. si forte. et §. que situm. cum ibi plene notatis. ¶ Item quia cum testator dederit terminum trium mensium ad confectionē inuentarij si voluisset ipsum fieri antequam adiretur hereditas: quod esset dicendum si institutio redderetur conditionalis ex hoc: nam esset dare bonam rationem quare voluisset testator per tres menses differri aditionem hereditatis: vnde potius est credendum quod preceptum de conficiendo inuentarium et de ponendo in libro autentico et de assignando computum redditū quolibet anno que fuerunt precepta affirmatiua: potius voluerit testator impleri post aditam hereditatem quam ante maxime quia hoc vltimum nō nisi post impleri pōt: quia non dz assignari cōputū nisi de administratis: et administrare nō poterat Balganus nisi adiret. Dicta ergo precepta potius faciunt modum quam conditionem: vel dicuntur onera adiecta pure instituto implenda post aditam hereditatem ad testatoris autoritatem conseruandā pro quibus officium iudicis magis quam obligatio vel actio ex testō cōpetere poterat. ff. de annu. lega. l. quintus. de peti. here. hereditas. §. j. in fine. ¶ Item testator priuauit heredem hereditate si molestaret vxorē per viam curie: sed si esset institutus sub conditione: si non molestaret: nō diceret priuari: quia priuatio presupponit habitum. l. x. de verbo. oblig. Defectus enim conditiōis nō facit quē priuari sed haberi pro nō instituto. ff. si cer. peta. l. pecuniam. ante finē. ibi: perinde est enim etc. et de periculo et cōmo. rei vendi. necessario. §. j. inter que longa est differētia. ff. de his que in testa. delen. l. j. §. penul. ibi: non quasi accepta sed quasi non data etc. de leg. j. si ita scriptum. et quod ibi no. in glo. iij. super verbo ipso iure. Ad qđ etiā facit: quia testator voluit tēpus trium mensium datum ad conficiendum inuentarium non currere antequam vxor declararet intentionē suā: qđ ex tribus vel duobus legatis sibi factis volebat vel eligebat: sed dicta electio nō poterat fieri vt esset valida priusquam hereditas adiret: et si fieret pro non facta haberet. ff. de opti. leg. l. optionū. et no. in l. serui electione. in prin. ff. de leg. j. ¶ Testator aūt censetur de valida electione non de inualida: et sic de facienda post aditā hereditatem: ergo noluit prius sibi currere tēpus: sed si foret conditionalis necessario curreret ante quoniā ante necessarie habebat ipm facere. ¶ In contrariū facit quod immo dicta institutio fuerit et sit cōditionalis: primo quia paria sunt cōditionaliter loqui vel pure seu modaliter et postea conditionē adijcere vel modum redigere ad conditionem. ar. in. l. lucius. §. que habebat. ff. ad treb. quia in quacunq parte testamēti adijciatur cōditio reddit institutio conditionalis lz pure et simpliciter fuerit 1 cōcepta[a] et etiam si apponatur resolutioni. C. de insti. et substit. l. penu. in fi. ff. de condi. et demon. l. quibus diebus. §. quidā titio et qđ ibi per bar. et p eundē in. l. lecta. ff. si cer. peta. in. ij. q. Sed hic post preceptum factum de non molestando vxorem dixit quod Balgan⁹ eēt heres se obseruara el modo predicto etc. vt habetur in. ij. cap. casus supra formati. que dictio si facit cōditionē: et sic habet perinde ac si instituisset eū hoc mō si vxorem nō molestauerit: et per consequens sub conditione negatiua: vnde locus vr conditioni mutiane. ¶ Itē postea dixit quod dictus Balgan⁹ succederet ni modi ordinati e dicti di sopra: e nō altramē 2 te: vt habet circa finē tertij capituli. † Succedere autem idem est quod adire hereditatē. l. j. et ij. C. cōmunia de succes. et in rubri. C. de fideicōmiss. si in personam. ad. l. fal. l. quamquam. et not. Joā. an. in addi. Spe. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. ante fi. et sic videt voluisse testator quod non possit adire: nisi obseruauerit oia que supra dixerat: et sibi iniunxerat: ergo cum appareat de voluntate testatoris quod illa sint implenda ante aditā hereditatē reddunt institutionem conditionalem per ea que no. in. d. l. quib⁹ diebus. §. fi. ff. de condi. et demon. post prin. Verū quia super isto articulo an sit conditionalis vel non diuersi diuersa sentiunt: nec in proposito multum esset necessarium ipsum decidere propter ea que statim dicemus omittimus ex causa ipsum decidere et sufficiat rationes predictas pro et contra tetigisse. et presupposito sine preiudicio veritatis quod non sit conditionalis: lz modalis: venimus ad decisionem aliorum dubiorū. Illud autem clarum est quod illud quod testator fieri vel non fieri mandauit non potest dici quod adijciant formam institutioni predicte aut aditioni hereditatis: cū illa que sunt de forma debeāt interuenire in ipso actu non ex interuallo. Sed ista omnia veniunt explicanda post institutionem et non per testatorem: sed per heredē. ergo etc. iuxta ea que nota. in. l. vniuersa. C. de pci. imper. offeren. et per bar. in. l. j. ff. de testamē. facit qđ idem not. in. l. filio preterito. ff. de iniust. rup. testa. in questiōe illa de cautione prestanda per vsurariū an sit de forma testamenti. et per Jo. an. in. c. quamquam. de vsuris. in nouell. qui tenent quod non ratione predicta et sic reconualescit testamentum si postea prestetur qđ nō esset si esset de forma. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. nec possunt adijcere formam aditioni hereditatis que consistit in solo animo declarato per exteriora. l. gerit cum ibi plene no. ff. de acqui. heredi.

3 ¶ † Super secundo vero quesito rñdemus quod p solutiones dictorum legatorum factas p Balganū tanquam per heredē: et per qetationes eis factas tanquam heredi et receptiones earū factas per eum vr hereditatē agnouisse et pro herede gessisse qđ tm̄ valet quantum adire hereditatē verbo. l. gesserit. de acq. here. casus est in. l. ij. C. de iure delib. de inoff. testa. l. parētibus in qb⁹ h̄ dr̄ cum soluit debita hereditaria que in se subsistūt sine aditione fortius in legatis que sine ea stare nō pñt cū pendeāt ex testō qđ per aditionē hereditatis cōfirmatur et vires assumit. ff. de testa. tute. l. si nemo. de excu. tuto. si is qui tres. §. idem euenire. C. de fideicō. eā quā. Et si dicatur ista legata erant ad piam cām: et sic non requirebant aditionem fm quosdam. iuxta no. p doc. in. d. l. eā quā. et in. l. j. C. de sacrosan. ecc. Respōdet quod h̄ posset allegari si ista nō fecisset vt heres. Sed quia fecit vt heres hoc nihil ad propositum etiā si de seuerum esset. insti. de here. qualita. et differentia. §. penul. seu antepenul. qui incipit pro herede autem gerere etc.

4 ¶ † Super tertio vero quesito diligenter considerandum est. Quod istud inuentarium quod testator voluit fieri non est illud inuentarium de quo loquitur. l. fi. C. de iure delibe. in quo tot solēnitates requirunt quod vix pōt fieri quin aliqđ deficiat. Sz est quedā descriptio bonorum hereditariorum quā testator voluit fieri ad perpetuā rei memoriam: et voluit inde fieri tres copias quas voluit esse in diuersis locis. Et sic ad conseruationem memorie testatoris et ad grauamē heredis. Illud vero legale inuentarium ad cōmodū heredis. vnde dico quod in isto nulla requirebatur solēnitas: vel citatio creditorum hereditariorum vel legatariorum et poterat fieri manu priuata hoc dicimus pro tanto: quia de inuentario iuris de quo loquitur illa lex finalis a quo tempore incipiant currere tres menses date ad eius confectionem: an a tpe delate successionis et scientie: an vero a tpe adite hereditatis: fuerunt opiniones glosatorum et doctorū de quibus in. d. l. fi. §. finaūt dubius. et §. si vero postquam. et cōmunis opinio videt esse quod a tpe adite hereditatis. lz Jo. an. in additio. Spec. de instru. edi. §. fi. videatur tenere primam partē. In ista autem descriptione facti quam testator voluit fieri infra tres menses et non declarauit a quo tempore deberent incipere: videtur dicendum quod a morte testatoris. per ea que nota. Bar. in. l. si cui legetur. §. fi. ff. de leg. j. per. l. qui duos. ff. de manu. testa. Sed necessario debet suppleri: et scientie ne ignorās a puniatur. per ea que no. in. l. genero. ff. de infami. et etiam declarationis illius domine: quia sic voluit testator quod prius nō currerent nec heredi preiudiciū fieret: ergo etc. C. de neces. seruis l. cum quidam. in fi. posset etiam suppleri et adite hereditatis: post quā aditionē cōmodius fieri poterat: vt supplet glo. in. d. l. fi. §. finaūt dubius. et l. iij. §. si quis heredi. ff. de statu. Et ista suppletio videtur necessaria si dicimus quod declaratio illius domine que vim optionis habebat seu capere partium non potuerit fieri nisi post aditam hereditatem: taliter quod valeat et sortiatur effectū. per. l. optione. ff. de opti. lega. Sola ergo declaratio voluntatis dicte domine non facit vt tempus trium mēsium incipiat currere: quia hoc non dixit testator: licet dixerit quod antequam illa capiat partium non fiat preiudicium Balgano in tempore dato ad confectionem inuentarij quasi dixerit quod non currat tempus: sed non sequitur: ergo statim capto partito currere incipit si alia de quibus dictum est nō absunt: quia dicta verba fuerunt dicta ad beneficium Balgani vt sibi non fiat preiudicium: vnde nō debent interpretari in odium vt statim capto partito incipiat currere et preiudicium fiat. ff. locati l. ea lege. in principio. cum alijs concordan. Fuerunt autem quidam inter nos quibus visum est volendo tenere partem equiorem quod dictum tempus non inciperet currere nisi post apprehensam possessionem bonorum hereditariorum: et sic post omnia ista scilicet quod hereditas sit adita et possessio apprehensa et declaratio dicte domine facta. ¶ Sed considerauimus quod etiam si hoc esset non prodesset Balgano qui post quā gessit pro herede neglexit per tres menses petere se mitti in tenutam bonorum: et sic tempus negligentie precedens absorberet dz tps trium mensium: qđ negligētia non interueniente debuisset postea habere. iuxta ea que plene habent et no. i. l. quod

[a] ¶ Concepta. Quā aūt in dispositiōe subintelligat conditio. vide bal. i ɔsi. ccccxx. i. iij. parte et in cōsi. ccccxx. in. v. parte. vbi q̄ sint relicta q̄ de natura vel legatiōe reqrūt d necessitate ɔditiōe existet: et q̄ nō.

tempore.C.de restit.mili.z.l.ab hostibus.§.sed qđ simpliciter ff.qui.ex cau.maio.qđ etiam tz bar.in eo qui negligit adire vt etiā sibi currat tps etiam ante aditā hereditatē in.d.l.fi.§.sin aūt dubius.C.de iure delibe.Et qz cū testator dixerit ꝙ succedat dūmodo impleat modos p̄dictos:z non aliter: videtur ꝓhibuisse apprehensionem possessionis anteꝙ̄ modi sunt impleti non aditionem hereditatis que fit solo animo: prout videt̃ exp̄sse terminare Jo.an.in addi.Spe.de instru.edit.§.nūc vo aliqua.ante finē:in qōne illa cū testator prohibuit heredi suo: ne succedat anteꝙ̄ legata sint executioni mandata per executores:z hoc de tertio dubio.vl'intelligit̃ anteꝙ̄ succedāt.s.effectualiter:qz ipsis heredibus institutis vl'substitutis nō seruātibus premissa veniunt priuādi:z est locus substōni facte in dictum casum.Et ita opz intelligi quantū ad alia iuncta per testatorē que non possunt explicari nisi post aditaz hereditatē z apprehēsam possessionē sicut est in distributiōe fienda de redditibus.Et illud vbū succedāt.dz oīa pariter terminare.l.quānis.C.de impub.z aliis substi.C.de testa.mili.l.in testamento.cum simi.facit.l.eum qui edes.ff.de vsucapi.

5 ¶†Sup quarto videt̃ clare dicēdū per iura vulgaria ꝙ mora nō possit purgari postꝙ̄ est dies z pena.l.magna.C.de ꝯtrahē.stipu.l.traiectitie.§.de illo.ff.de actio.z obl.de penu leg.l.j.v.nisi forte.z qđ ibi ꝑ Dy.exp̄sse.z qđ no.bal.in.l.j.C.de his que pene nomi.ante finē:maxime post modicuz tps.l.z si post tres ff.siquis caut.z.l.si ita quis.§.seya cauit.ff.de ver.ob.in fi.Cū enim seruatio facta sit per negligentiaz infra tps aperitur via substituto:z sibi est quesitum ius:vnde nō habet locum purgatio more iure alteri quesito.ff.de lega.ij.l.si ius cui.z quod no.de elec.c.cōmissa.li.vj.z ita tz bar.ff.de vb.ob.l.si insulā.v.itez cōtra istā sol.z in testamētis etiaz nō hz locum purgatio more quando est dies z pena.per.l.j.ff.de penu lega.

a ¶Cōtrariuz. Vide eundez pau.s.eo.i ɔsi. lxxvij.nu.iiij.z qđ ibi dixi in apost.z in ɔsil. cxcviij.nu.v.z in cōsi.cclxvij. numero.j.

6 ¶†Sup quinto lz durū videat̃ dicere ꝙ ꝑpter tam modicuz defectū qz nō confecit inuētarium infra tres menses a quocūꝙ̄ tpe inceperint currēre debeat ꝑdere tantam z tam magnam hereditatem:qz pena nō cōmēsurat̃ culpe ꝑpter quod quibusdam videbatur potius abstinēdū ꝙ̄ consulēdū.Attamen voluntati defuncti qui sic voluit resisti nō pōt.Et ꝙ sic voluerit pz expresse dum dixit ꝙ nolebat ipsi preiudicium in non conficiendo inuētarium quousꝙ̄ ceperit partitum: ergo postꝙ̄ ceperit partitum voluit sibi fieri preiudicium si non fecerit infra tempus ab ipso testatore prefixum per arg.a contrario sensu l.j.§.j.ff.de offici.eius cui manda.est iurisdi.qz ergo sic voluit testator aliud dici nō pōt.C.de neces.seruis insti.l.cū quidaz.in fi.Super eo vero qđ queritur putamus securius eē tenere id qđ tz bar.in.l.p̄fami.testō.ff.de here.insti.ꝙ non ipso iure seu directo:sed iure fideicōmissi priuetur:qz nō est in potestate testatoris pagani dare hereditatem ad tps z facere qđ post tempus desinat esse heres z alius incipiat.ff.de here.insti.l.hereditas ex die.cuz speciale sit in milite.C.de testa.mili.l.certi iuris.Et pro dicto Bar.videtur text.in.l.lucius.§.tres heredes.v.item quesiuit.ibi dum dicit ex cā fideicōmissi a seyo fuit consecutus zc.ff.ad trebel.lz dici posset ꝙ ibi fuerit heres priuatus in codicillis in quibus hereditas nec dari nec adimi potest directo.C.de codicil.l.ij.Pro opinio.tamen Bal.quam posuit in.l.j.C.de his que pene nomine.in quibusdam antiquis lecturis que cōmuniter non habentur: qui tenet ꝙ ipso iure sit priuatus z desinat heres esse z alius incipiat.bene facit tex.in corpore auten.de heredi.z falci.§.in omnibus.Sed ibi priuatur a lege non ab homine:que lex bene potest illud facere:vt no.in l.in substitutione filij.ff.de vulg.z pupil.substi.l.nemo potest ff.de leg.j.

7 ¶†Super sexto dubio videt̃ dicendum ꝙ dictus Jo.sit legitimus contradictor lz occupauerit possessionē ante factam restitutionē saltim verbalē.gl.que est in.l.fi.C.de edic.diui adri.tol.super verbo legitimo.que ita determinat quare sine dubio videtur occupasse possessionē bonoꝝ ex quo vacabat z ip̄e Joannes habebat ius saltem in spe super dictis bonis: z sic non obstat lex cuz querebatur.C.vnde vi.qz loquitur in illo qui nō habebat ius in re:nec in spe.vnde cū sciret ad se nō ꝑtinere:scire debebat ad aliū pertinere:z sic debebat abstinere.Nec etiā obstat.l.j.§.rediguntur.ff.quorum lega.qz loquitur quādo iminet fal.vel trebellianica:lz hic secus:qz hic priuatur hereditate:qz non paruit iudicio testatoris priuat̃ oīum cōmodo excepta legitima.C.de fideicōmiss.aut̃.hoc amplius.Nec ob.ꝙ ibi priuatur per legem interueniente iussu iudicis: qz in his q̄ possunt induci per testatorē non minus potens est iussus z priuatio testatoris ꝙ̄ iussus z priuatio legis que fit pro conseruāda volūtate testatoris qz ꝑpter qđ vnūquodꝙ̄ z illud magis vt in autē.multo magis.C.de sacrosan.eccle.lz in his que per testatorez nō p̄nt induci maioris sit potentie priuatio legis:vt quod desinat esse heres.p ea q̄.s.dixi in quinto articulo.ꝑ hoc quod no.glo.in.c.Raynaldus.de testa.in gl.antepe.in.fi.vbi glo.tz de legato pene noīe non detrahit̃ falcidia.Inno.tamē ibi.Pet.z Abb.aliter sentiunt:tamē ex pluribus infra dicendi sapparebit etiam trebellianicam hoc casu locū nō habere.¶Nec ēt ob.si dicatur ꝙ legatarius z fideicōmissarius debet capere de manu heredis:iuxta ea que habent̃ in.l.iul.oēs.ff.q̄ satisda.cog.z non propria autoritate nisi cum hz licētiā a testatore.l.titia.§.lutius.ff.de leg.ij.alias supuacua esset licentia testatoris.z sic iste Joānes videt̃ ꝙ nō licite occupauerit sine licentia:qz dicta iura debent intelligi qñ heres possidet vel quādo iminet falcidia vl'trebellianica:alias ēt sine licētia occupādo non dicitur vitiose possidere ꝑpter spē quā hz.Et sicut nō cadit in penā priuationis seu iuris:vt no.in.l.non dubium.C.de legi.ita pōt legitime cōtradicere.Cum igitur ista tria concurrant ꝙ possessio vacabat non erat apprehensa per Galganum vel alium eius noīe z statim potest Joānes de iure suo z nō iminet trebellianica:concurrunt oīa que requirunt̃ vt sit legitimus cōtradictor de quibus per bart.in.l.filiam fratribus ff.ad treb.lz restitutio verbalis facta non fuerit nec requiritur postꝙ̄ est in corporali retentione fm dicam glo.alias nullā haberet dubitationem.Illud aūt.s.qđ facta esset restitutio saltiz verbalis requirit̃ si queretur an fideicōmissarius haberet beneficium.d.l.edicto.vt in alia glo.illius.l.fi.que incepit secus Et istud dicitur tenere Ang.in.l.filiam fratribus.ꝙ occupando possessionē vacantē dicit̃ possidere sine vitio: qđ intelligit̃ modo quo supra dictum est scilicet quādo nec imminet trebellianica detrahenda:ꝙ autem in casu nostro etiam ꝑpter aliud trebellianica non imminet:facit qz Galganus non fecit inuentarium iuris infra terminum trium mensium:quo casu lz bart.teneat non priuari heredem trebellianica:licet priuetur falcidia:vt no.per eum in.l.marcel.ff.ad trebelli.Bal.tamen tenet

a contrarium[a] ꝙ immo priuetur vtraꝙ̄:vt ipse no.in aut̃.sed cū testator.C.ad legem falci.Et dicit esse casum in autē.de hered.z falci.§.illo.in verbo fideicōmissarios.quod pōt intelligi taz de vniuersalibus ꝙ̄ de particularib'.z in verbo lucrari: quod potest verificari tam in trebellianica ꝙ̄ etiam in falci.quod dictum Bald.multum tenent:hoc tamen vltimum dicimus non assertiue consulendo: sed coadiuuando alia supradicta.Sed ꝙ trebellianica non habeat locum:hoc casu apparet manifeste dum testator prohibet venditionem transmutationem contractionem pignorationem z diminutionem percipiēdo quod in perpetuum debeat conseruari:per quod testator videtur ꝓhibere detractionem falcidie:z sic etiam trebellianice.per consequens diceretur fieri alienatio z diminutio.per tex.no.in auten.sed si ea.z in auten.vnde sumitur.C.ad .l.fal.per que clarissime apparet non esse locum detractionis trebellianice.Et sic ipsum Joannem fideicommissarium esse legitimum contradictorem.Et ita determinat Bar.in.l.j.§.rediguntur.ff.quoꝝ leg.facit optime quod no.glo.in.l.pe.§.pro lega.¶Si tamen dictus Galganus possedisset per se vel per alium dicta bona apprehensa per Joannem predicta non procederēt:immo substitutus propria autoritate occupās incurrisset penam.l.paulus.ff.ad trebel.per no.in.l.non autē.C.de leg.

8 ¶†Super septimo dicendum ꝙ per viā contradictionis possit petere Joānes declarari dictū Galganū fore priuatum vel priuandū ꝑpter nō confectionē inuētarij cū istud nō requirat altiorem indaginem:al's secus qz nō posset impedire missionē in possessionē ex.l.edicto.C.de edic.diui adri.tol.vt.l.ij.e.ti.iūcta.l.papinianus.§.filius.ff.de inoffi.testa.de cōtratab.si preteritus.de iureiuran.naz z postea.§.si minor.qui.ex cau.maio.l.nec non.§.exemplo.restitutionem vero hereditatis non expedit ꝙ petat postꝙ̄ est in posses.reali fm glo.que est in.d.l.fi.super verbo legitimo.

9 ¶†Super octauo dubio dicendum est ꝙ quātū ad confectionem inuētarij in qua fuit appositū certū tps nō requirebatur alia admonitio vel iussus iudicis:qz dies interpella.fuit eniz apposita dies z pena per testatorem conditio: z admonitio alia nō requirit̃ ad quod.l.si cū prefinitione.ff.qñ di.leg.ced.Si aūt per testatorē fuisset apposita pena z non dies ēt tūc nō esset necessaria admonitio sz sufficeret ꝑtis requisitio.ff.de vb.obli.l.ita stipulatus.ff.de penu lega.l.j.z.ff.quando dies leg.ced.l.si pactum.z ita determinat Bald.in autē.hoc amplius.circa medium.Nec ob.tex.in autē.de eccle.titu.§.siquis autē.qz ibi fuit tempus appositum z requiritur monitio iudicis ad hoc vt priuetur hereditate:qz de eius priuatiōe testator aliter nō prouiderat:sed hic prouiderat: vnde ibi fuit apposita dies z non pena.In casibus ergo in quibus non est apposita dies: nec pena:vel vbi est apposita tantum dies z nō pena: requirit̃ admonitio iudicis:sed vbi pena est apposita:talis admonitio

non

non requirit nec requirebatur lapsus anni: de quo ibi quia puisio hominis facit cessare puisionē legalē. l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulga. ⁊ pup. de pac. conuen. l. fi. cum ibi nota.

Ad vltimum quesitum patet responsio per predicta.

Casus talis est.

Quidā franciscus possidet ⁊ possedit iam .xx. annis ⁊ pluribus certas terras pacifice ⁊ quiete: mō comparet quidam Philippus dicēs istas terras ad se spectare tanꝙ heredē Antonij cuius iste Philippus dicit istas terras fuisse dictus Frāciscus producit instrm emptionis dictaruz terrarū ī quo cōtinetur quē dam Bartholomeū dicti francisci patruū illas terras emisse ⁊ precium soluisse a quodā Jacobo patre dicti Antonij. Dicit iste philippus qd reperit in libris dicti Antonij ipm frāciscuz ⁊ suos hactenus soluisse affictū pro istis terris dicto ser Antonio. ⁊ pducit aliquos testes q̇ dicūt ꝙ audiuerūt alias a dicto Francisco ⁊ eius patre ꝙ pro istis terris affictū soluebant: nihil tamen dicūt ꝙ viderint vnꝙ aliqd solui. Sed ꝙ sunt vltra .xxv. annos ꝙ illud audierūt. s. ser franciscum ⁊ eius patrez soluere affictum pro istis terris. Duo autem testes affines dicti Antonij sunt q̇ dicunt ꝙ recordantur portasse dicto Antonio tria paria gallinarum pro pte dicti frācisci vel eius patris. ex qua aūt cā nesciūt: sz bn̄ audiuerūt dici a dicto ser Antonio ꝙ pro affictu talium terrarum: Franciscus autē respondet ꝙ posito sine piudicio veritatis ꝙ in preteritū solutum fuerit tamen post repertum instrm iam .xx. annis ⁊ vltra dicit nihil vnꝙ fuisse solutum: ⁊ dictas terras ad eius estimuz semper descriptas fuisse: ⁊ isto tpe .xx. anno. ⁊ vltra eius nomine cultas fuisse: ⁊ de affictibus ei semper responsum fuisse.

Quinimmo cuz dicto tempore ipse ser Antonius interpellasset dictum franciscum super affictu dictarum terrarum: ipse frāciscus soluere recusauit allegans se dn̄m dictarum terrarum vigore emptionis facte de qua dicebat apud se habere instrumentuz: qd tamen tunc nō exhibuit sed mō exhibet: in quo continetur qd. s. dixi videlz Bartholomeū patruum dicti frācisci emisse dictas terras a ser Jacobo qui fuit pater dicti Antonij. Et quia in hoc instrumēto sunt aliqua confinia descripta que hodie non sunt immo sunt mutata: sz ⁊ aliqua ex eis etiam hodie sunt: dicit dictus Philippus istas terras quas nunc petit nō esse illas de quibus loquitur instrumentum.

Modo queritur vtrum iste sint terre cum illis cōueniāt aliqua ex confinibus in instro descriptis: lz non oīa presumantur vel credantur esse ille quas Philippus nūc petit: ⁊ quas Franciscus dicit fuisse vēditas cū istas terras ⁊ nō alias possideat ipse franciscus: ⁊ cū ad oculū demōstrantur ꝯcordāt dicti philippus ⁊ franciscus istas vz demonstratas esse terras quas intendit petere: ⁊ illis vt dixi conueniunt aliqua ex confinibus instrumenti sed non omnia.

Scdo qrit posito ꝙ per istud instrm probetur de dn̄io francisci: vtrū si probaretur post istud instrm cōfectum aliquid solutū per istum franciscū nepotē emptoris isti Antonio vel Jacobo eius patri ⁊ vēditori anteꝙ forte instrm emptionis ad eius notitiā peruenerit: vtrū talis solutio aliquid noceat francisco.

Tertio dubitatur psupposito ꝙ per tale instrm de dn̄io frācisci nō probaretur: ⁊ sic ser Antonius pter longas pteritas solutiones dn̄s presumeretur per. l. litibus. de agri. ⁊ censi. Tertio vtrum per cessationē solutionis a .xx. ānis citra vt supra in themate sit derogatū solutioni prius facte per longū tps ⁊ psumptioni resultanti ex ea. per. d. l. litibus. Uerum quia multū fundari videatur ius francisci in hoc ꝙ a .x. vel .xx. annis citra ⁊ post repertū instrumentum nihil soluerit.

Quarto queritur si hoc in dubiū reuocetur quia frāciscus dicit se non soluisse: Antonius vel Philippus dicit immo soluisse infra istud tps cui incūbat probatio an ser francisco ꝙ nō soluerit an alteri parti ꝙ immo soluerit.

1 ☞ Utrum is qui soluit multo tēpore pensionem si reperto instrumento emptiōis cesset per .x. vel .xx. annos soluere videatur perscripsisse iuri soluendi.

Et quid si instrm non concordat in omnibus confinibus.

Et de intellectu. l. litibus. de agri. ⁊ censi. ⁊ vide infra in cōsilio .ccxcviij. vbi Ange. de castro Pauli filius in eodem casu videtur consulere.

Consilium .ccxciij.

In christi nomine amē.

Ad primū vr r̄ndendum. Nō creduntur esse ille si nō possidet alias cui conueniāt oīa cōfinia instrumenti patronus. §. sempronio. ff. de leg. ij. l. his verbis. §. paterfami. e. ti. ⁊ qd no. bar. in. l. si seruū. §. si inter duos. ff. d leg. ij. ⁊. l. demonstratio. de condi. ⁊ demon. in. vij. q. ⁊. l. j. in fi. de dote prele. in quibus predictam determinationem determinare videtur.

1 † Ad scdm vr dicendū ꝙ ēt si vsꝙ in hodiernū diē frāciscus soluerit ignorans istud instrm hodie apparēte de dicto instro ⁊ de errore soluētis qui psumitur si per aliū ꝙ per se factū fuerit. l. qui in alterius. de reg. iur. ⁊ quod no. bar. in. l. nō fatetur. de cōfes. tales solutiōes a dicto Francisco ignorāter facte sibi non noceant: cum per illas in suo dn̄io de quo hodie constabat sibi non preiudicauerit. per ea que plene no. bar. in. l. si rem aliquā de acqui. pos. Nec ob. ꝙ per tā longas solutiones ser Antonius sit psumēdus dn̄s. vt. l. litibus. de agri. ⁊ censi. ⁊ qd no. Cy. i. l. cōperit. in fi. de pscrip. xxx. anno. Nam fateor ꝙ psumitur dn̄s p dicta iura. Ista aūt est psumptio iuris. non aūt iuris ⁊ de iure: vnde admittitur pbatio in ꝯrium. l. cum de indebito. de pbatio. C. eo. ti. siue possidetis. vnde apparente de dn̄io frācisci per instrumentū pductū ⁊ de eius errore qui psumitur vt supra dixi cessat presumptio iuris illius. l. litibus. videlz qd presumatur ser Antonius dominus pter dictas solutiones sibi vel suis factas de dictis affictibus. Sed vbi de dominio soluētis. s. francisci nō appareret militaret psumptio. d. l. litibus. videlz ꝙ ser Antonius dn̄s sit. Ad tertiū r̄ndetur siue dicēduz vr. Quod quia statim ꝙ Frāciscus interpellatus sup affictu recusauit soluere sibi incepit possidere: ⁊ possessionē quā ser Antonius vigore solutionum preteritarum ⁊ autoritate. l. litibus. habebat ei interuertit. iuxta notata in. l. quāuis. de acquir. poss. vnde si ab inde citra non soluit prescripsit cum possessionem haberet tam de iure statutorum Padue fm que qui possidet pacifice .xx. annis etiam sine titulo ⁊c. prescri. ⁊ intelligitur dn̄s ꝙ etiā de iure cōi fm ꝙ .x. annis pscri. inter presentes cū tit. frāciscus autem etiam titulum habuit cum producatur instrumentū emptionis qd videtur dedisse iustam causam ⁊ sufficientem titulum ad prescribendum dato ꝙ forte non esset sufficiens ad pba. dominij propter diuersitatem confinium. l. celsus. de vsuca. ⁊ quod ibi plene no. ⁊. ff. pro suo. per totum.

Ex his videtur ꝙ ⁊ si ser Antonius in istis terris dn̄ium ptēdere potuerit vel de iure cōi p. d. litibus. vel ēt ex forma statuti: qm̄ per illas longas solutiones saltē vt possessor ex forma statuti absꝙ alio titulo prescribere potuerit. Attamen dn̄ium eius pscriptū est per cessationē solutiōis a .x. vel .xx. annis citra. Nec nocet quasi initium possessionis dicti Frācisci videatur fuisse vitiosum cum spoliauerit dictum ser Antonium ei denegando affictum: cuz enim iustā cām credulitatis habuerit propter instrumentum emptionis compertum etiam si illud de stricti iuris rigore non sufficeret ad probationem dn̄ij saltē pter ipm excusatur a mala fide posito ꝙ eēt error iuris. l. sz si lege. §. scire. de peti. here. ⁊ hoc sufficit vt frāciscus pscripserit ex forma statuti qd tm̄ bonam fidē requirit. Sufficeret etiam ad prescrip. iuris cōis talis titulus ex isto instro lz putatiuus dn̄mō in iure non errauerit. l. nunꝙ. de vsucapi. vt etiam supradixi.

Ad quartū vr ꝙ probatio incūbat ser francisco ꝙ non soluerit per regulam que esse vr ꝙ qui alias possedit ⁊ asserat se etiā hodie possidere presumitur pro eo qd possideat: vt no. Cy. C. ad exhiben. l. non ignorat. ⁊. l. siue possidetis. de proba. ⁊ bart. in. l. celsus. de vsucap. Cum ergo appareat ser Antonium aū .xx. annos possedisse p solutiones sibi factas si asserit se hodie possidere: licet non probet solutiones factas a .xx. annis citra. videtur ꝙ presumatur hodie possidere. ⁊ si franciscus vult dicere ꝙ immo ser Antonius non possideat probet se non soluisse probando enim se non soluisse: probabit ser Antonium non possidere: alias vt dixi per illas longas solutiones sicut hactenus ser Antonius possedit: ita hodie possidere presumeretur. Et sic ꝙtum ad quesitum per istam regulam probatur ꝙ onus probandi incūbere vr ser francisco ꝙ non soluerit. Sz animaduertendum qd regula supra posita locū hz in reo conuento q̇ si asserat se possidere ⁊ probet ꝙ alias possedit: presumitur ꝙ etiam hodie possideat. Sed si agēs est ille qui asserit se possidere prout est in casu nostro iste Antonius siue Philippus non sufficit probatio preterite possessionis ad probandū presentem alias male diceret. l. litibus. de agrico. ⁊ censi. que vult ꝙ ad hoc vt ex longa solutione coloni probetur dominium ⁊ cōuincatur colonus ne possit contradicere. requiritur solutio longi temporis ⁊ ꝙ illa probetur. Modo considerandū quia si sufficeret preterita possessio ⁊ ꝙ ex illa etiam presens probaretur non requireretur illa probatio longi temporis. Sed sufficeret allegare ꝙ colonus aliquando soluerit ⁊ pbare: ⁊ dicere qd cōtinue etiā postea soluit: ⁊ sufficeret etiā si non pbaretur quia presumeretur fm hoc cuius cōtrariuz vult illa. l. ꝙ immo sit probāda. Ita cōcludēdo ad dubium propositū dicēdum vr ꝙ ser Antonius probare debeat infra istos .xx. annos solutum fuisse: alias ex pteritis solutionibus nō psumatur ꝙ solutū fuerit.

Et ad predictam distinctionē ꝙ pro conuento presumat̄ quod hodie possideat ratione preterite possessionis ⁊ pro actore nō facit doctrina Bartol. in. l. si is qui. in fin. de iure fisci. ⁊ quod not. in. l. penul. de condi. insti. ¶ Pro hac sententia etiam facit qꝛ exquo cum ista negatiua ser Francisci. quod non soluerit: concurrere videatur ista iusta causa quare non soluerit scilicet instrumentū venditionis compertum videt̄ transferri onꝰ probandi in alteram partē. per id quod no. Jo. an. in mercuri. in regula iuris sine possessione. ¶ Ex supradictis etiam respōdetur ad vltimum dubiū vbi queritur siue queri posset.

¶ Quid si ser Antonius vel Philippus probent sibi solutum post venditionem factam. Nam dicendum est quod si istud instrumentum est sufficiens ad probandum dominium Franscisci: solutiones per eum errantem facte etiam post instrumentum sibi non preiudicant vt dixi. s. circa secundum dubium. Sed si sciens se dominum scienter soluisset soluēdo. x. annis per hoc probaretur conduxisse rem suam quam sciebat suam si ad hoc dicta solutio allegaretur. argu. l. cū de in rem verso. ff. de vsur. ⁊ per consequens per hanc solutionem. x. annoꝝ sibi in possessionē preiudicasset. per no. in. d. l. si rē. in articulo de illo qui scienter rem suam ⁊ per se possessam cōducit. ⁊ per cōsequēs etiā in dñio sibi p̄iudicaret si dictus Antonius corpore dicti Frācisci possedisset istas terras tempore sufficienti ad p̄scribendū ex forma statuti: nisi diceremus statutū quod vult idem quod qui. x. annis possedit intelligi dñm. ⁊ si aliter non doceat de titulo debere ītelligi in eo qui animo ⁊ corpore suo possidet. quod si esset cōcludendū esset quod si postq̄ Franciscus sciuit se dñz soluit pro istis terris. xx. annis ⁊ vltra Antonius ꝑ hoc nō p̄scripsisset ex forma statuti: qꝛ licz per has solutiones sit factus possessor: non tñ talis qui. xx. annis ex forma statuti p̄scribere possit: nec ēt de iure cōi cū nullum ti. habuerit. Si vero per istud instrumentū non probaretur dñium Francisci. tunc qꝛ ꝑ p̄teritas solutiones ⁊ etiā ꝑ factas post instrumentum si facte essent vt in dubio presupponit̄ Antonius presumeret̄ dñs. ꝑ. d. l. litibus. ⁊ eius dñio nō prescriberet̄ nisi Franciscus interpellatus cessauerit a solutiōe: ⁊ per cōsequēs possederit per tempus ad prescriptiones sufficiens sm ea q̄ dixi supra circa tertium dubium. Per hec ad oīa satis videtur esse rñsum. ¶ Et iterū breuiter est cōcludendū quod qꝛ satis probat̄ per istud instrumētum de dñio Francisci nisi alia opponātur: vt dixi in primo dubio solutiones facte ⁊ ante instrm̄ ⁊ post sibi non p̄iudicant in suo dñio. ¶ Sed ⁊ si tale instrm̄ nō sufficeret ad ꝓbationē dominij. Sed potius ser Antonius ex p̄teritis solutionibus intelligat̄ dñs. Si tñ Franciscus cessauerit. x. annis a solutione prescribit dictas terras de iure cōi. Et probatio incūbit Antonio ꝙ infra. x. an. fuerit solutum: non aūt Frācisco ꝙ nō soluerit. ¶ Ita de iure dicendū videtur mihi Ang. de cast. vtriusq̄. J. doctori: saluo semper consilio cuiuslibet melius sentientis. ideo ad fidem me propria manu subscripsi ⁊ sigillaui die xij. Martij. Mccccxxxix. Laus deo.

¶ Casus.

¶ Casus proximi cōsilij venit de bononia die. xx. octob. Mccccxxxix. ⁊ fuit qꝛ testator vxori sue legauerat. cccc. q̄ dixit habuisse in dotem ⁊ de ea cōstare per primū instrm̄ ⁊ ita cōstabat. Itē factis alijs relictis. Dixit in alijs meis bonis ⁊c. in vsufru. tātum bonorum meoꝝ Bartholomeam vxorem meam heredem instituo ⁊ in proprietate Julianū vel Rodulphū si Julianus tūc nō erit: heredes vl'es instituo ⁊c. ⁊ mortua Bartholomea vel transeunte ad scōa vota voluit cum proprietate vsumfruc. cōsolidari. Uxor ista multos fructus percepit ⁊ decessit heredes sui dotes petunt: Julianus vult cū dotibus fructus perceptos compēsari: quatenus fructus alimenta excedunt. queritur quid iuris. ⁊ Julianus cōtra se vnā sniam habuerat: ego subscripsi ⁊ habui vnū ducatū: ⁊ in subscrip. solui 3riū de. l. qō de bonis. §. qō auus. ad. l. fal. vbi probat̄ ꝙ fructus ꝑcepti in verum debitum cōputant̄. nā ibi in debito heredi extincto per aditionē qō lz in restōne deduci possit: vt in. §. in cōputatione tamen fructus percepti hanc deductionē impediunt. Sed debitum vxor. in isto casu nunq̄ fuit extinctum: cū non fuerit heres vt plene dominus in consilio declarat.

1. ☞ Si fiat legatuz vxori de dote ⁊ post legetur vsusfructus omnium bonorum: an quod superest alimentis de fructibꝰ debeat computari in dotem.
2. An si snia transierit in rem iudicatam possit postea opponi exceptio compensationis.
3. Et an vsufructuarius oīum bonoꝝ teneat̄ soluere es alienuz.
4. Legatarius. qñ possit a creditoribus hereditarijs conueniri.

¶ Consilium. ccxciiij.

In christi nomine amen.

¶ In causa que vertit̄ Bononie inter heredes dñe Bartholomee quondā vxoris Gasparini petentes dotē dicte dñe quondā traditā Gaspario ex parte vna ⁊ Julianū heredē vniuersalem dicti Gasparini reū ⁊ ꝯuentū ⁊ alias cōdēnatū ad sol'onē ipsiꝰ dotis dicte dñe per sniam que transiuit vt dicitur in rem iudica. ⁊ nūc excipiētem ꝙ dicta domina fuit de dicta dote satisfacta integraliter de fructibus ꝑceptis per eā de bonis hereditarijs dicti quondaz Gasparini post dictā ꝯdēnationē legatis dicte dñe quos dicit debere per eos compensari cum dicta dote taz ex verbis testamenti dicti Gasparini q̄ etiam ex mente ipsius.

1 ¶ Uisis ⁊ ponderatis omnibus que allegant̄ hincinde. † Dico allegata per aduocatum Juliani in eius fauorem possent ꝓcedere in altero de tribus casibꝰ: quoꝝ primus est si dicta dos non probaretur fuisse data Gasparino nisi per confessionē eiꝰ factā in testamento: qꝛ illa non faceret fidem nec probaret debitum sm veraz ⁊ cōem opi. vnde non posset peti nisi vt legata iuxta ea que habentur in. l. lucius. §. quisquis. ff. de leg. ij. nec tale legatum esset alterius vel melioris conditionis in hoc q̄ in alia quāq̄ vt debita fuissent legata. l. qui vxori. cum ibi no. bar. ff. de aur. ⁊ arg lega. Unde cum legata dependeant ex sola voluntate legātis. eo. ti. inter vestem. cuz ibi no. sicut potuit non legare: sic potuit limitationem adicere. l. videamus. §. penul. ⁊. l. in actionibus. ff. de in litem iurā. testator autem istā limitationem adiecit vt legata soluerentur de fructibus bonoꝝ hereditariorum quos voluit vendi per suos executores deductis tamen his qui essent necessarij pro victu dicte domine. Si ergo vltra illos dicta dña percepisset: deberēt cum dicto legato dotis ad qō soluendum erant destinati cōpēsare. ¶ Sz h per instrm̄ publicū vt dr̄ ꝓbatur dotis datio: ⁊ sic non petit̄ vt legata sed vt debita. l. si non designata. C. de fal. cā adiec. lega. qō debitum non pendebat ex voluntate testatoris. Unde non potuit testator disponere circa ipsam. l. vt tardius soluatur q̄ ius cōe disponat vel ex certis tñ rebus ⁊ non ex alijs inuita vl nolente dicta domina etiā si expresse de tali dote cauisset ⁊ disposuisset vt de fructibus tantum percipiendis solueretur ⁊ sic animo compensandi eos cum dote reliquisset: qꝛ hoc nō obstāte potuisset dicta dña vti iure suo ⁊ omittere relictum vsusfructus. ff. de lega. ij. cum ab vno. vbi probatur. Non ergo credendum est testatorem in generalibus verbis suis quibus mādauit legata solui de fructibus cogitasse de tali legato vel relicto dotis super quod in vita dicta dña hoc non poterat disponere: sed solum de alijs rebus de quibus poterat pro libito voluntatis ⁊ inuitis legatarijs disponere. ff. ad municipales. lucius §. pe. in fi. que in frau. credi. si pater. ⁊ qō ibi no. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. l. j. in fi. prin. in glo. que incipit. arg. triplex in fi. Et per hoc respondet̄ ad id quod dicit aduocatus pōderandum fore qō testator nō fuit contentus dicere ꝙ legata soluerentur de fructibus. Sed adiecit ⁊ relicta per copulam: negari autem nō pōt quin dicta dos fuerit relicta posito ꝙ non diceretur legata. ¶ Sed certe si consideramus merum factuz sicut fuit relicta ita ⁊ legata. Si vero cōsideramus ius potius q̄ factum quod fiendum est in dubio. l. continuus. §. cum quis ff. de ver. obli. si non dicitur legata qꝛ erat debita: ⁊ sic non valuit legatum nisi in cōmodo representationis. l. si creditori. in fi. cum. l. seq. ff. de leg. j. ita nec dicitur relicta. ¶ Et sic ista verbalis differentia de nimia subtilitate ⁊ superstitione procedit l. siquis heredem. in fi. vt ac. ab heredi. ⁊ contra heredē. l. j. in fi. Sed ⁊ si dicamus ꝙ etiam de iure possit dici tam legata q̄ relicta ꝓpter cōmodum rep̄sentatiōis ⁊ ꝓpter actionem ex testamento quod competit taz pro illo q̄ pro tota summa. l. verbis ad. l. fal. de leg. ij. debitor. Attamen non est eiusdem conditionis cuius sunt alia legata vel relicta: qꝛ non potuit in quantitate vere tradita grauari. ff. d dote prele. l. iij. §. vxor igit̄. ergo nō cadit in generalibus verbis testatoris tendētibus ad grauamen mulieris. Nā ⁊ si non fuisset prelegata non caderet: ergo ⁊ idem si fuit: quoniam ad augmentum fuit factum prelegatum ⁊ ad fauorem mulieris: ergo non dz cōtrarium operari. ff. de fun. instruc. si mancipia. de auro ⁊ argen. lega. l. si quis legauerit aurum. Et hoc de primo.

¶ Secūdo possent ꝓcedere allegata ꝑ Juliano si specifice ⁊ expresse dictus vsusfructus fuisset relictus aīo cōpēsandi cū dicta dote saltim vsq̄ ad cōcurrentē quātitatē quatenus excederēt sumptus necessarios dicte dñe ⁊ quatenus excederēt dictā quātitatē dotis aīo donandi ⁊ liberalitatē exercendi vel specifice fuisset dictū ꝙ tam alia legata q̄ hoc prelegatū dotis solueretur de dictis fructibus ⁊ ipse sciens hoc onus acceptasset relictum vsufruc. qō tamen acceptare non tenebatur. Sed eo

spreto

spreto potuisset vti iure suo.d.l.cum ab vno.ff.de leg.ij.sed ipz acceptando censeret acceptasse cũ suo onere cõpensandi.c.officij.de test.hoc aũt in dubio nõ p̃sumit̃ in debito qd̃ habuit originẽ voluntariam.C.de heredi.insti.si cõpensandi.de rei vxo.ac.§.sciẽdũ.ff.de leg.ij.l.creditore.secus si necessariã originez hz.l.si cum dotẽ.§.si pr̃.cũ ibi no.ff.so.ma.q̃ iura fundãt intentionẽ dictoꝝ heredũ.cũ h̃ nõ euidẽter nec specifice testator disposuerit de legato dicte dotis vt de fructib⁹ exoluat̃:⁊ per cõsequens nec qd̃ fructus cũ ea cõpensent̃:⁊ verba eius vt dixi pñt ⁊ debẽt restringi ad alia legata in quibus est alia ratio ꝙ̃ in isto vt.s̃.dixi:⁊ hoc de secundo.

2 ¶†Tertius casus ĩ quo possent procedere allegata ꝑ Juliano in casibus supradictis si nõ esset lata sñia diffinitiua q̃ trãsiuit in remiudi.cõtra dictum Julianũ que vult expresse cõtrarium.s.ꝙ Julianus soluat dictã dotem de bonis hereditarijs. Cõstat autem ꝙ si debuisset fieri compẽsatio cõpetijsset dicto Juliano exceptio peremptoria cõtra petitionẽ dicte do. Bartholomee quã debuisset opponere vsq; ad sñiam diffinitiuã exclusiue:postea vero non potest eam opponere nisi in cã appl'onis.C.sentẽ.rescin.nõ pos.l.peremptorias.de temp.app.per hanc.Et sic nõ oblatio quã Julianus dicit̃ fecisse est illa que nocet:qꝛ potuisset illa fieri ꝑ errorez facti vel iuris:sz sñia post ꝙ̃ dictus error nõ põt allegari mero iure.C.de iur.⁊ fac.igno.l.error.Et sic nõ ob.allegatio dñi aduocati dñ dicit ꝙ cã redacta est ad nõ cãz.l.si fullo.de cõdi.sine cã.qꝛ loquit̃ quãdo post sñiam superuenit cã que prius nõ subsistebat:⁊ sic exceptio nõ cõpetebat:hic vero subsistebat siue iã.d.dña ꝑceperat tot fructus qui sufficiebant ad dotẽ:⁊ tũc cõpetebat exceptio cõpensationis vel solutionis iam facte.siue nõdum ꝑceperat sz erat perceptura ex relicto vsufr.vt alterũ p̃dictoꝝ eligeret.d.l.cuz ab vno.de leg.ij.Patet ergo ex predictis nõ esse verum quod asseritur.s.ꝙ tam ex verbis ꝙ̃ ex mente testatoris apparet debere compensationem fieri:qꝛ immo de neutro constat:⁊ posito ꝙ constaret debuisset opponi exceptio ante sñiam que cum fuerit opposita nunc opponi non potest per predicta. Et hec de tertio ⁊ vltimo casu.

3 ¶†Nunc est videndum an sit verum ꝙ ad dictã dñam vsufructuariã oium bonoꝝ ꝑtineret onus eris alieni exoluẽdi:qꝛ si h̊ esset sicut debebat soluere alijs ita ⁊ sibijpsi.ar.ff.de cõdi.inde bi.frater a fratre.ṽ.porro.⁊ allegat̃ dictũ bar.ꝙ sic in.l.fi.ff.de vsufr.lega.vbi vr̃ casus ꝼm vnã lec.vel si non in totũ saltiz pro dimidia:qꝛ cũ ipsa fuerit instituta in vsufructu ⁊ Julianus in proprietate tanꝙ̃ ambobus institutis ex rebus certis non vl'r vel in quota detracta mentione rerũ videntur ambo fuisse vniuersales heredes quilibet pro dimidia.ff.de heredi.insti.l.ex facto.⁊ sic dicta dña tenebat̃ alijs creditoribus pro dimidia:sz quatenus ipsa erat creditrix actio sua erat cõfusa pro dimidia per aditionẽ hereditatis nõ cõfecto inuentario.C.de pac.l.debitori.cũ concor.Sed hic aduertẽdum ꝙ ĩmo ipsa nõ fuit heres vniuersalis sed particularis in certa re.s.in vsufruc.tm̃. Julianus vero vniuersalis:qꝛ sic voluit testator:vt pz ex ṽbis suis:dũ in institutione vxoris apposuit dictionẽ taxatiuaz tm̃ ⁊ in instõne Juliani ⁊ Rodulphi filij sui facta in ꝓprietate dixit heredes vniuersales ⁊c.⁊ idẽ postea repetit ĩ substõne postea facta de eisdez post mortẽ.d.dñe.Est ergo perinde ac si fuisset instituta ĩ certa re dato coherede vniuersali:⁊ sic onus eris alieni hereditarij non spectat ad eam rõne instõnis:qꝛ pro legataria habebatur:sed ad Julianum vniuersalem heredez.C.de here.insti.l.quotiens.Nec ob.l.ex facto.ff.e.ti.qꝛ ibi.qñ nõ constabat de intentione testatoris quem ex institutis ex re certa volebat esse vniuersalem heredem:qꝛ instituit vnũ in vsufr.⁊ alium in proprietate:vbi vero constabat qꝛ instituit in vsuf.⁊ alium heredem vniuersalem.igitur ⁊c.C.de neces.ser.cũ quidam.in fi.de lega.cum questio.in fi.Et sic non hz locum quod dicitur in contrarium de confusione actionis pro dimidia ꝓpter aditionem hereditatis:quia non pertinuit ad eam aditio Sed quid profuit sibi institutio in dicto vsufruc.patet ex not.per Bart.in.d.l.ex facto.

4 ¶†Videndũ est ergo nunquid teneret̃.d.dña ad debita hereditaria insolidũ:nõ vt heres sz vt legataria vsufr.omniũ bonoꝝ bar.vr̃ velle ꝙ sic in.l.fi.ff.de vsufru.leg.Et ꝑ leges quas allegat vr̃ moueri tali rõne qꝛ qñ vniuersitas oium bonoꝝ defert̃ ex vltima volũtate de tali vniuersitate nõ deducũtur debita ⁊ credita:immo includunt̃ sicut sub noĩe hereditatis deferẽtur.l.nã qd̃.§.fi.⁊.l.cogi.in p̃n.ff.ad trebel.lz secus sit qñ ex dispositione ꝯhentiũ quo casu bona intelligunt̃ deducto ere alieno.l.mulier bona.de iure dotium.Item secus qñ nõ oia sz ꝑs quota bonoꝝ.l.cũ aũt.de leg.ij.⁊.l.nõ ampli⁹.§.fi.de leg.j.qñ aũt deferunt̃ sub noĩe hereditatis tunc non refert an deferant oia an ꝑs quota qꝛ vtroq; ĩcludunt̃ onera hereditaria.l.siqs seruum.§.fi.ff.de leg.ij.vñ glo.ordi.no.in.l.his verbis.ff.de here.insti.dicit ꝙ si nullo alio instituto herede dicaz in presentia vij:testiũ relinquo tali oĩa bona mea:talia verba importãt directã institutionẽ.Si vero instituerã aliũ ĩportãt fideicõ.vniuersale ⁊ vtroq; casu debita includunt̃ vt possit talis conueniri a creditoribus hereditarijs primo casu directis actiõib⁹ secũdo vtilibus:secus si relinqueret certam partem bonoruz:qꝛ tũc intelligeret̃ deducto ere alieno:⁊ sic nec esset ille heres:nec fideicõ.vniuersalis sz legatarius particularis qui non posset a creditoribus conueniri.Et sic bar.istã eandem distinctionez quã faciunt dicta iura qñ relinquunt̃ bona pleno iure quo ad proprietatem ⁊ vsufr.vt distinguatur an relinquant̃ oĩa bona an pars quota ipsoꝝ.ipse bar.vult debere fieri quã non pleno iure:sed vsufru.tm̃ vt si oĩm bonorum teneatur talis legatari⁹ ⁊ possit cõueniri creditoribus sicut si esset fideicõ.vniuersalis ⁊ hoc casu non loquitur ille tex.d.l.fi.Si vero relinquat̃ vsus certe partis bonorum:tunc legatarius non tenet̃ creditorib⁹:qꝛ intelligitur relictus vsufr.illius partis que superit d̃ducto ere alieno:sz si certaꝝ rerũ tunc legatarius nec tenet̃ creditoribus nec ab eo fit deductio eris alieni qd̃ de singularib⁹ rebus non detrahitur sed de vniuersitate.l.qd̃ dr̃.ff.de ĩpen.⁊ hoc vult lex illa ꝼm intellectum Bar.¶Sz ridiculum vr̃ dicere ꝙ ille cui legatur vsufr.oĩum bonorũ habeatur loco fideicõ.vniuersalis vt sic possit a creditoribus hereditarijs conueniri cũ iura in quibus se fundat loquant̃ in eo cui relinquũtur bona pleno iure.s.proprietatis ⁊ vsufr.qui casus longe distat a nostro. Et ideo dico ꝙ sicut qñ relinquitur vsufr.partis quote bonorum intelligitur de illa que restabit deducto ere alieno:⁊ sic legatarius non potest a creditoribus conueniri.Sed heres anteꝙ̃ tradat bona vtenda deducet es alienum ⁊ vendet bona ĩmobilia si aliunde solui non põt:⁊ sic tanto minorem vsumfru.legatarius habebit ⁊ per consequens tam heres ꝓprietarius ꝙ̃ etiam legatarius vsufructus participabit in solutiõe eris alieni:ita ⁊ cũ relinquit̃ vsufructus omnium bonoruz fieri dz qꝛ primo deducetur es alienum ⁊ sic vẽdentur bona hereditaria etiam immobilia si aliter fieri non potest ⁊ reliqua tradent̃ legatario vsufru.ad vtendum fruendum sic tanto minorẽ habebit vsumfructum.tex.est expressus de hoc in.l.vsufructu bonorum legato ⁊c.ff.ad.l.falci.in carta nona tituli que quando fuit relictus vsufru.omnium bonorum ⁊ dicit es alienuz fore deducendũ ex omnibus bonis ⁊ sic ex venditione reꝝ hereditariaruz non ex fructibus tm̃ sicut vr̃ sentire Bar.⁊ fit.deductio ab herede qui solus põt a creditoribus cõueniri nõ legatari⁹ vt sentit bar.⁊ sic vterq; participat in solutione eris alieni itaz proprietarius ꝙ̃ vsufructuarius:non aũt totum onus est vsufructuarij vt sentit bar.de hoc etiaz est tex.exp̃ssus in.l.fi.§.fin autem es alienum.C.de bonis que libe.per quem confunditur dictum bar.vt ibi legendo dixi ⁊ in scriptis scholaribus dedi. Unde ad ꝓpositum cum dicta dña bartholomea petijt dotem suam poterat Julianus vendere vnaz possessionẽ hereditariã ⁊ sibi soluere:si aliunde soluere non poterat vsumfructũ dicte domine diminuisset in illa re.Naz ⁊ ipsa petere hoc potuit:vt dos sua separaret̃ ab alijs bonis:vt no.bar.in.l.debitori.C.de pac.⁊ in simi.C.ad trebel.l.iubemus.Nunc ergo qꝛ non vendidit dictus Julianus gauisa est vsufructu illius rei:⁊ eo finito cogi dz.d.Julianus vendere ⁊ soluere:nõ aũt petere potest vt fructus perceptos cũ dote compenset.Nõ sine cã ergo bal.in consilio allegato per dñm aduocatum heredum predictorum prefate dñe miratur de decisione bar.in.d.l.fi.ff.de vsufruc.lega.⁊ determinat bal.contra eum:qꝛ ipse bar.sentit aliqua que non possunt tolerari.Primo eniz sentit ꝙ ille cui relictus est vsufr.omniũ bonoꝝ possit a creditoribus hereditarijs cõueniri:lz secus sit qñ vsufr.ꝑtis quote bonoꝝ vel reꝝ vt dixerat in p̃cedẽtibus.Et pz ibi ex tex.qꝛ tũc es alienũ prio loco d̃ducit̃ per heredẽ:sed qñ oium nõ deducit̃ sz transit in legatariuz actiue.l.vxori mee.e.ti.⁊ simil'r passiue ꝼm eũ.ꝑ.l.nã qd̃ cum.l.se.⁊ se.ff.ad treb.Et ita manifeste colligit̃ ex distinctione quaz ipse bar.facit.Et sic talis legatarius equiparabitur fideicõ.vniuersali qui similiter potest cõueniri a creditorib⁹ ꝑ dictas leges que nihil faciũt qꝛ vt dixi loquunt̃ in eo cui relinquunt̃ omnia bona pleno iure ꝓprietatis ⁊ vsufr.q̇ vel est heres alio nõ instituto:vel fideicõ.s.alio instituto:vt no.d.l.his ṽbis.ff.de here.insti.Nos loquimur in eo cui relictus fuit solus vsufru.qui est simplex legatarius in quẽ lz trãseãt actiões actiue:vt pz ex.l.vxori mee.⁊ in.l.j.C.de vsufru.e.ti.allegata per bar.quas exercebit tanꝙ̃ procur.heredis in rem suam.l.j.§.fin.ff.vsufruc.quẽadmo.caue.non sic transeant actiones passiue nec est hoc inconueniens:vt patet alibi in emptore hereditatis.C.de here.ven.l.ij.⁊.l.emptor.sed in fideicõmis.vniuersale transeunt actiue ⁊ passiue sicut in heredẽ:⁊ per cõsequẽs vult bar.

videt qđ licite facere potuerint qꝫ fecerūt dicti de Vrago quia
fecerūt vt sibi proficerēt nō vt illis porcellagis nocerent.ff. de
aqua pluuia.l.j.§.deniqꝫ marcellus.i fi.Et qꝛ aqua dicte serio-
le de cobiado erat ⁊ est priuata non publica qꝛ discurrit ꝑ ꝑdia
priuatorū ergo ⁊c.prout no.Bar.in faciente molendinū supe-
riorem per qđ nocet inferiori:in.d.l.quominus.in.j. questione.
Sed contrariū est veritas.nam ille.§.deniqꝫ marcellus. lo-
quitur cum quis facit opus in suo ex quo vicinus sentit cōmo-
dum.Nam hoc modo potest illi vicino cōmodum illud auferre
l.proculus.ff.de damno infecto.sꝫ isti de Vrago nō in proprio
ipsoruꝫ sed in alieno.scꝫ illorū de cobiado fecerūt opus ex quo
abstulerunt cōmoduꝫ qđ dicti de porcellagis percipiebant ex
solo dictorū de Cobiado nō illorū de Vrago qđ facere nō po
tuerunt:sicut nec auferre cōmoduꝫ qđ habuissent ex publico.ff.
ne quis in loco publico.l.ij.§.merito.scilicet licite vt ⁊ isti perci
piebant eadem.l.ij.§.idem ait.si in publico.in fi. Itē Bar.
in illa.j.q.loquitur quando aqua esset cōmunis ⁊ priuata inter
illum qui habebat molendinum primo factum ⁊ illum qui vole
bat facere scđm:sed hic illi de Vrago nullam cōmunionem vel
ius habebant in ista aqua quam opere manu facto diuerterunt
a solito ⁊ naturali cursu.vnde contra eos proditum erat inter-
dictum.de aqua quoti.⁊ esti.faciunt nota.per Bartol. in dicta
l.quo minus.in.xij.q.quo dicti de porcellagis vsi non fuerunt:
vel posito qꝫ in possessorio dicte aque succubuerūt:remansit ta-
men ius proprietatis.l.⁊ an eandem.ff.de exceptio. rei iudi. qđ
etiam per sententiam iudicis appellationum fuit eis reseruatū
ff.de aqua quoti.⁊ esti.l.penul.ibi:sine preiudicio ⁊c. Ad pre
dicta qꝫ illi de Vrago non potuerunt dictā aquā diuertere per
alium cursum in preiudiciū illorū de porcellagis qui prius oc-
cupauerant:facit determinatio doctorū in questione de haben
te molendinum in flumine publico ⁊ de alio volente postea con
struere aliud molendinum superius in preiudicium prioris in-
ferioris aquam occupantis:vt hoc facere non possit:quā que-
stionem gl.firmant in diuersis locis ⁊ sibi videntur contrariari.
Sed docto.ita determināt:vt no.Barto.in dicta.l.quominus.
in.j.q.per.l.ij.§.merito.ff.ne quid in loco publico.scilicet quan
do primus licite habebat seu poccupauerit sicut est in casu no-
stro:vt supra dixi.ff.ne quid in loco publico.l.ij.§.idem ait.si in
publico.in fine.Isti vero de porcellagis vel habent rei vendi-
catione si dicamus eos fuisse effectos dominos dicte aque per
preoccupationē quasi in illius bonis prius esset:vt in iuribus
vulga.⁊ tunc sufficiat eis probare preoccupationem tam de iu-
re communi qꝫ ex forma statuti Brixie fm quod ad probatio-
nem dominij sufficit probatio prioris possessionis quod nō est
de iure communi in his que per preoccupationem non querun
tur:quia consueuerunt semper esse alicuius. iuxta notata per
Bartol.in.l.penulti.ff.de conditio.institutionum.⁊ per Joan.
andre.in nouel.in.c.illud.de presumptio.vel si dicimus aquam
non fuisse effectam ipsorum anteqꝫ solum vel seriolam ipsorum
intrauerit saltim acquisiuerunt ius aque predicte ducendo per
predia aliorum per que transibat.l.j.§.aristo.⁊.§.quesituꝫ.⁊.§.
hoc interdictum.ratione cuius possunt isti confessoriam inten
tare.ff. si serui.ven.l.secunda.quod not.Barto.in dicta.l.quo-
minus.in.x.q.in fine.⁊ in.xij.q. ante finem. Ibi item habeo con-
fessoriam ⁊c. et hec de primo.

2 Quantum vero ad secundum an predicti perdiderint hoc
ius per non vsum:qꝛ per.xxv.annos:vel.xxvj. annos non fue-
runt vsi sed dicti de Vrago.Si dicerēꝰ istas acquisiuisse do-
minium aque clarum est quod non:tum quia non est completuꝫ
tempus longissimum.xxx.annorum quod requiritur in prescri
bentibus sine titulo.l.fint.C.de prescriptio.xxx.ann. tum quia
etiam si esset completum aduersarij non potuerunt prescribere
cum essent malefidei et clandestini occupatores.l.clam posside
re.de acqui.pos.iuncto.c.ij.de reg.iur.lib.vj. Si vero dicimus
eos acquisiuisse dumtaxat ius aque ducende tunc est maius du
bium:qꝛ seruitutes habētes causam cōtinuam per nō vsum lō-
gi temporis perdunt.l.sicut.C.de serui.⁊ aqua.etiā aduersario
existente in mala fide qn̄ esset seruitus rustica vt esset ista.l.seq̄-
tur.§.via.ff.de vsucap.⁊ etiā si fuerint impediti vti de facto.l. et
attilionus.ff.de seruit.rustic.predio.lꝫ detur restitutio cessante
impedimēto vt ibi habet. Sꝫ breuiter rn̄deri pōt qꝫ ꝑscriptio
longi tpis hodie nō currit durante minori etate.l. fi. C .in qui.
3 cau.ces.long.tempo.ꝑscrip.†Et isti omnes nepotes primi ac-
quirētes erant minores⁊ aliqui pupilli tēpore quo incepit illa
aqua diuerti ꝑ illos de Vrago scꝫ in.M.ccccxj.a quo tpe nō
fuerūt vsi.Et posito qꝫ dictū longū tps cucurrisset durante mi
nori etate tps tamē petēde resti.nō potuit currere ne daret re-
stitutio ad restituendum.l.finali.C.de tempo.in integ. restit. ff.
de mino.l.interdum.Fiat ergo cōputatio annorum ⁊ videatur
ex quo capite possit agi.Et si aliquis predictoruꝫ sit hodie mi
nor ita quod cōtra eum tempus non sit lapsum etiam ius alio-
rum conseruatur illesum in tali seruitute indiuidua.l.si commu
nem.ff.quemadmod.serui.amitta. Laus deo.

1 Mater si nō renunciauit secundis nuptijs tutela vitiat.
2 An repudiatio hereditatis delate pupillo facta per matrē que non renunciauerat secundis nuptijs valeat nec ne.
3 Et quid si iudex interuenit et an saltem prescribatur ita vt pupillus iterum non possit adire ex titulo acquisito per possessorem repudi. heredi.

Consilium.cccxxiiij.

In christi nomine amen.

1 †Queritur primo an datio vel susceptio tutele
facta de matre vel per matrem vitiet ex eo qđ nō re-
nunciauit secundis nuptijs fm qđ facere debebat virtute aut.
matri ⁊ auie.C.qn̄ mulier tutel.offi.fungi pōt. Rn̄deo sic prout
determinat ibi Bar.per plures rōnes⁊ etiā Bal.⁊ Ange.vidē
Bar.in.l.si quis sub cōditione.ff.de testa. tutel. circa medium
quas non refero.

2 †Secundo queritur si dicta mater tanqꝫ legitima tutrix
cum non esset vna cum filio pupillo:⁊ pupillus vna cum ea co-
ram iudice renunciauit cuidam hereditati delate pupillo quā
pupillus poterat adire an dicta repudiatio valeat: Respon-
deo non cum requiratur autoritas tutoris alias non valet .C.
de repudi.heredita.l. pupillorum que hic deficit. ex quo non
erat legitime delata vel constituta.ff.quod falso tutore auto.l. a
3 j.et.ij. et per totum.†nec prodest vel aliquid operatur presen-
tia iudicis.licet Cynus videatur dicere quod prosit in dicta
lege pupillorum.in additio.per.l.penultimaꝫ.§.finali.ff.de ritu
nuptia.⁊ arg.l.bonorum.C.qui admit.ad bono. possessio. pos-
sunt.quia Bald.ibi dicit hoc debere intelligi quando per iu-
dicem fuit super hoc adhibita cause cognitio an expediret pu-
pillo vel non quod hic non fuit.ergo ⁊c.l.cum hi.§.si pretor.ff.
de transactio.⁊ quod fuerint vocati attinentes pupilli ⁊ amici.
iuxta nota.in.l.tutor.ff.de bono.posses.quod intelligitur scili-
cet ad hoc.arg.l.ij.§.homines.ff.vi bono.rapto.⁊ quod nota.in
l.de his.ff.de transactio.⁊.ff.de verbo.obligatio.l.qui rome. §.
duo fratres.in.iiij.qōne quod hic factum non fuit licet casuali
ter interfuerint quidam attinentes:non tamen ad hec adhibi-
ti vel vocati:vt videretur an expediret pupillo vel non [a]. Re-
quirebatur etiam quod iudex ex certa scientia supplere volue-
rit defectum tutoris vel tutricis.vt dicta.l.bonorum. ff. de bo-
norum possessione. lege seruus. quod hic non fuit quia cre-
debat matrem fore legitime constitutam. Et sic non habebat
intentionem supplendi defectum tutoris: ergo nec suppleuit.
iuxta notata in lege si curatorem habens.C.de in integrum re-
stitutio.per Bartol.iuncta lege si ex testamento.in fine cum. l.
sequenti:in fine princip.ff.de exceptio.rei iudi. Sicut ergo so-
la presentia iudicis non validaret repudiationem factam a so
lo tutore vel etiam aditionem quia non est de natura actusꝰ. vt
notat Baldus in dicta.l.bonoruꝫ.versi.quero nunquid coraꝫ
iudice.⁊ versic.tertio quero.ita nec factam a pupillo sine legiti-
mo tutore.argu.C. de transactio.l.siue apud acta.in principio.

ADDitio.
[a] An expediret pupillo vel nō.Et cautela est ad excusationē tutorꝫ qn̄ faciunt aliquē actū dubiū qđ faciāt d cōsilio attinētiū ⁊ tūc si male succedat nō tenebit pupillo de culpa nā rōne ɔsilij ɔiūctorū pupilli presumit abesse dolus ⁊ culpa tutoris. vt not.Bal.in l.polla.C.de his qb.vt indignis quem refert ⁊ sequitur Alex.ibi ad fi. ⁊ idem voluit paul.de ca. ibi in col.fi.vs.interdū est talis.
H.F.

¶ Nec ob. no. in. l. j. ff. de cura. bo. dan. & in. l. in plurimi. ff. de acqui. heredi. qr presentia iudi. bene supplet defectum prouenientem a iure renunciato: vt qr erat conditionale qd sine iudice renuncia ri nõ põt. cu iudice sic: vt no. in dictis iuribus. Sed defectu pro uenientẽ ab impotentia repudiantis: nec supplet nisi cum his de quibus supra: qr ille defectus proueniẽs a persona vel a potentia disponẽtis maior reputatur. ar. ff. de testa. si queramus. de iure codicil. quidam referunt. circa medium. & quod no. bal. C. de fideicom. eam quam. in antepe. col. & de leg. l. seruis. de ser. exportandis. si minor iuncta. l. in tempus. ff. de heredi. institue.

¶ Tertio queritur an titulus acquisitus per possessorez post mortem illius de cuius hereditate agitur excludat petitionem hereditatis. Bal. dicit esse casum q non in. l. edicto. in fi. C. de edic. diui adri. tol. & miratur hoc a nemine fuisse animaduersum: vt ipse ibi no. in. ix. x. & xj. oppositione quia talis titulus acqritur post natam & fundatã petitionẽ hereditatis vnde nõ sic põt eã extinguere sicut acquisitus in vita illius potest natiuitatẽ eius impedire. arg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & ad hoc bene facit qd not. Barto. in. l. cogi. in fi. C. de peti. here. Similiter nec titu. putatiuus hereditarius petitionẽ hereditatis excludit. immo eam inducit cu non detur nisi cõtra eum qui possidet pro herede vel pro possessore. ff. de peti. hered. l. regulariter. Et hoc expresse no. Cy. in. d. l. cogi. in. ij. q. in fi.

¶ Quarto queritur vtrum dicti tituli: licet non excludat petitio. hereditatis saltim attenuent eius vitam vt non duret longissimo tempore. C. de peti. heredi. l. hereditatis petitionem. sed tollatur longo tpe. Rndeo sic qr cum excedat suos terminos excedit & non suis terminis vt est casus in dicta. l. edicto. & glo. in. l. hereditatem. C. in quibus causis cesset longi temporis prescri. dicta tamẽ prescriptio non cucurrit durante minori etate. l. fi. C. in quib. cau. in integ. restitutio. non est neces. Laus deo.

1 ☞ Si statutum requirat quod notarius interroget testatorem particulatim an approbet an talis interrogatio sit de forma que omissa vitiet.

2 Et quid si filij erant instituti cum extraneis an quo ad extraneos testamentum sit nullum.

¶ Consilium. cccxxv.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Testes examinati super isto testamento nõ deponunt se fuisse presentes ordinationi scripture continentis testamentum qr nec fuerũt preter primu. scz Joannẽ dictu el coza cuius filius eam scripserit sed solum dicunt se fuisse presentes lectioni & recitationi scripture composite & ordinate sine ipsorũ presentia quo casu prouisio ducalis ad obuiandũ fraudibus & falsitatibus requirit vltra ius cõmune q recitans in singulis particulis interroget testatorẽ an ita velit & sibi placeat cu tamẽ de iure cõmuni sufficeret facere dictã interrogationẽ post totam dictã scripturã lectam & recitataz. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. face. pos. Et fuit bona prouisio cum scriptura possit plura continere quorum aliqua sibi placerent aliqua non. Et in fine posset esse oblitus alicuius de precedentibus quod displicet vnde fuit vtilis prouisio q fierẽt speciales interrogationes ad singula. pro quo bene facit qd not. Barto. in. l. diuus. §. item senatus. ff. de falsis. quod autem hoc factum fuerit testes non dicunt: qr nec factum fuit: igit non valet: qr cum deficit aliquid ex requisitis per legem actus est nullus: licet lex ipsum expresse nõ annullet. ff. de transactio. l. cum hi. §. pretor. Et est glo. ordi. in. l. non intelligitur. §. diuus Adrianus. ff. de iure fisci. super verbo restituitur. ante fi. ¶ Nec ob. ratio facta per consultorem in cõtrarium. scz qd prouisio ducalis imponit penam notario. ergo nõ videtur voluisse testamentu irritari. l. pretor. cum ibi not. ff. de ope. noui. nuncia. ¶ Nam verum est qd imponit ei penam propter aliud scz quando non accusat illos qui preter voluntatez testatoris interfuerunt non autem quando non facit interrogationes predictas & sic remanet annullatio tacita. l. non dubium. C. de legibus. ¶ Nec etiã ob. alia ratio dñi cõsultoris q dicte interrogatiões nõ sunt de forma qr immo cu veniant fiede tpe quo testamentu condit & sint magne importãtie & magni mysterij pro saluãda mẽte defuncti reputari debent esse de forma. per ea que in simil. not. in. l. vniuersa. de preci. impe. offeren. ff. de testa. l. j. iuncto eo qd no. Bar. & Bal. in auk. matri & auie. C. qñ mulier tute. offi. fungi põt. De renũciatione secundarum nuptiaz quã illa auk. mandat fieri cu mater suscepit tutelã filij qd reputat specialis & de forma qr est magni mysterij & vtilitatis ideo eius omissio vitiat tutelã lz tex. illius auk. nõ annullet expresse. ¶ Itẽ posito qd ducalis prouisio non extaret ius cõe requirit qd saltim fiat in fi. post recitationẽ scripture & qd testator verbis fateat se agnoscere quicquid scriptu & recitatu est vt est tex. C. de testa. in. d. §. at cum humana. ante fi. & glo. ordi. in. l. iubemus. qd etiã testes predicti nõ deponũt factuz fuisse immo interrogati dicũt omnes se recordari qd post recitationẽ talis scripture testatrix aliquid dixerit approbando que lecta erant & recitata sed nec dicũt qd fuerit a legente interrogata igit &c. p rationes. s. tactas. Nec ob. q dixit testibus q essent testes illi testamẽto qr vt plures eoz dicunt hoc dixit anteq scriptura legeretur qd nõ sufficiebat cu nesciret que essent recitãda & poterant aliqua fuisse scripta & postea recitata preter voluntatez suam. vnde reprobat approbatio post recitationẽ non ante. C. de arbi. l. ne in arbitris. §. fi. qui incipit. si quis aũt post arbitri diffinitionẽ &c. & qd no. Cy. in cõsilio suo qd incipit. Tholomei manẽtis. & Bal. C. de Zhen. emp. l. fi. circa fi. & l. j. de his que pene noie. in. vij. col. bene facit. l. fi. in fi. ff. de bo. pos. in ratiõe sui.

2 † Nec etiã obstat qd in isto testamẽto fuit istituta filia & nepos qui erant ab intestato successuri qr hoc nõ prodest extraneis in illorum institutorum preiudiciu. vt. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. ideo concluditur dictum testamentum non esse releuandu nec publicandu in fauorẽ illoz extraneorum et in preiudicium institutorum tanq nullum. Laus deo.

1 ☞ Si certa quantitas legetur cum hoc quod arbitrio quorundam possit augeri vel minui quibusdaz ex arbitris mortuis tota integra summa peti potest.

2 An fundus datus a debitoribus hereditatis insolutum heredi censeatur hypothecatus pro legatis.

Datio insolutum habet vim emptionis.

¶ Consilium. cccxxvj.

In christi nomine amẽ.

1 ¶ † Super primo quesito facit dubium. l. pecuniaz. in fi. ff. si cer. pe. p quã videt q cu p arbitriu predictoz posset minui quantitas pdicta legata scz. cc. sicut & augeri nõ possit integra petitio nõdum secuta declaratione vel arbitrio predictoru. Sed certe verum esset si posset sequi declaratio predicta diminutionẽ faciẽs sed hic non põt sequi qr quidam mortui sunt & illi qui superuiuunt nõ diminuerũt. Et sic remanet firmu legatum dicte quantitatis ducentoz. arg. ff. de here. insti. l. ij. in ratione sui. de lega. ij. cu pater. §. vicos. C. de institu. & substi. l. penul. facit. l. nõ ideo minus. ff. de rei vẽdi. & qd not. Bar. in. l. iulia. ff. de condi. inde. in fi. sui cõmenti. & sic põt peti dicta quãtitas si dicta legataria est nubilis & apta ad nubendum alias secus cum sit relicta pro dote. ff. quãdo dies leg. ce. l. qd pupille. facit. l. nec semel. §. si in habitatione. eo. tit. in ratione sui.

2 ¶ † Super secundo quesito facit dubiu. l. imperator. cuz. ll. sequen. ff. de lega. ij. per quas videtur quod cum dictus fundus peruenerit ad heredem occasione debiti hereditarij debeat censeri hereditarius & sic fore obligatus pro dicto legato: sicut cetere res hereditarie. l. j. C. commu. de lega. Sed certe verum est quantum ad hoc vt veniat in fideicõmis. vniuersali: quia in vniuersalibus sicut precium succedit loco rei. l. si et rem & precium. ff. de petitio. heredi. ita & res loco precij. vt dicta. l. imperator. Nos sumus in particulari legato in quo non sic succedit precium loco rei nec econtra. iuxta ea que habentur in. l. mater. C. de rei vendi. de iure dotium. l. ex pecunia. de donatio. inter virum & vxorem. l. et si de tua. facit. l. qui vas. §. finali. ff. de furtis.

¶ Item facit dubium. l. si conuenerit. in fine principij. ff. de pignoratitia actione. vbi habetur q si ex noĩe debitoris in obligato exigo speciem illa remanet mihi loco pignoris obligata. Sed certe verum est quando exigitur per creditorem cui nomẽ erat obligatu: sed hic exactio istius fundi non fuit facta per filiam legatariam cui pro suo legato erat obligatum nomen debitoris hereditariuz sicut & cetere res hereditarie. Sed nec iste fundus erat debitus: sed fuit datus insolutum pro debito pecuniario. Sed. l. illa si conuenerit. loquitur quãdo species exacta erat debita: & sic sum extra terminos illius legis. Preterea in datione insolutum que habet vim emptionis. ff. de pigno. actio. l. elegãter. in princi. fingitur pecunia fuisse soluta heredi per debitorẽ hereditarium & postea p heredem eidem retradita pro precio rei date insolutu. l. iij. §. fi. ff. de dona. inter vir. & vxo. qd si vere factu fuisset nõ diceret res hereditaria: licet empt. de pecunia hereditaria: sed ipsius heredis dñium acquirentis qd nunq fuit penes defunctu facit. l. qd his verbis. ff. de leg. iij. & p cõsequens pro dicto legato nõ est obligat iste fundus. l. j. in fine. C. cõia de leg. facit. l. si heres pecuniaz. ff. ad trebel. vbi actio vel obligatio acquisita per heredem etiam super debito hereditario non est hereditaria. Non ergo potest per hypotecariaz aduocari: sed nec peti potest separatio postq est alienata. ff. de separatio. l. ab herede. Laus deo.

1 ☞ Qui suscepit obligationem alterius in se illo assignante sibi aliud

sibi aliud creditum exigendum: utrum si nihil potest percipere teneatur ipse soluere non excusso prius principali vel fisco qui eidem successerit.

2 Et statuto prohibente exceptiones opponi possunt tales opponi que sunt de natura contractus vel alias ex tenore instrumenti colliguntur.

3 Confiscatus non debet excuti sed fiscus eius successor in quē transierūt bona cum onere debitorum.

Consilium.cccxxvij.

In christi nomine amen.

1 †Clarū est qđ dict⁹ Jacob⁹ quaten⁹ tenet̄ finito officio depositario dicit̄ teneri fideiussorio vel intercessorio noīe p̄fati dñi Berardi cū illius obligationē in se susceperit nō trāsferēdo vel nouādo sed participādo. C. ad velle. l. senatus. ꝛ no. gl. in. l. in personā. §. j. ff. de pac. que incipit: imo qđ facere potuit nō solū cū mādato dicti dñi sed etiā sine quo casu cōpeteret actio neg. gest. l. iij. §. fi. cū ibi no. ff. de neg. ge. cū l. seq. Clarum est etiā qđ oīs intercessor cuiuscūq; speciei sit hʒ beneficiū excussionis si ei nō renūciauit vel non transtulit in se obligationē alterius animo nouādi. vt no. gl. que incipit vero differētiam in auť. de fideiuſ. in. §. j. Sed dubiū in casu nostro facit: q2 iste Jac. pmissor recepit a dicto dño Berardo p quo promisit obligationē cuiusdā eius reddit⁹ exigendi vt patet ex tenore instrumēti remissiōis ꝛ de illo videt̄ remāsisse cōtentus vnde si viueret dictus dñs Berardus nō posse petere ꝙ ipse aliter excuteretur quasi beneficio excussiōis videat̄ per hoc renunciasse recipiendo dictū cambiū qđ facere potuit vt no. ff. de pac. l. nisi per glo. Sed respondet̄ hoc posse pcedere si dictus redditus remansisset in eodem statu ita qđ posset exigi a dicto Jacobo. sed si ipse dñs Berardus viueret ꝛ redditū predictū suppressisset ita qđ fact⁹ esset inexigibilis perinde deberet haberi ac si ipsum nō recepisset q2 facto ip̄sius ablatus sibi esset ꝛ sic posset petere ipsum dñm excuti q2 sua tacita renūciatio deberet intelligi rebus in eodem statu durantibus. argu. eius qđ not. in. l. qđ seruius. ff. de cōdi. ob cām. de solutio. cū quis in p̄ncipio: nō eīn voluit de suo soluere sed de bonis dicti dñi Berardi. Cū ergo cōmunitas Camareni que dicto dño Berardo successit per cōfiscationē suppresserit dictū redditū nō pōt imputare dicto Jacobo si petit excussionē fieri de ea cum eius facto Jacobus impediat̄ exigere. bene facit qđ not. Bar. in. l. si res obligata. ff. de leg. j. Et si dicat̄ hoc nō debet nocere creditori q̄ de promissione dicti Jacobi simpliciter confidit vt nec haberet alias excussionē facere. ꝛ sic videt̄ ꝙ casus sequens non debeat sibi nocere sed pmissori. per. l. si fundus. ff. loca. R̄ndet̄ verum esse quantū ad hoc vt restituet qđ pcepisset nō vt de suo teneat̄ aliquid soluere ꝛ sic vt nō lucret̄ nō vt damnū sentiat vt ibi patet dū dr̄ qđ nō tenet̄ nisi ad restitutionē precij vl' mercedis quā pcepit nō ad interesse ne sit in dāno sʒ iste Jacob⁹ nil pcepit et sic esset in dāno si solueret. Preterea est aduertendū qđ dictus creditor si Jacob⁹ sibi solueret teneret̄ sibi actionē cedere ꝯ̄ cōitatē in quā trāsiuerūt bona cū onere p̄dicto soluēdi debita cōfiscati. C. ad. l. iul. de vi. l. tutoris. iuncto. d. tex. auť. de fideiuſ. §. j. in fi. ibi actionibus sibi cessis ꝛc. Et si actionē nō haberet vl' debitū dñi Berardi pbare nō posset excluderet̄ p actio. cedendor. ff. de solu. l. stichū. §. pe. iuncta. l. si nomē. in fi. de heredi. vel acti. ven. q2 debet docere dictū dñm Berardum fuisse debitorē suū ꝛ per cōsequēs etiā cōitatē Camareni ꝙ forte facere nō pōt ꝛ sic excludit̄ p exceptionē p̄dictā.

2 †Statutū autem p̄dictū qđ tollit omnē exceptionē. ꝛc. nō hʒ obstare q2 debet intelligi p̄ter illas que colligunt̄ ex tenore instrī vel scripture vel que sunt de natura. vnde si instrū cōtinet debitū conditionale vel in diē bene pōt obijci exceptio qđ dies vel cōditio non euenit. l. bonē. §. si sub cōditione. ff. de edil. edic. ꝛ si cōtinet emptionē ꝛ petat̄ res vēdita pōt obijci exceptio de p̄cio nō soluto lʒ iste nō sint de excep. reseruatis vel exceptis in statuto. ff. de iureiurā. l. si duo. §. si q̄s iurauerit. cū. §. sequē. Sed cū agit̄ ꝯ̄ intercessorē exceptio ista qđ excutiat̄ prīo principalis ꝛ cedat̄ actio est de natura obligationis ꝛ colligit̄ ex tenore scripture q2 stat in iure ꝛ sic nō censet̄ sublata p statutū sicut nec alie que ex forma alicui⁹ alteri⁹ statuti cōpeterēt. iuxta not. in. l. ita pudor. C. de adul. ꝛ p Bar. in. l. j. §. j. ff. qđ vi aut clam.

3 †Itē nō obstāt no. p Bar. in. l. fi. ff. si cer. pet. q2 verū est qđ cōfiscat⁹ nō dʒ excuti q2 notoriū est qđ nō est soluēdo. Sed nō negat̄ quin fisc⁹ ei⁹ successor excuti debeat ꝛ ita legēdo legē illā tradidi scholarib⁹ meis in scriptis ꝛ repi alios sic tenentes ꝛ habet in se rationē.

Concludo ergo prout superius per alios dominos consulentes fuit conclusū q2 res hʒ in se summā equitatē. vʒ ne iste Ja. soluat de suo q2 iustius ē ꝙ cōmunitas Camareni que habuit bona dicti domini Berardi soluat ꝛ sic lucrum ei auferat̄ ꝙ iste Jaco. sit in damno ꝛ illa in lucro. ar. l. sʒ si dānū. §. fi. ff. de pecu. in rōne sui ibi melius esse ait ꝛc. l. sed ꝛ si quis. §. sed si adhibita. in fi. ff. de reli. ꝛ sump. fune. Et sic pōt iste Jaco. cōuentus se defendere vt agat̄ actiōe p̄sonali ꝯ̄ cōitatē ꝛ pbet̄ debitum et obtineatur sententia contra ea. Deinde fiat discussio bonorum vt videatur quantū communitas habuit de bonis illius. Nam anteꝙ hoc fiat non est aperta via agendi contra intercessorē dictus tex. auť. de fideiuſ. §. j. ꝛ auť. presente. C. de fideiuſ. de pigno. auť. sed hoc ita. ꝛ not. Bal. in. l. ij. C. cōmuni diuidun. ꝛ si reperiatur nō peruenisse bona sufficientia tunc cedatur actio et cogetur soluere. sed si debitum non probetur secus quia cedi non possit vt supra dixi. et sic excluderet eum per exceptionem cedendarum.

Laus deo.

1 Si statutum dicat accusatos criminaliter detineri nec relaxari datis fideiussoribus: vtrum iudex arbitrio suo possit ex bona et iusta causa relaxare, sicut potest penam statuti diminuere. et nume. seq.

2 Et de intellectu. l. j. de custo. reorum.

3 Cautela pro iudice pronūciante talem accusatum esse dimittēdum sub fideiussoribus.

Indicia que arbitrio iudicis relinquant̄ ꝛ qđ vnum indicium tollat aliud.

Consilium.cccxxviij.

In christi nomine amen.

Clarū est i iure ꝙ p ea q̄ superi⁹ narrant̄ agitata in cā ciuili q̄ vtebat̄ iter assertū creditorē ꝛ debitorē nō pbat̄ instrū falsū adeo ꝙ sufficiat illa pducere i hac cā criali que vertitur inter accusatorem ꝛ notarium accusatū ad ipsius notarij condemnationem etiam si fides non fuisset data prefato instrumento adiecta causa quia erat falsum vel suspectū de falsitate. casus est legis. ff. de infa. l. lucius que loquit̄ in testib⁹ reprobatis in cā ciuili ex dicta cā f'm scđam lecturam: ꝛ eadem ratio est in instrumento. C. de fide instru. l. in exercendis. probationes enim facte in causa ciuili etiam inter easdem personas non proficiunt in causa criminali tanꝙ in pleniori: ꝛ in qua de maiori preiudicio agitur. l. sciant. C. de proba. ꝛ no. per Bar. in l. pretor. §. j. ff. vi bo. rap. Expedit ergo nouas probationes facere super falsitate predicta ad hoc vt notari⁹ iste possit de falso condemnari ꝛ lōge pleniores ꝛ clariores. Super eo vero qđ

1 queritur. †An iste notarius sit personaliter detinendus pendente accusatione prout petit accusator: videtur ꝙ sic etiam si nulla indicia essent contra eum propter hoc solum ꝙ ex crimine deducto in accusatione venit imponēda pena sanguinis ex forma statuti ne sententia condemnatoria reddatur elusoria. Tū q2 statutum hoc expresse dicit sub rubrica de modo ꝛ forma pcedendi in maleficijs: tum q2 ita est generalis consuetudo ꝛ forte etiam de iure cōi f'm Jaco. de are. ꝛ Barto. in. l. j. ff. de custo. reorum. Nec ob. illa. l. que videtur hoc relinquere arbitrio iud. q2 verum est in modo detinendi. vʒ an debeat in compedibus vel non. Sed an detineatur personaliter vel nō retineatur: sed dimittatur cū fideiussoribus de presentando non relinquitur arbitrio iudi. f'm predictos. imo debet p̄sonaliter detineri ꝛ sub fideiussoribus predictis non relaxari. facit. l. j. C. de infami. vbi

2 carceratur quis pro crimine reperiendo. †Breuiter quicqđ dicti doc. dicant. l. illa prima. ff. de custo. reorum. videtur ponere in arbitrio iudi. etiā ipsum actum detentionis vt posset eam facere si vult. Sed si ex aliqua forte iusta cā non videtur sed poti⁹ ip̄m sub fideiussoribus relaxare possit hoc facere q2 non q̄cq̄d iudicij ꝛc. ff. de iudi. nō q̄cq̄d qđ probo forti rōne. Nam pp̄ter qđ vnumquodꝙ ꝛ illud magis. C. de sacrosan. eccle. auť. multo magis. Constat aūt ꝙ talis detentio p̄sonalis fit pp̄ter penā sanguinis forte imponenda ne sñia fit elusoria. facit qđ no. in. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. q2 propter istam cām nō admittitur procurator ad plenam defensionē in cā criminali p̄dicta. Sed constat ꝙ oīs pena criminalis: etiā corporalis ꝛ a iure determinata relinquitur iudi. arbitrio: vt possit eam augere ꝛ minuere ex iusta cā. ꝛ causa cognita. ff. de penis. l. hodie. de infa. l. q̄d ergo. §. pena grauior. C. e. ꝛ si seuerior. vbi Bal. notabiliter dicit hoc esse verum etiam in penis statutarijs. quia statuta nō sunt intelligenda iudaice ꝛ f'm corticem sed f'm rationem: vt inquit Bal. in. l. quicunꝙ. C. de serui. fugi. in. v. colum. ꝛ in. d. l. ꝛ si seuerior. ꝛ f'm ius commune ꝛ eius determinationem. no. glo. in l. fi. §. in computatione. in fi. magne glo. C. de iure delibe. facit. l. nam ꝛ posteriores. ff. de legi. Si ergo pena propter quam fit detentio personalis est in iudi. arbitrio vt corporalem ex iusta causa possit ad pecuniariā deducere: quanto fortius ipsa p̄sonalis detentio que propter illam fit. Item suadet equitas naturalis. pone enim quidam non magne conditionis accusat aliquem probūr famosum virum quē forte hʒ odio de aliquo cri-

mine ingerēte penā sanguinis vt faciat ipsum in carcerē dedu-
ci ⁊ vituperari inter bonos ⁊ graues potius ꝙ̄ pro bono reipu
bli. Et iudex de hoc perpēdit: nōne dꝫ exuberare officiū eiꝰ nō
obstāte quacūq; lege statuto vl' cōsuetudine si contingat ipsum
absolui remaneat saltim infamis de facto: que infamia facti nō
leues ꝓducit effectus. l. nulla cū ibi no. C. de infami. quis ergo
ipsum iuste posset reprehēdere si ꝑsonaliter nō detinuit: lꝫ sta-
tutum dicat cōtrariuꝫ. si verecūdaliter ex iuxta cā ipsum detine
ret: certe naturalis discretio ipsum excusaret. l. scire oportet. §.
sufficit. ff. de excusa. tuto. sic ergo in proposito dico. Nam non
paruum preiudicium infertur vni notario si personaliter deti-
neatur pro falsario: semper enim potest sibi improperari ⁊ offi-
cio suo denegaꝛ̄ de quo habet viuere. ⁊ etiā si cōtingat ipsuꝫ ab-
solui ab accusatione qꝺ̄ ꝑiudiciū tolli sibi nō poterit: ideo cau-
tius est agendū cum eo. l. j. §. ij. ff. ad carbo. maxime si cognoscit
iudex qꝺ̄ ex odij fomite ⁊ ab inimico eius porrecta fuerit accu-
satio. Et sic nō ex bona fide. arg. l. diuus. ff. de custo. reo.

3 ¶ Consulo tamen quod faciat in actis apparere qualiter ex
tali ⁊ tali iusta causa que animū suum mouerunt pronūciat nō
esse illum personaliter detinendum: sed sub fideiussoribus di-
mittendum sicut cū penam ex causa minuit vel auget vt nota. in
dicto. §. pena grauior. Et idem dico si queritur an ex predictis
gestis in causa ciuili resultent indicia sufficientia ponendi eum
ad torturam. Nam ⁊ illa iudicis arbitrio relinquuntur: vt ex-
presse notat Barto. in. l. penulti. circa fi. ff. de questio. per. l. iij.
§. tu magis. ff. de testibus. Et vnum indicium tollit aliud. ff. de
proba. cum de indebito. ⁊ ibi nota. Laus deo.

¶ Casus ex quo dubia collecta ⁊ data sunt est talis.

¶ Quidā Ugolinus implorauit ⁊ petijt a dn̄is Preposito ⁊ Ca
nonicis maioris ecclesie cathedralis Ariminensis nomine ⁊ vi
ce cuiusdam Gasparis licentiam qua ipse Gaspar possit ⁊ va-
leat vendere sibi Ugolino certā domū emphyteoticā capl'i ip-
sorum canonicoꝝ ⁊ ꝑpositi. Et ipse Ugolinus valeat emere ab
ipso Gaspare. Quidā ꝑpositi ⁊ canonici annuentes petitioni
ipsius dn̄i Ugolini eandē licentiā. scꝫ dicto Gaspari lꝫ absen-
ti dictā domū vendēdi ⁊ sibi Ugolino illā emēdi sponte ⁊ libe-
re ⁊ benigne dederunt ⁊ cōcesserunt. Et hoc in casu quo dictus
Gaspar obtineret victoriā cause quā habet cum quodam. B.
de dicta domo. Et in casu quo dictus Gaspar nō obtineret in
dicta causa tūc voluerūt dicti dn̄s ꝑpositus ⁊ canonici talē licē
tiam nullius esse valoris roboris vel momenti ⁊ qꝺ̄ omnis con
tractus de ea fiendus sit ipso iure nullus. ¶ Contingit qꝺ̄ tali
licentia prestita ꝙ Gaspar dicto dn̄o Ugolino vendidit dictā
domū ⁊ ante reportatā victoriā post hec decedit Gaspar super
stite quodā suo filio: deinde decessit filius superstitibꝰ quibus-
dam Thomasio ⁊ Alexandro dicto pupillo Gasparis filio pu
pillariter substitutis. Nunc in prosecutione processus facta ꝑ
heredes predictos in dicta causa que inter dictū Gasparem et
Barto. vertebaꝛ̄ fiunt ⁊ occurrūt infrascripta dubia ⁊ ꝑ̄suppo
nitur ꝙ viuente Gaspare vna sententia fuit lata pro eo a qua
pars aduersa appellauit ⁊ adhuc pendet appellatio.

¶ Primum ꝙ dicta licentia vendendi et emendi non potuit sub
conditione prestari sicut nec autoritas quasi ipsa licentia illis
regulis reguletur quibus autoritas.

¶ Secundum quod dicta licentia videtur fuisse conditionalis ⁊
sic videtur concessa post impletam conditionem ⁊ non ante vn-
de videtur quod venditio ante facta non valuerit.

¶ Tertium qꝺ̄ illa conditio nō potest impleri per heredes quasi
ius illam implendi non transeat ad eos: quoniam ius emphy-
teoticum quod residebat in personam Gasparis per mortem
eius fuit extinctum nec illud transmittere potuit ad hos here-
des cum sint extranei.

1 ☞ An consensus domini in re emphyteotica vendenda pos
sit sub conditione prestari ⁊ quid differat ab autoritate.

2 Utrum dominus consentiendo alienationi facte per emphy-
teotam in quo debebat ius finiri valeat alteri inuestire nō ob-
stante consensu.

3 Et quid si consensus fuit sub conditione si venditor vinceret
in vna causa vtrum eo mortuo possit emptor ostendere de iure
venditoris.

¶ Consilium. cccxxix.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Circa primum notandū qꝺ̄ qn̄ emphyteota
vult suā ēphyteosiꝫ vēdere lex dicit debere inter-
uenire volūtatē ⁊ cōsensuꝫ dn̄i. C. de iur. emphy. l.
fi. cir. prin. de quoꝝ natura est regulariter vt possint qn̄cūq; in-
teruenire tam ante actū ꝙ̄ in ipso actu ꝙ̄ etiā post actū incōti-
nenti vel ex interuallo interuenire. ꝫm ea que nota. per docto. in
l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. here. ⁊ in. l. fi. C. ad ma
cedo. facit. l. j. in fi. C. qui admit. ad bo. pos. si q̇d in frau. patro.
l. ij. in fi. vbi voluntas patris ⁊ patroni que requiriꝛ̄ in actu ge
sto per filiū vel libertū pōt interuenire ex postfacto licentia vo
de sui natura dꝫ actū precedere ꝫm no. per Bar. in. d. §. iussum.
⁊ Bal. in. d. l. j. in pe. col. C. qui admit. ad bon̄. pos. possunt ⁊ qꝺ̄
not. Inn. in. c. dudū. de reb. eccle. nō alie. lib. vj. per Jo. an. in. c.
qui talē. de reg. iur. in mer. Nō ergo talis cōsensus habet vim
autoritatis cū illa nō possit interuenire ante actū vel post lꝫ dꝫ
interuenire in ipso actu. l. obligari. §. tutor. ff. de auto. tuto. Et
sic nō sequiꝛ̄ autoritas nō pōt interponi conditionaliter de au
toritate tutoꝝ. l. ⁊ si cōditionalis: ergo nec cōsensus cū habeāt
diuersam naturā. l. fi. ff. de calū. de mino. l. papi. exuli. ad carbo.
l. de bonis. in prin. cū simil. Et hoc qn̄ cōsensus alterius requi
ritur in actu ne illi fiat ꝑiudiciū ignorāti vel inuito. ff. de aqua
plu. arcen. l. in cōcedendo. cū. l. seq. sicut est in casu nostro: qꝛ do-
minus dꝫ ꝑ̄ferri extraneo si ipse vult emere: vt in. d. l. fi. C. de iu
re emphy. ⁊ sic cōsensus nō est de forma vel solēnitate actus: lꝫ
de substātia: ne possit ille reuocare ratione ꝑiudicij sibi illati. l.
nō debet alteri. de reg. iur. Qn̄ vo nō requiriꝛ̄ cōsensus alteriꝰ
rōne ꝑiudicij qꝺ̄ sibi inferri possit ex actu alterius: sed potius
ne fiat preiudiciū illi qui actū gerit: vt si statutū diceret ꝙ filius
famil. nō possit se obligare vel agere sine cōsensu patris: vl' mu-
lier sine cōsensu viri vel cōsanguineoꝝ: tūc talis cōsensus req̇ri
tur pro forma ⁊ solēnitate actꝰ: ⁊ esset autorizabilis: ideo esset
idē in eo qꝺ̄ in autoritate vt in ipso actu nō ante vel post debe-
ret interuenire: vt no. in. l. fi. §. necessitatē. C. de bo. que libe. ⁊ ex
presse per Bal. in. d. l. j. C. qui admit. ad bo. pos. possunt in pe.
col. ⁊ tūc posset dici qꝺ̄ nō deberet cōditionaliter interponi sed
pure sicut autoritas: lꝫ nos nō sumus in casu isto sed in primo:
qꝛ cōsensus dn̄i nō requiriꝛ̄ ne fiat ꝑiudiciū emphy. sed ne fiat
ipsi dn̄o: ⁊ sic similitudo de autoritate nō est bona. Remanemꝰ
ergo in regula qꝺ̄ possit petere ꝑ̄stari nō solū pure sed etiā con
ditionaliter: qꝛ nō est de illis actibus legitimis qui enumeran
tur in. l. actus. de reg. iur. in quibus solis procedit quod ibi di-
citur qꝺ̄ nō recipiunt diem vel conditionē ꝫm glo. ibi ⁊ omnes
doctores. Et hec de primo dubio clare dicta sufficiant.

2 ¶ Quantū ad scꝺ̄ꝫ volo fateri sine ꝑiudicio veritatis: qꝺ̄ ista
licētia vel cōsensus canonicoꝝ fuerit conditionalis: ⁊ qꝺ̄ ante
cōditiōis euentū nō poterat dici dictū emphi. habere licētiam
vel cōsensum. l. cedere diē. ff. de ver. sig. Sed dum subdiꝛ̄ ergo
dicta vēditio fuit nulla tanꝙ̄ facta ꝯ legis ꝓhibitioneꝫ. d. l. fi.
post princip. ibi: minime licere ⁊c. iūcta. l. nō dubiū. C. de legi. di
co istud nō esse verū: procederet eīm si nullo modo fuisset adhibi
tus vl' adhibita: ⁊ sic nō spereꝛ̄ recōualescere ex cā q̄ retro fin
geret. l. qꝺ̄ ab initio. de reg. iur. ⁊ qꝺ̄ no. in. d. §. necessitate. Sed
in casu nostro fuit adhibita: lꝫ cōditionaliter: ⁊ sic cōditio exta
bit fingeꝛ̄ retro pure fuisse adhibitus qꝛ erat cōditio causalis.
l. potior. ⁊. l. q̄ balneū. ff. qui potio. in pig. hab. Est ergo in pēdē
ti. l. j. §. si pēdeat. ff. ad macedo. ⁊ futurus declarabit euētus an
valeat vel nō: qꝛ si cōditio extabit fingeꝛ̄ retro valuisse: si nō ex-
tabit fingeꝛ̄ nunꝙ̄ valuisse: prout in simil. diciꝛ̄ in. l. sed ⁊ si quis
stipuleꝛ̄. ff. de vsufru. in. §. j. de iur. fis. l. iij. §. qn̄ aūt ad silleya. si
exheredatus. interim autem nō potest dici vel allegari nullitas
cum speretur existere conditio propter quam excludetur ab al-
legatione nullitatis qui vellet eam allegare: sed dubia exclusio
nis causa vim habet exclusionis presentis ⁊ perpetue. ff. de con
ditio. indebi. l. sufficit. ⁊ quod plene per Bartol. in fine sui cō-
menti. in. l. iul. eo. titu. Et si dicatur conditio predicta nō potest
amodo existere: quia postꝙ̄ ille Gaspar venditor mortuus est
sine descendentibus omne ius suum qꝺ̄ in illa re pretendebat
fuit extinctum ne dicamus quod fuerit melioris conditionis
in casu dubio. scꝫ lite sibi mota ꝙ̄ fuerit in casu certo. scꝫ lite nō
mota: vt. l. iulia. ⁊ ibi no. in princip. ff. de cōdi. indebi. Et si per-
emptum est ius suum ergo ⁊ instantia fundata super eodem. l. si
constante. §. fi. ff. solu. matri. Respondeꝛ̄ ꝙ immo nō est extin-
cta: qꝛ dictꝰ emptor fuit subrogatꝰ in locū dicti Gasparis: in ca
su quo dictus Gaspar ius haberet ex quo posset vincere ꝓpter
quod dico dictum emptorem pro suo interesse posse litem pro-
sequi non obstante peremptione instantie quo ad Gasparem:
⁊ ostendere illum Gasparem ius habuisse ⁊ potuisse obtinere
si vixisset ⁊ facere illud declarare. per. l. vtiq;. ff. de rei vē. Et qꝺ̄
not. Inno. per illā. l. per. c. fi. in fi. de iuramē. calum. Et est tex. in
simil. qui probat in. c. finali circa fi. vt lit. pen. lib. vj. in clemē. j.
eodem titulo. versiculo si vero alter. per que patet non obstare
quod in contrarium allegatur. scilicet conditionis implemen-
tum non transire ad heredem vel alium successorem: quia ve-
rum est quando non est fundatus in iure quod ad illos trans-
mittatur: alias secus quia tunc transit in consequentiaꝫ illius:
prout

prout est casus.ff.de statu libe.l.seruus si heredi.in principio.⁊ not.per docto.in.l.si decem cum petiero.ff.de verbo.obligatio. C.de ꝯditio.inser.l.si plures. Sed in casu nr̄o fundabat̄ in iure quod habebat ille Gaspar emphyteota qui vendidit: in qd̄ ius fuit subrogatus de volūtate domini directi.emptor iste igitur ad ipsum emptorem trāsiuit ius implēdi conditionē vt possit pro suo interesse ⁊ vt ostendat se ius habere litem prosequi: ⁊ illum Gasparem ius habuisse ex quo potuisset vincere si vixisset ⁊ facere sic declarari pro suo interesse.per.d.c.fin.in fi. vt lit.pen.lib.vj.⁊ per dictam clemen.j.ver.ꝙ si alter.eo.titu.lꝫ dicta subrogatio sit alterius nature vt dicam in sequenti dubio. Sed hoc non est extraneuꝫ a predictis:vt patet in.l.iteꝫ illa.§. qd̄ addicit̄.ff.de cōsti.pecu.⁊ patet in subrogatiōe que fit in beneficio ecclesiastico per dicta capitula ⁊ per ꝓdicta patet fore responsum ad tertiū dubiū in prima parte sui. ¶ Sed in scd̄a parte sui dum dicit̄ ꝙ per mortem dicti Gasparis sine liberis fuit finitū ⁊ extinctū ius suum:⁊ per cōsequēs ius istius emptoris ne melioris cōditionis sit emptor q̄ꝫ venditor.l.fi.§.j. in fi. ff.ad velle. Et qꝛ resoluto iure datoris resoluit̄ ius acceptoris. l.lex vectigali.ff.de pigno. Respōdet̄ ꝙ hoc nō posset procedere si emptor habuisset cām a solo vēditore sine cōsensu dn̄i vt si nō vēdidisset feudū sed cōmoditatē eius vel feudū alteri locasset vel nō alienasset ex toto:sed dedisset ad liuelluꝫ qd̄ olim facere poterat:tunc enim cum ius feudi remansisset penes ipsum emphytheotā finiret̄ ex persona eius:nō ex ꝑsona scd̄i recipiētis.ff.de pericu.⁊ commo.rei ven.l.necessario.§.fi.loca. si quis domū.§.hinc subiungi.⁊ in vsibus feudoꝝ.de aliena.feu .§. ⁊ si clientulus.verū qꝛ vendidit ex toto dictam rem cum consensu dictorum canonicorum qui sunt domini directi:firma debet remanere vēditio:nec debet extingui morte Gasparis vēditoris. per eundē.§.⁊ si clientulus.sed ipsius emptoris:qꝛ in eius persona est emphytheosis noua.l.stipulatio ista.§.si quis ita.de verborū obligatio.coherēs ꝑsone sue que tamen habuit a veteri q̄ erat in persona Gasparis que fuit cā generatiōis istius noue: ⁊ sicut extincto patre vel matre nō extinguit̄ filius:ita nec ista noua extincta veteri productiua eius:⁊ hoc videmus in simil.in casu.l.item illa.ff.de constitu.pecu.in.§.quod addicitur. ⁊ in.l. si vsufru.in fi.ff.de noua.⁊ solu.matri.l.vsufructu.post medium ibi:vel si se accōmodauerit dominus proprietatis ⁊c. Ex quibus patet ꝙ si vsufructuarius cōsentiente proprietario transfert vsumfructum in alterum totaliter a se abdicando qd̄ nouꝰ vsufruc.causatur in personam illius in quem fit translatio qui finietur morte illius nō morte primi fructuarij qꝛ ius illius cū esset personale fuit finitū:vt institu.de vsufruc.§.finitur.⁊ causauit nouum in personaꝫ secundi:qui secundus potius dicitur habere a proprietario q̄ꝫ a primo fructuario:tamen etiam ab illa videtur habere eo qꝛ renunciatio illius fuit causa qd̄ iste secundus haberet. Succedit ergo iste nouus loco veteris cū alia tamen vita ⁊ qualitate:vt in dicto.§.qd̄ addicit̄. Patet etiaꝫ si aliquis renūciaret beneficio ecclesiastico vt alteri cōferat̄. Nā amodo non vacabit per mortem primi renunciantis sed secundi recipiētis. Et si dicatur istud esset verum si fuisset facta renouatio in personam istius emptoris:prout determinat Bald.in auť.si quas ruinas.C.de sacrosan.eccle.in ver.tertio fit renouatio quia expedit ⁊c. Sed hic non fuit facta renouatio in euꝫ: immo vt audio canonici predicti tanq̄ꝫ ad eos reuersam propter finitam generationem Gasparis cuidam alteri contulerunt. respondetur quod conferre non potuerunt:sed tenebantur renouationem facere in personam istius emptoris postq̄ꝫ consenserunt quod ei venderetur si Gaspar viueret ⁊ obtineret. C. de iure emphyteotico.l.finali.§.necessitatem.quod si faceret procederet quod dixi:quia non potuissent postea per mortem Gasparis aliū inuestire ⁊ auferre dicto emptori:vt in titulo de cleri. qui inuestitu. fece. §. primo ibi : si quidem pure non valet ⁊c. Mors autem dicti Gasparis nō debet nocere dicto emptori quominus adueniente tempore vel conditione:quia per sententiam apparet illum Gasparem ius habuisse ex quo vincere potuisset si vixisset:debeat dictum emptorem inuestire ⁊ ipsum renouare:vt in.c.j.qui succe.tene.⁊.c. j. hic potest esse titulus ⁊c. quia et pro facta habetur dicta renouatio. Ex quo illi parato eam recipere tenebatur eam facere.argu.l.ij.ff.de euictio. Posset quis dicere quod immo non habetur pro facta. Nam venditor tenetur et cogi potest ad tradendum.l.j. in principio . ff . de actio.emp.⁊ tamen traditio non habetur pro facta nisi fiat:nec prius emptor habet dominium vel ius in re.l.si ager . ff . de rei vendi. Et si venditor alteri postea venderet ⁊ traderet transferret in ipsum dn̄ium ⁊ preferrent̄ primo emptori.C. de rei ven.l. quotiēs. Sic videt̄ in ꝓposito ꝙ cū canonici prius inuestierūt alium post mortē illius Gasparis q̄ꝫ emptoreꝫ qd̄ ille preferat̄ emptori qui ante inuestiturā nō habebat ius in re:vt in vsi.feu. quibus modis feu.cōsti.pōt.c.j.arguendo de feudo ad emphiteosim:que argumētatio videt̄ bona vbi nō reperit̄ ꝯtriū. Nam per solā venditionē ⁊ traditionē Gasparis:nō potuit emptori acquiri ius in re:qꝛ ius Gasparis nō erat transiturū in emptorem sed morte eius finiturū.in insti.de vsufru.§.finitur.⁊ aliud nouū interuēturū per inuestiturā fiendā a dn̄is canonicis quā nō fecerant:lꝫ licētiā vēdendi dederint. Sed respōdet̄ ꝙ si de voluntate dictorū canonicorū vēdidit ⁊ tradidit:⁊ ipse emptor de ipsorū voluntate possessionem apprehendit: ius in re fuit ei quesitum sine alia inuestitura:vt in.c.j.de cōsuetu.recti feu.⁊.l. quedaꝫ mulier.ff.de rei ven.qd̄ auferre nō potuerūt aliū postea inuestiendo.l.qd̄ nostrū.ff.de reg.iur. Renouatio ergo que restat fienda potius expedit canonicis vt emptorem habeant obligatum ad pensionem quā emptor pro acquisitione iuris realis.arg.l.omnes.§.fi.ff.vsuffruc. quēadmo.cauea.in fi. vbi patet qd̄ nō est eis obligatus nisi se de nouo obligēt.⁊ ꝑ Bald.in dicta auť.si quas ruinas † Et si dicat̄ quomodo pōt dici qd̄ emptor fuerit nactus possessionē de volūtate canonicorū si nos dicimus ꝙ eoꝝ licētia fuerit cōditionalis si Gaspar obtineret in litigio qd̄ habebat super illa re:cū cōditio nōduꝫ extiterit vt dixi supꝛ scd̄o arti. Rn̄det̄ qd̄ canonici ꝑ appositionē illius cōditionis nō censent̄ voluisse suspēdere venditionē ⁊ traditionē fiendā ꝑ Gasparē vel adeptionē fiendā ꝑ emptorē sed effectuꝫ eius. Cū eñ ipse vellet vēdere tanq̄ꝫ verus emphyteota ⁊ tanq̄ꝫ habens ius in re ⁊ dicti canonici licētiam ei cōcedere tanq̄ꝫ vero emphyteote ⁊ habēti ius in re:qꝛ nec sibi poterant denegare nisi vellent emere pro se si verus erat emphiteota ⁊ vere haberet ius in re:licet morte eius esset finiturū ⁊ etiā emptorē inuestire:per.d.l.fi.§.necessitatē.C.de iure emphy. per quam notabiliter patet qd̄ per istum moduꝫ potest emphyteota impedire qd̄ emphyteosis per eius mortē ad dn̄m nō reuertat̄ scꝫ requirēdo dn̄ꝫ qd̄ emat vel emptorē inuestiat quod est mirandū. Si tamen nō est verus emphyteota nec habet ius in re:lꝫ pretēdat se esse vel habere non tenet̄ dn̄s licentiam concedere : nec emptorem inuestire:qꝛ per eius mortem non esset ad ipsum dominum reuersura. Cū aūt in casu nostro.d. Gaspar litigiuꝫ pateretur: ⁊ sic esset dubium an esset verus emphyteota: ⁊ an haberet ius in re vel non:⁊ sic an tenerentur licentiam dare vel non apposuerunt illam conditionē si obtinebis:⁊ sic apparebit te ius habere:⁊ nos teneri ad dandam tibi hanc licentiam:nō autē si succumbes:⁊ sic si appareat te non esse emphyteotā:⁊ nos tibi non teneri ad licentiā dandā que cōditio inerat etiā si nō fuerat expressa:sed simpliciter data sibi licentia tanq̄ꝫ vero emphyteote. Intantū qd̄ si postea cōtrarium apperet vēditio ⁊ licētia tanq̄ꝫ per errorē facta ⁊ data reduceret̄ ad irritū:qꝛ deficeret in cā finali.ar.l.nec apud.⁊.l.si pater.ff.ꝺ here.insti.de fideicō.eā quā. ⁊ per cōsequēs exꝑssio dicte cōditionis que tacite inerat ⁊ per eundē modū ⁊ effectum quē inerat fuit expressa nihil operatur. C.de fideius.l.nō recte.ff.de lega.j.l.iij. Sed si nō fuisset expressa sed simpliciter cōcessa licētia cēserent̄ voluisse canonici qd̄ vēditio posset de presenti fieri:⁊ etiā traditio ⁊ possessionis adeptio. Et qd̄ omnia ista tunc sortirent̄ effectū qn̄ apparebit ip̄m esse taleꝫ qualē se facit.scꝫ verū emphyteotā qd̄ erit cū in litigio obtinebit ipse vel post eius mortē dictus emptor litē ꝓsequēs pro suo interesse .si vero succūbet habebunt̄ pro nō factis:quia tunc apparebit qd̄ canonici nō tenebant̄ licentiā vēdendi dare nec dare voluerunt in alterius ius habētis preiudiciū. Fuit ergo suspensus effectus istius venditionis non actus.idest venditio ⁊ traditio vel possessionis adeptio:⁊ sic dictus emptor de voluntate dictorum canonicorum possessionem apprehendere potuit:⁊ si in litigio predicto obtinebit ⁊ faciet declarari Gasparem ius habuisse et ꝑ consequens vendere sibi potuisse et canonicos fuisse astrictos et necessitatos ad dandum licentiam apparebit se ius acquisiuisse in re a tempore venditionis ⁊ traditionis facte de voluntate canonicorum:et sic eos alium inuestire nō potuisse. Et in istis stat verus ⁊ clarus intellectus istiꝰ subtilis et difficilis puncti ⁊ consultationis per que remanent omnia dubia funditus eneruata. Laus deo.

1 ☞ Utrum vene ex quibus cotes effodiuntur dicantur esse eorum quorum est superficies prediorum sub quibus sunt cuniculi dictarum venarum.

¶ Consilium.cccxxx.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Libellus istorū agentiū fundatur in dn̄io ⁊ ꝓprietate:qd̄ ⁊ quā asserūt se habere in supꝛficiebꝰ petiarum terre subtus quas sunt iste vene rōne cuius dicūt nō licere conuentis fodere ⁊ cauere cotes in dictis venis tanq̄ꝫ ad eos spectantibus sine ipsoꝝ licentia ⁊ volūtate cuꝫ nullam seruitutem eis debeat.C.de serui.⁊ aqua.l.per agrū.ff.de dona.l.q̄

¶Sunt elapsi anni.xiij.ꝙ quidaȝ ser Petrus de mello cōitatis zumellarū ꝛ diocesis Cenetensis sanus corpore ꝛ mente donauit sua bona immobilia ecclesie sancte Marie de mello cū conditionibus in.d.donatione annexis.Qua donatione sic vt premittitur celebrata immediate condidit testm̄ in quo plura reliquit legata:ꝛ inter cetera reliquit Bartholomee ꝛ Catherine neptibus suis ex filia eius premortua lib ccc.pro qualibet iure institutionis mādans ipsas fore tacitas ꝛ contentas:iubēs non posse detrahere falcidiam seu trebel.de legatis.In suis ceteris bonis immobilibus pauperes christi heredes vniuersales instituit:que omnia suprascripta lati⁹ ꝛ plenius videre poteritis in dictis donationibus ꝛ testamento:quo testamēto facto vixit dictus testator per.xij.annos semper in sua opiñ.dicti testamenti perseuerans,adeo intantum quod sunt.xv. menses quod mortuus est dictus ser Petrus.Ipso vero mortuo missi sunt commissarij ecclesie sancte Marie de mello in tenutam dictorum bonorum ecclesie predicte per eundem ser Petrum donatorum nomine pauperum christi.Missa est dn̄a Pascha eius vxor in tenutam sui legati prout habetur in testamento. Nunc vero domina Catherina filia quondā dn̄e Magdalene filie quondam ser Petri de mello ꝛ vxori dn̄e Catherine ei⁹ nepti in testō li.ccc.reliquit:petit in conclusione ꝙ dicta donatio ꝛ dictum testm̄ mittatur consilio sapientis ꝛ iurisperiti:qui videat quid ꝛ quantum spectet ꝛ pertineat ipsi dn̄e Catherine: ꝛ quid ꝛ quantum spectet pauperibus xp̄i:ꝛ quid ꝛ quantū spectet ꝛ pertineat dn̄e Pasche.Et ex aduerso cōparent dicti cōmissarij siue eoꝝ procur.ꝛ dicit ꝙ debeant dare petitionē ī scriptis ꝛ in ea specificare quid petunt cū sciant bene ad ipam dominam Catherinam ex dicto testō aliq̄d spectare qd offerunt se daturos.Et protestati fuerunt de expensis:super qua protestatione fiat argumentum ꝙ in ipsis venit ipsa condēnāda cuȝ non clarificet quid petat sed confuse:ꝛ ideo vtile est ꝙ confiderato ꝙ sunt parati dare sibi illud qd ex testō sibi deueniat.Existentibus ambabus partibus ad dandum suspectos ꝛ cōfidētes ꝛ ad producendum allegationes que debent in sacco includi:ꝛ vni partibus ignorantibus doctori ꝛ iurisperito de numero confidentium mittant cū dicta donatione ꝛ testō qui deliberet fm allegata.Itaqꝫ oībus visis ꝛ consideratis per vos fiāt argumenta ꝛ allegationes pro dictis cōmissarijs:ꝛ testamento ꝙ non dȝ dicta dn̄a Cathe.habere nisi.ccc.lib.in testamento relictas considerata illa clausula iubens ipsas fore contentas ꝛ tacitas ꝛ nō posse detrahere falci.seu trebel.de leg.Et si debet habere vsqꝫ ad legitimam vigore consilij dn̄i Pauli de dotis ꝙ vltra non habeat:ꝛ superinde fiant per excellentiam vestraȝ allegationes debite ꝛ competentes pro dictis commissa. nomine ecclesie predicte in fauorem testamenti.Et in breui fiant argumenta ad manutenendum ꝛ corroborandum testamentū cuȝ donatione ꝛ manutenendum iura ecclesie predicte ꝛ pauperum christi quibus semper debet subueniri.

☞Filia vel neptis iussa esse tacita ꝛ contenta de legato sibi facto:potest tn̄ agere ad supplementum legitime.

¶Consilium.cccliiij.

In christi nomine amē.

¶†Dicta Catherina dȝ habere legitimā suā que est tertia pars eius qd ipsam tangeret ab intestato si auus non fecisset testm̄.C.de inoffi. test.auten.nouissima.cū em̄ esset de descendentibus ꝑ lineam femineam debebatur sibi legitima sicut si ꝑ masculinaȝ postꝙ̄ a matre sua non precedebatur tempore mortis aui materni:qd ꝓtȝ qꝛ eius preteritio redderet hodie testamētum nullum si facta esset sine cā vel subijceret ipsum querele si cum cā.iuxta no.in auten.de here.ꝛ fal.§.exheredatos.qd non esset si legitima non deberetur nec per dictam donationem potuit dicta legitima tolli vel minui.Sed ita debetur de bonis donatis sicut de non donatis.C.de inof.test.auten.vn̄ si parēs de inof.dona.ꝑ totū.Et qꝛ erant due sorores ꝛ sic legitima cuiuslibet erat tertia pars dimidie ꝛ legitima vtriusqꝫ erat dimidia pars totius.l.parentibus.ꝛ.l.cū q̄ritur.C.de inof.test.si soror est ꝑmortua ꝛ ipsa sibi successit debet sibi tertia pars toti⁹ hereditatis ꝛ bonoꝝ reptoꝝ in hereditate tpe mortis ꝛ etiā dictoꝝ donatoꝝ lȝ exiuerint patrimoniū ꝑ donationē ī qua legitima seu tertia quā habere dȝ partim ex ꝑsona sua:partim ex ꝑsona sororis dȝ cōputari legatū trecētaꝝ libraꝝ factū vtriqꝫ.l. oīmodo.C.de inof.test.ꝛ in auf.vt cū de app.cogno.§.aliud q̄ȝ capitulum.ꝛ sic libre sexcente:Item ēt dos quā mater sua habuit a patre suo fm ea q̄ determinat Bart. in.l.in quartā.ff.ad l.falci.in vlt.col.Et facta estimatione oīm bonorum ꝑ̄dictoruȝ si aliquid defecit computatis predictis ad integram legitimaȝ debet fieri suppletio pro rata tam de bonis donatis ꝙ̄ de bonis legatis:quam etiā de remanentibus penes pauperes heredes institutos.C.de inofficio.testamen.l.scimus.§.repletioneȝ iuncta.l.si libertus sub cōditione.§.libertus.ff.de bonis libertorum.ꝛ quod no.Bar.in.d.l.in quartaȝ.ante fi.Cetera bona pertinent partim ad ecclesiam ex donatione partim ad pauperes ex institutione partim ad legatarios electos quos nominatim dicere non possum qꝛ ignoro.Donatio namqꝫ predicta valuit:qꝛ non fuit de omnibus bonis sed de immobilibus tantum nec de omnibus immobilibus sed de nō expressis in testō ꝛ cum reseruatione vsufructus ꝛ sic non auferebat testamenti factionem directo vel per indirectum.iuxta no.in.l.fi.C.de pa. ff.de verb.oblig.stipulatio hoc modo.per Barto.De alijs dubijs que al's occurrerunt in isto negocio nihil tango:tum quia in puncto.s̄.formato non queritur nec fit questio nisi de eo qd dȝ habere Catherina:tum qꝛ super illis consultum fuit ꝑ aliū egregie.

Laus deo.

¶Punctus super quo consilium postulatur talis est.

¶Titius habens Nicolaum filium suū legitimum naturalem ꝛ

Catherinam eius titij vxorem matrem dicti Nicolai suũ condidit testm̃ in quo inter cetera instituit heredes dictos Nicolaum ⁊ Catherinam equali portione cum hoc ꝙ dicta Catherina decedente ante dictum Nicolaum eius filium non possit relinquere partem sibi tangentem nisi Nicolao predicto filio suo. Et in casu quo ipsa non posset stare cum dicto suo filio sit heres equaliter cum dicto Nicolao dicto filio suo in vita sua tm̃ ita tñ ꝙ ipse Nicolaus teneatur partem tangentem dictaz dñam Catherinam laborare ⁊ sibi dare partez omnium frugũ ipsam tangentem. Cum hoc etiam ꝙ non possit ipse Nicolaus viuente dicta eius matre aliquid vendere de dicta hereditate sine licentia expressa dicte sue matris. Et in casu quo ipse Nicolaus ante eius mortem decederet sine filijs ⁊ legitimis heredibus: qd̃ tunc dicta Catherina habeat medietatem omnium bonorum dicti testatoris ⁊ de alia medietate detrahere possit dotem suam integram que est de libris ducentum tredecim: et contra dotem prout in eius instrumento dotis seriosius continetur. Mortuus est dictus Titius superstitibus p̄dictis Nicolao ⁊ Catherina simul cohabitantibus in dictis bonis: demum moritur Nicolaus ab intestato superstitibus sibi Joanna ⁊ Antonia filiabus suis legitimis ⁊ naturalibus ac supstite dicta domina Catherina modo dicta Catherina vult dimidiam dicte hereditatis vigore institutionis facte equaliter de ea ⁊ dicto Nicolao ⁊ de alia dimidia dicit debere detrahere dotem suam: replicatur ꝙ nullam partem habere debeat de dicta hereditate: quia maritus grauando eam ꝙ non possit relinq̃re vel disponere de sua parte nisi Nicolao predicto videtur eam potius vsufructuariaz q̃ heredem facere vt declaratur ex alia clausula quando stare non posset cum filio quo casu eam in vita tantum heredem instituit pro dimidia quod nil aliud est q̃ vsufructuariam esse dotem autem de cumulo totius hereditatis habere dz qꝛ dictus Nicolaus decessit cum filijs licet feminas tantum reliquisse dicatur: maxime cum in testamento subdat ⁊ legitimis heredibus.

¶ Modo queritur si aliqua portio dicte hereditatis spectet dicte domine Catherine vigore prime insti. An vero de dicta parte vsufructuaria.

¶ Secundo an extantibus dictis filiabus post mortem dicti Nicolai ab intestato defuncti dicatur fideicommissum euanuisse: ⁊ dictam Catherinam non posse petere dictam dotem de parte dicto Nicolao relicta simpliciter.

¶ Tertio an posito sine p̄iudicio sed non concesso ꝙ deberet habere partem dicte hereditatis pleno iure ipsam post mortẽ suã teneatur relinquere dictis filiabus Nicolai de quibus testator cogitasse videtur vel aliter disponere vt sibi libeat.

1 ☞ Si mater instituatur vna cum filio: an in sua dimidia tãtum dicatur vsufructuaria.

2 Et substitutio facta si quis sine filijs decedat expirat susceptis filiabus.

3 Et an filie posite in conditione censeantur substitute coheredi ita vt pars sua debeatur ipsis. nu. 4.

4 Arg. a contrario sensu valet tam in dispositione legali q̃ testatoris: dummodo non resultet prauus intelle.

¶ Consilium. cclv.

In christi nomine amẽ.

1 ¶ † Ad primum quesitum respondeo ꝙ dicta dña Catherina quousq; viuit est proprietaria in dimidia parte hereditatis: postq̃ in ea fuit heres instituta non vsufructuaria tm̃: ẽtsi dicta dimidia fuisset sibi relicta ad vtendum ⁊ fruendum per. l. fina. ff. de vsu earum rerum que vsu consumuntur: de auro ⁊ argen. lega. l. species. de vsufr. procul. de dona. donationes in concubinaz. §. species. ⁊ quod ibi no. in glo. que incipit per que verba.

2 ¶ † Ad secundum quesitum respondetur ꝙ Nicolaus non dr̃ decessisse sine filijs ex quo filias feminas reliq̃t: qꝛ masculinũ concipit femininum in materia indifferenti ⁊ non odiosa. de lega. iij. qui duos. de pac. tres fratres. ⁊ l. j. cum ibi plene no. ff. de verbo. signi. ⁊ probatur in. l. j. C. de condi. insertis. vbi non dicitur sine filijs decedere qui reliquit nepotem ex filia: ergo nec q̃ reliquit filiam cum nepos ex ea non veniat nisi propter eaz. argu. C. de sacrosan. eccle. auten. multomagis: deficit ergo fideic. vel onus dotis detrahende de dimidia Nicolai qd̃ fuerat relictum sub ꝯditione si Nicolaus decesserit sine filijs: postq̃ illa conditio deficit. C. ad trebel. l. iubemus. §. penul. Et sic sine dubio dicta Catherina nõ potest petere vt tota dos sua detrahatur que fuit Nicolai: sed solum dimidia pars dotis pro altera dimidia in qua ipsa fuit heres instituta actio de dote que sibi contra maritum competebat fuit per aditionem hereditatis confusa. C. de neg. gest. si ab eo. cum concor. vbi probatur etiam dictum precedens.

3 ¶ † Ad tertium quesitum quod est magis dubitabile si Nicolaus superuixisset nulli dubium ꝙ in dimidia in qua dicta dña fuit instituta censebatur substitutus post mortez dicte domine tum ex eo quod dicta domina fuit grauata non relinquere eaz alteri q̃ dicto Nicolao. Et sic apparet ꝙ voluit eam post mortem dicte domine peruenire ad Nicolaum: igit̃ ⁊c. ff. de leg. iij. fideicõ. §. hec v̾ba. ⁊ §. itẽ si q̇s. in fi. de leg. ij. cum proponeret. C. de fideicom. cum virum. tum qꝛ voluit ipsam fore heredez in vita sua tantum: ⁊ sic censetur per mortem grauata de restituendo coheredi suo. ff. de leg. ij. l. peto. in prin. ⁊ l. titia. §. fina. la prima. C. de leg. l. fi. cum simi. quia vero decessit prius Nicola⁹ cũ filiabus: est dubium an filie censeantur etiam substitute in dicta dimidia domine Catherine si extabũt tempore mortis ei⁹. Et videtur ꝙ non qꝛ filij Nicolai fuerunt appositi in cõditiõe s. si Nicolaus decesserit sine eis: ergo si cum eis non censentur substituti. per gl. que cõiter tenetur q̃ est in. l. lucius. la scd̃a. ff. de hered. insti. qꝛ que sunt in conditione non sunt in dispositione. l. si quis sub condi. ff. si quis om. cã testa.

¶ Contrarium tñ videtur verius: qꝛ testator voluit dictam dimidiam fore dicte dñe Catherine libere ⁊ expedite solum eo casu quo Nicolaus decederet sine filijs: ergo a contrario sensu si decesserit sine filijs voluit dictam Catherinam dictam dimidiaz

4 habere libere vt sic de ipsa possit libere disponere: † qd̃ argumentum a contrario sensu validum est in iure tam in dispõne legali q̃ testatoris si ex eo nõ resultet absonus intellect⁹: iuxta ea que habentur in. l. secunda. C. de condi. inser. hoc autem importat vt dictis filijs quorum contemplatione hoc voluit censeatur rogata restituere. argu. d. l. peto. iunctis his que notan. per glo. in. l. filius. §. cum quis. ff. de lega. j. Nec ob. alleg. in cõtrarium: quia illud quando quereretur an filij Nicolai censerentur substituti patri suo Nicolao. Nos querimus an cẽseãtur substituti dicte domine coheredi Nicolai i quo subest alia ratio quam. s. dixi.

¶ Casus talis est.

¶ Titius habens triũ milliũ libraꝝ valorẽ condidit testm̃ i quo Anastasie eius nepti ex filia. x. iure institutionis reliquit ⁊ demum Bertam eius vxorem ⁊ Sempronium sibi testatori extraneum heredes instituit deinde infirmus grauissima infirmitate ⁊ decrepitus simpl'r ⁊ inter viuos donauit Berte eius vxori ⁊ Sempronio qui vt supra heredes in testõ relicti erãt domus sue hereditatis ⁊ massaritias ⁊ mobilia in ea existentia q̃ sunt valoris. lib. 800. bene quo ad ꝓprietatẽ reseruato sibi vsufructu postq̃ donationem predictam fecit per sex dies mortu⁹ est superstitibus dictis heredibus ⁊ donatarijs ⁊ prefata eius neptis pupilla.

¶ Queritur modo.

¶ Primo an dicta eius testatoris neptis habere debeat legitimam bonorum dicti testatoris ⁊ que possidebat ante dictã donationem. An vero eorum solum que possidebat tempore mortis ⁊ per consequens an ante omnia dicti heredes ⁊ donatarij possint detrahere dictam donationem de residuo autẽ dare dicte nepti suam legitimam.

¶ Secundo si de donatione facta dicte ei⁹ vxori saltim dicta ei⁹ neptis debet habere legitimam in casu quo non deberet etiam habere de parte donatiõis facte dicto Sempronio. Si ista donatio que valet. 800. lib. non detrahetur legitima istius neptis esset mille lib. bonorum valentium tria millia. Si vero deducẽda est vt es alienum in bonis remanent duo millia ducente lib. de quibus legitima esset septingente. xxxiij. ⁊ vna tertia. Cum ergo ista donatio facta sit ab illo qui sperabat cito se moritur videtur facta animo fraudandi ⁊ minuendi legitimam isti⁹ neptis: ⁊ per consequens non videtur valere vel saltim quaten⁹ per eam minuitur ius ⁊ legitima istius neptis. arg. l. post ꝯtractum. cum ibi nota.

1 ☞ Parens qui certum quid iure institutionis reliquit nepti instituta vxore ⁊ extraneo in reliquis si ex eisdem heredib⁹ donet inter viuos quedam bona non propterea diminuere potest legitimam neptis sue.

Donatio qñ dicatur inofficiosa.

¶ Consilium. cclvj.

In christi nomine amen.

¶ Dubitatio que fit contra istam neptem procederet si residuum bonorum deductis bonis donatis remansisset penes ipsam neptez quia alios nõ instituisset. tunc enim si duas partes eorum donasset reseruata tertia que ad legitimam sufficeret: et illa tertia peruenisset ad neptem ex testamento sine onere vel ab intestato non posset

possit donationē impugnare q: non esset fraudata sua legitima: ⁊ sic donatio non esset inofficiosa cum inofficiosa non dicatur nisi qñ legitima fraudanť filij. Sed in casu nostro dictū residuum bonoꝝ non ꝑuenit ad neptē sed ad institutos ⁊ sic si donatio non diceretur inofficiosa nō posset petere supplemētū nisi de alijs bonis non donatis cū si donatio facta non fuisset posset petere supplementum de oībus: ideo dr̄ ⁊ redditur ꝑ hoc inofficiosa sicut qñ pater donaret duas ptes bonoꝝ reseruata tertia ꝑ legitima filij. Nā donatio non esset inofficiosa si i illa tertia filium institueret ⁊ ipsum non grauaret sed si ipsum grauat sic si propter grauamen illa tertia minuitur: incipit esse inofficiosa ex postfacto ⁊ propter hoc grauamen reijcitur ꝑut determinat glo. ⁊ doc. C. de inoffi. dona. l. j. in. vj. q. Nec est cōueniēs dicere ꝙ donatio q̄ a principio non fuit inofficiosa efficiatur ex postfacto. vt ibi no. glo. in ver. item etiā vltima relicta ⁊c. per. l. penales. §. annua. ⁊. l. in quantitate. §. sed ⁊ si legata. ⁊. l. plauti⁹ ff. ad. l. fal. Sic in ꝑposito donatio nō fuit inofficiosa viuente testatore: q: superant cetera bona nō donata valētia plusꝙ deberetur huic nepti ꝑ legitima. Sed effecta fuit ex postfacto scꝫ eo mortuo cū eodē testō in quo alios extraneos istituerat ⁊ nō neptem sicut si post donationē illos eosdē donatarios instituisset non neptem vel etiā neptē: ⁊ eam intantū grauasset ꝙ nō remaneret integra legitima. i. tertia oīm bonoꝝ etiā donatorū ꝑ ibi no. qualitercūqꝫ eñ fraudetur quis legitima per donationem dr̄ inofficiosa. C. de inof. test. auten. vnde si parens. ⁊ in corpore vnde sumitur: hic aūt fraudata fuit ista neptis non solū re ꝑ iā dicta sed etiam cōsilio. Eo q: cū predictos extraneos heredes instituisset vniuersales ⁊ esset ꝑpe mortem: q: cū esset senex ⁊ infirmus vt apparuit q: in paucos dies mortuus est: nō expediebat ꝙ illis eisdem institutis bona predicta donaret si pure intendebat ⁊ volebat dūtaxat sua bona ad illos ꝑuenire: quatenus iuris rō patiebatur ⁊ necessarium erat si fraudare volebat sufficiebat eñ sola institutio ad hoc quam non timetur debere reuocare rōne predicta q: prope mortem erat: vnde dictam donationem non pōt credi fecisse: nisi q: cōsilium fraudis cōceperat ꝯtra neptem quā sciebat vel stare poterat posse petere supplementum de oībus bonis repertis in hereditate tpe sue mortis si in sola inst. permansisset. vt. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. vnde cogitauit alienare dicta bona ꝑ donationem inter viuos: vt sic non reperiretur in hereditate sua tēpore sue mortis: ⁊ sic tanto minus sibi suppleretur: alia eñ rō esse nō potuit. vnde illa ꝑsumitur fuisse cā motiua. vt in simi. no. glo. C. de fideicō. l. ꝗuis. ante fi. glo. magne. ibi dū dicit. Nam ob quam aliam cām ⁊c. sicut in simi. dr̄ in. l. titia. §. imperator. ff. de leg. ij. de illo qui ad subuertendū q̄relam inofficiosi testamenēti fecit donationem. Suppleant ergo dicti instituti legitimaꝫ dicte neptis vt habeat tertiam integram omnium bonoꝝ etiam donatorum: perinde ac si donatio predicta facta non foret: vt dcā auten. vnde si parens. Quinimmo cum facta fuerit extraneis et fuit inofficiosa re ⁊ consilio vt dixi videretur posse in totū reuocari per. l. si libertus. in fi. ff. de iurepatro. quod tenet Bar. i. d. l. j. C. de inoffi. dona. licet Bal. aliter. quod tamen non affirmo pro nunc.

Laus deo.

Casus talis est.

Factum sic se hꝫ. Apparet quedam seriola siue aqua manu facta nomine minera que extrahitur de flumine melle quod est flumen publicum que iam longissimo tempore in cuius cōtrariuꝫ memoria non habetur lapsa est per territorium de cobiado super quo est bucha ipsius seriole: ⁊ deinde per territoriū de vrago ⁊ per certa alia territoria successiue super qua sūt multa molendina ⁊ ex ea possessiones adaquantur: que semp manutenta est per cōe de vrago ⁊ etiam molinarios ⁊ ciues quoꝝ sunt molendina terre de cobiado vt in curando bucham ipsius seriole que sepe inundatur propter ipsius melle impetum ⁊ etiam in nerezando totam seriolam ⁊ eam curando hoc tñ modo. Quia cōmune de vrago ⁊ dicti de cobiado in simul curabant ad ipaꝫ bucham: ⁊ etiam per dictam seriolam donec durabat vsus ipsorum de cobiado: abinde vero infra curabatur solum ꝑ dictos de vrago manutenendo pontes super eam dum stratas publicas transuersat ⁊c. Nunc aūt sunt anni. lx. vel circa: apparet ꝙ q̄dā Antoni⁹ fieri fecit vnā seriolam in eodem flumine melle: ⁊ infra dictam seriolam primam bene per vnum milliare: deinde apparet ꝙ certa pars aque seriole prime superabundabat ripis propter abundantiam aque in vno certo loco: ⁊ ita discurrebat per quoddam dugale in vnum certum pratum ⁊ ibi faciebat vnam lametam. Et deinde ipsa lameta sgolabat in seriola secūda ipsius Antonij: ⁊ ipsa lapsa est forte per annos. xvj. vel xx. ⁊ hoc de per se sine facto alicuius hominis. Uerum modo sunt anni. xxvj. vasum seriole prime illorum de vrago fuit ampliatum alargatum ⁊ curatum ita ꝙ aqua illa que superabundat abinde citra est lapsa per suum vasum ⁊ non in dictā lametam: nec per consequens in dictam secundam seriolam: dubitatur nunquid illi de vrago potuerint illum vasum alargare ⁊ curare ⁊ totam aquam ibi facere in illum in ꝑiudicium scōe seriole ⁊ dicti anto. siue eius filioꝝ qui remanserunt post eius mortem. Et ꝑsupposito ꝙ essent minores tempore dicte alargationis ⁊ curationis ⁊ ab inde citra.

1 Potest quis ampliare conductum suum ob superabundantem aquam colligendi etiam in preiudicium alterius ꝯductus modo nihil in alieno edificetur.

Consilium. ccclvij.

In christi nomine amē.

1 † Notandū est ꝙ dicta prima seriola ⁊ aq̄ discurrens ꝑ eam est illoꝝ de cobiado in quorum territorio hꝫ originem ⁊ caput: ⁊ ꝑ qd̄ discurrit ⁊ postꝙ ingreditur territorium de vrago est illoꝝ ⁊ sic est aqua priuata nō publica: q: per priuata territoria ⁊ loca discurrit sicut dicit glo. de rapo ⁊ melloncello. ff. de flu. l. j. §. fluminū. ⁊ ita determinat Bar. s. ꝙ sit priuata. eo. ti. l. quominus. in. xij. q. dicens ꝙ de iure cōi appellatur incile. ff. de riuis. l. j. §. incile. in aliquibus locis appellatur formula. s. loc⁹ predictus cōcauus ꝑ quem ducitur aqua de flumine publico ad predia priuatoꝝ. C. de aqueduc. l. j. vel. ij. in partib⁹ istis appellatur seriola alicubi vallum vel vallatum fm eundē Bar. q determinat ibi esse locum priuatum ⁊ ꝙ sit eoꝝ in quoꝝ territorio hꝫ originem siue caput. ptꝫ. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. j. §. hec interdicta. de aqua plu. ar. l. apud terbatiū. in prin. C. de serui. ⁊ aqua. l. aquam. cū eñ ex flumine publico non nauigabili cuilibet concedatur aquaꝫ ducere. vt. d. l. quominus efficitur occupantis. vt ptꝫ ex ibi no. per Bar. in. j. q. ⁊. l. si quis ex argen. §. si initium. ff. de eden. q: non pōt ꝑ superiorē vel inferiorē aliqd fieri ꝑ qd̄ incōmodetur vsus eius q̄ ꝑuenit ⁊ auferatur sibi vtilitas quam hꝫ ex publico vt ibi not. ⁊. l. ij. §. merito. ⁊. §. si quis a principe. ne quid in loco publi. lꝫ non sit proprie occupatio de eo ꝙ in nullius bonis est q: dicta aqua fluminis publici est publica ⁊ in dñio rei publice non aūt in bonis nullius. vt no. bar. in. d. l. quominus. in. v. ⁊. xv. q. sed est similis illi. facit. l. si pluribus. in fi. ff. de leg. j. Et ex his patet responsio ad id de quo queritur: vcꝫ ꝙ illi de vrago potuerunt in vase dicte seriole scꝫ prime facere qd̄ voluerunt tanꝙ in re sua propria ⁊ ipsum ampliare sic vt totam aquam posset continere ⁊ totam ducere. Et sit offerre incōmodum aquarum que propter superabundātiā superueniebat in secundam seriolam quia non fecerunt principaliter vt alteri nocerent: sed vt sibi prospicerent ⁊ nihil immiserunt in alienum vel in eo fecerunt: sed in proprio ⁊ nullam seruitutem debebant secunde seriole vel eius dño. C. de seruitu. ⁊ aqua. l. si tibi seruitutem. in fi. vbi casus. ff. de aqua plu. arc. l. j. §. deniqꝫ marcellus. ⁊. §. precedenti. idem aiunt ⁊c. in fi. Nec videntur iniuriam vel damnum inferere inferiori vel secunde seriole vel dominio eius ex eo quod lucrum sibi auferant. ff. que in frau. credi. l. prima. §. simili modo. quarum re. actio nō detur l. j. §. si manumisso. in fi. maxime ꝙ proueniebat ex suo. i. ex vaso prime seriole non valente totam aquam continere que seriola prima erat ipsorum vt. s̄. probaui. iuncta. l. proculus. circa fin. ff. de dam. infect. Nec ob. l. j. §. fi. ff. de riuis. in verbo dilatet vel extendat ⁊c. quia ibi in eo qui habebat riuum in solo alieno q̄ potest prohiberi a domino soli si vult ipsum riuum dilatare vl' extendere in preiudicium domini soli. Nos loquimur in illis qui habent riuum in solo proprio qui non pōssunt ab aliquo prohiberi facere in suo quicquid volunt etiam auferendo lucrū alteri proueniens ex suo dummodo non immittant in alienum vel causa nocendi non faciant sed sibi prospiciendi per iura ꝑdicta. facit. l. prima. §. sunt qui putant. in fi. ff. ne quid in flumine pub. Laus deo.

Casus talis est.

Titius ⁊ Seius fratres magno tempore omnium bonorum socij vixerunt omnia enim prospera ⁊ aduersa communicauerūt: qua societate durāte Titius filiam propriam maritauit cui de bonis cōibus. C. in dotem dedit ⁊ decessit relicto. A. ei⁹ filio ⁊ herede. Seyus vero tribus filiabus suis dotes legauit: videlicet earum cuilibet flo. cc. ⁊ decessit relicto. B. eius filio ⁊ herede. Qui. A. ⁊. B. fratres consanguinei in cōionem ⁊ societatē omnium bonorum in qua ⁊ eorum parentes fuerant perseuerauerunt magno tempore: ⁊ dicta societate durante dotes relicte per Seyum patrem ipsius. B. ⁊ alia legata per eundem facta de cōi per dictum. A. ⁊. B. soluta fuerunt. Nunc vero dicti. A. ⁊. B. cum vellent a dicta societate discedere quia de aliqui-

ADDitio

a ¶ Vestes q̄tidiane. Et q̄d de vestibus ⁊ anulis q̄ sunt i vsu quotidiano: ⁊ maxime vxoꝝ diuitum an soluto m̄ri monio repeti possint. Vide Alex. in consi. xlij. incip. in cā ⁊ lite vertente su. v. vo. H. F.

bus dubitatur vt diuisio cum concordia transiret vellent informari quid iuris circa illa: videlicet.

¶ Primo vtruz dotes ⁊ alia legata a patre ipsius. B. in testō relicta ⁊ de cōi soluta ꝑ ipsum. A. ⁊. B. intelligant̄ de cōi soluta an vero de parte tm̄ ipsius. B. cū ab eius patre relicta fuerīt. Et posito ꝙ videant̄ date de cōi ex natura societatis oīz bonorum: an si de p̄nti q̄n ad diuisionem veniunt dictus. A. hz aliq̄s filias nubiles possit illas de cōi maritare ⁊ dare tm̄ plus quantum pro sororibus dicti. B. datum fuerit.

¶ Scd̄o querit̄. Si dictus. A. ⁊. B. tp̄e diuisiōis habent vestes quotidianas ⁊ etiaz festiuas quō ad illas agendum sit. An nō sint diuidende an sint diuidende: ⁊ si sunt diuidende f̄m quam estimationem sunt diuidende: vcz. An sint appreciande q̄tum constiterunt: an vero quantum de p̄nti valent cum forte sint attrite ⁊ antique ⁊ minus valeant q̄ constiterunt.

¶ Tertio queritur. Si dictus. B. ⁊ etiam. A. obligationes aliquas ⁊ contractus durante societate fecerint qui non spectent ad communem vtilitatem an d̄niium ex illis debeat esse cōe. An vero eius tm̄ qui contraxerit: ⁊ petitur consilium ꝙ damnuz sit eius qui contraxit ⁊ non commune.

1 ☞ Filie sociorum in omnibus bonis dotate cēsent̄ de cōi: ⁊ filie nubiles tempore diuidende societatis itidem sunt dotande de communi.

2 Qualiter quotidiane ⁊ festiue vestes fratrum sint diuidende ⁊ estimande.

3 Et debita contracta per vnum ex fratribus non occasione societatis contrahenti debent imputari.

¶ Consilium. cccluiij.

In christi noīe amen.

1 ¶ † Ad primū videt̄ ꝙ dotes date ꝑ sororibus. B. debeant in diuisione societatis computari in portione ipsius. B. vt sic videantur date de portione. B. seu p̄ris sui: non de cōi: ⁊ similiter dos data pro sorore. A. computetur in portione. A. seu Titij patris sui eadem rōne per. l. si socius ꝑ filia. a cōtrario sensu. ff. pro socio. † q̄ vult qd̄ tunc vnus ex socijs posset filiam de cōibus bonis dotare sic vt in suam portionem nō cōputet̄ q̄n fuit h̄ actū exp̄sse tp̄e cōtracte societatis qd̄ hic non fuit cū tacite fuerit cōtracta. Et pro hoc qd̄ no. in Spec. de iudi. §. sequit̄. versi. quid si vnus. ⁊. l. j. §. pe. ff. de colla. do. in rōne sui. ⁊ ita fuit aliq̄n mihi visum: postea reperi Bal. tenentē ꝯtrarium in socijs oīm bonoꝝ q̄ debēt inuicez cōicare ꝓspera ⁊ aduersa: vcz vt quilibet possit maritare filiam suā de communi: nec in suam portionem cōputetur etiaz si alter filiam non habebat: et etiam si aliter dictum non fuit per iam. dicta. l. si socius pro filia: que licet loquatur quando fuit expresse actum. Idē tm̄ si non fuit rōne p̄dicta. vt ipse no. in tractatu de duobus fratribus simul habitantibus: inchoato ꝑ Bar. ⁊ finito per ipsum Bal. ante fi. in duobus locis vbi hoc expresse sentit ⁊ tenet. Cuius autoritas ⁊ ratio nō paꝝ me mouet in cōtrarium. l. labeo. §. fi. ante fi. de supel. leg. Nam video ꝙ debitum in qd̄ incidit vnus ex socijs oīm bonoꝝ sine sui culpa dz de cōi exsolui: ⁊ sic in suā partē nō cōputatur: secus si sui culpa. ff. pro soc. l. cū duobus. §. fi. q̄ incipit. ꝑ cōtrarium quoq̧ in fi. ⁊ in. §. damna. in prin. ⁊. §. quidam sagariam. in fin. sed hic est hmōi. ¶ Nam non pōt sibi culpa imputari ꝙ filias ꝓcreauit. C. de libe. p̄te. l. maximū vitiū. Et ex hoc lex ipsum inuitum ⁊ sic sine sui culpa obligat ad dotandum. l. qui liberos. de ritu nup. l. fi. C. de dotis promis. l. obligamur. §. lege. cum ibi not. ff. de act. ⁊ obli. similiter ⁊ frater heres sui patris tenetur dotare sororem: si pater in testō suo sibi hoc mādauit: ⁊ sic sicut p̄r ipse socius sui fratris pōt de cōi dotare sic potuit filio suo ⁊ heredi hoc mandare: sicut no. Bar. in. l. si. in bonis restōni subiectis vt sicut q̄s de ip̄is pōt dotare filiā ita pōt heredi suo mandare qd̄ dotet. vt ipse Bar. no. in. l. a filia. in prin. ff. ad treb. ⁊ in auten. res q̄. C. cōia. de leg. maxime in casu nostro in quo filij p̄dictoꝝ fratrū ꝯtinuauerunt eandē societatē oīm bonoꝝ dico tm̄ in casu nostro ꝙ eadē rōne ⁊ vt equalitas seruet̄ inter fratres. C. cōia vtriusq̧ iudi. l. fi. cōi diui. l. pen. in fi. ⁊ vt tollat̄ materia dissensiōis. l. cū pater. §. euictis. cū ibi no. ff. de leg. ij. Similiter filie. A. postq̄ sunt effecte nubiles durante societate inter. A. ⁊. B. ⁊ sic incepit obligari dictus. A. ad ip̄as dotandas: lz sub conditione si nupserint poterit eas dotare de cōibus bonis q2 istud cēsetur debitum societatis: cū in ip̄m inciderit. A. sine sui culpa. Et si prius diuidant societatem quā nubant interponēda est cautio ꝙ adueniente casu nuptus dictus. B. participabit cuz. A. in hoc onere. ff. pro socio. l. omne es. Aut igitur. B. computet in suam partem dotes sororis aut patiatur. A. suas filias de cōi dotare f̄m naturam societatis omnium bonorū. l. cum duobus. §. damna. ⁊. §. quidam sagariam. in fi. ff. pro socio ⁊ hoc de primo quesito.

2 ¶ † Circa scd̄m dico ꝙ vestes quotidiane a date cuilibet eoruz a p̄cipue sunt nec debent conferri nec in portione eoꝝ computari q2 debuerunt viuere de cōi ⁊ appellatione victus veniunt vestes quotidiane sed p̄ciose ⁊ festiue censent̄ potius ab ipsa societate vnicuiq̧ eoꝝ ad vsum cōmodate: ⁊ ideo veniunt inuicē cōferende tales quales sunt ⁊ quilibet eoꝝ vult suas retinere debēt estimari quantū tunc tp̄e diuisionis valebunt non quatenus constiterunt ⁊ eatenus in suā portionē cōputabunt̄ prout determinat Bar. in fi. in vestibus traditis ꝑ patrem nurui vxori vnius ex filijs. ff. de colla. bo. l. j. §. sed nec castrense. in penul. col. ver. vlterius q̄ro. pone ꝙ pater ꝓ filio ⁊c. ⁊ Bal. post Guil. de cuiīg. in. l. filie cuius. C. fami. hercis. in libris traditis vel emptis ꝓ vno ex filijs eo casu quo non vident̄ donati sed ad vsuz accommodati. Nam dicunt eos conferri debere cum alijs fratribus tales quales sunt ⁊ si vult eos retinere debet in suā portionem computare tantum quantum hodie valent vt ip̄e Bal. ibi no. in. iij. vel. iiij. col. in ver. itez posito ꝙ ista non esset donatio simplex ⁊c. ibi dum dicit secus in libris qui extant. Nā quales extant nunc tales debent sibi imputare ⁊ cōferre f̄m Guil. facit qd̄ no. in. l. in his. ff. solu. matri. per eundem Bar. ⁊. l. id vestimentum. cum ibi nota. ff. de pecul. ⁊. l. peculium nascitur. §. j. ff. eo. ti. ⁊ hoc de secundo.

3 ¶ † Circa tertiuz ⁊ vltimū clarū est ꝙ debita contracta ꝑ vnū ex socijs non occasione societatis vel vtilitatis cōis: sed sua ꝓpria non debent de cōi exsolui sed de portione illius tm̄. Nam non dr̄ debituz societatis sed ꝓprium vt videmus in debito cōtracto per vnum ⁊ ratione doli vel culpe sue. vt. d. l. cum duob⁹. §. dona. ver. quod si a fure. ⁊ in. §. quidam sagariaz. in fi. ibi. qd̄ non cul. socij ⁊c. ⁊ in. §. fi. circa finem. ibi deinde vnus cū ad iudicium non adesset ⁊c. idem si non est proprie dolus vel culpa sua sed factum suum voluntarium. Quid enim si voluit alteri donare naz debuit donare de suo non de alieno. arg. de dona. filius. al's esset in potestate vnius ex socijs totam societatē exinanire quod non est dicendum. arg. ff. de arbi. ne in potestate. de iurisdi. omnium iudi. ne in potestate. cum simi. ⁊ apud predicta quod no. in Spec. loco. s̄. alle. ver. qd̄ si vnus ex coheredib⁹ ⁊ versi. precedenti.

¶ Casus talis est.

¶ Casus super quo iuris consilium postulatur sic subijcit̄. Quedam mulier Helena nuncupata matrimonium contraxit cum Morixio de morixis ciue Ast. q̄ ab ea dotem florenoꝝ ducentoꝝ recepit. Ex ipsisq̧ iugalibus procreatus natus est fili⁹ masculus Georgius nuncupatus. Idem vero Morixius morit̄ superstitibus vxore ⁊ filio predicto que vxor ad secunda vota transiuit ⁊ matrimonium secundo contraxit cum Odone lupo ciue Ast. qui ab ea confessus est habuisse ⁊ recepisse dotis noīe florenos ducentos. xxv. cū renunciatiōibus opportunis quos florenos ducentos. xxv. idem Odo per se ⁊ suos heredes promisit eidez Helene presenti stipulanti ⁊ recipienti pro se ⁊ suis heredibus dare soluere ⁊ restituere eidem Helene vel suis heredibus in omnem cām ⁊ euentum dotis restituende f̄m vsum cōsuetudines ⁊ statuta ciuitatis Ast. vt constat publico instrō Ex ipsis vero iugalibus procreati ⁊ nati sunt Antoni⁹ ⁊ Ioānes. Et demum moritur ipsa Helena superstitibus predictis Georgio ex primo matrimonio nato: dicto marito scd̄o et dictis duobus filijs: vcz Anto. ⁊ Io. infantibus. Expostq̧ idem Odo ad scd̄a vota transiuit ⁊ matrimonium contraxit cū. B. Ex quibus ꝓcreati sunt ēt filij. Estq̧ mortuus dictus Ioānes pubertati ꝓximus sup̄stite Ant. fratre ⁊ Odone patre: demū idem Georgius asserens se heredē matris ꝓ dimidia libelluz obtulit cōtra Odonē scd̄m virū p̄dictū. In quo effectu petijt ab eo dimidiā dicte dotis vigore. l. hac edictali. de secun. nupt. Qui Odo suo noīe ⁊ paterno noīe dicti Anto. eius filij tunc puberis ꝯtra dictū Georgiū ⁊ dictā petitionē se opposuit asserens dictum Geor. fore exclusum a petitione dicte dotis vigore statutoꝝ ast. quoꝝ copia vobis tradit̄ ⁊ inferius sunt descripta. Expost vero moritur idem Anto. pubes factus sup̄stite dicto Odone patre ⁊ dicto Georgio eius fratre vterino ⁊ alijs filijs ꝓgenitis ex alia scd̄a vxore ipsius Odonis vcz. A. ⁊. B. ibi. Postremo post annum ⁊ paucos dies moritur dict⁹ Odo superstitib⁹ dicto Georgio Morixio ⁊ alijs filijs ipsi⁹ Odonis ex vltima eius vxore progenitis. ¶ Queritur igit̄ an idez Georgius aliquo iure possit dotem predictam seu partem consequi a filijs ⁊ heredibus dicti Odonis.

1 ☞ Quomodo intelligatur statutum ꝙ maritus secundus lucretur dotem non extantibus filijs.

2 Et an filij primi matrimonij vna cum filijs scd̄i dicantur vocati ad successionem matris.

Et morientibus

3 Et morientibus filijs secũdi mariti: an pater succedat an vero accrescant filio primi matrimonij.

¶ Consilium.ccclix.

IN christi nomine amen.

¶ Suprascriptus dñs cõsultor egregius bene cõsiderauit omnia que sunt consideranda in casu presenti. ¶ Ego autẽ breuior ero in verbis: qr resvidet͂ mihi clara & nõ multũ laboriosa. †dico enim qd hereditas dicte dñe Helene decedẽtis ab itestato fuit deuoluta pariter ad tres filios suos quos reliquit: vez vnũ ex primo viro duos ex secundo: vt in autentica de nup. §. penu. qui incipit. illud versic. si eñ intestatus: & sic ad quẽlibet pro tertia: nec cessit dos lucro secũdi viri vigore consuetudinis vel statuti: qr loquuntur cum mulier decessit sine liberis: sed hic decessit cum eis: & sic liberi fecerunt deficere conditionem sub qua vir vocatur ad lucrum: igit͂ & dicta vocatio cessauit. C. ad trebel. iubemus. §. penul. ff. de lega. j. filius. §. cum quis. cum ibi no. ad trebel. ex facto. §. fi. Nec etiã cessit lucro filiorũ secundi matrimonij qr ipsorum contemplatione vt habeant videatur in statuto apposita dicta cõditio: iuxta notata per glo. in dicto. §. cum quis. Tamẽ qr cõmunis sententia doctorum est qꝫ p dicta verba conditionalia liberi nõ vident͂ propter ea vocati: vt nota. per glo. & Bar. in. l. lucius. la secunda. ff. de heredi. institu. & Bal. in. l. cum acutissimi. C. de fideicõ. & Jo. an. in addi. Spec. titu. de testi. §. in primis. in addi. que incipit huic questiõi accedit &c. & est casus in. l. ex facto. §. ex facto sunt. ad trebel. in primo casu si bene inspiciantur. Nec obstant not. per Bar. in. l. ij. §. videndum. ff. ad tertul. qr diuersus est casus. Nam aliud est aliquem vel aliquam excludere si tales extant: puta quod existentibus agnatis mater excludatur: & tũc agnati qui ponuntur in contradictione affirmatiue videntur vocati. sic loquitur Bar. qr frustratoria esset exclusio matris si agnati non forent vocati. Nam possent subesse cognati propinquiores q̃ agnati qui vocarentur exclusa matre. Et sic exclusio matris que fieret propter agnatos & eorum contemplatione prodesset alijs q̃ agnatis quod esse nõ debet. C. de pactis. l. si actionem. cum ibi not. l. seruo legato. §. si testator. ff. de lega. j. l. fideicom. §. interdũ. ff. de leg. iij. Aliud est aliquẽ vocare post mortẽ alicuius si ex illo nõ extabũt liberi & sic liberi ponunt͂ in conditione negatiue quo casu liberi si extant non censentur vocati sꝫ faciunt deficere vocationem alterius: tum qr liberis illis aliter prouideretur vez qr vocari possunt ab intestato ad bona de quibus agit͂. vt no. glo. in. d. l. lucius. la scđa. ff. de heredi. instit. & in cã intestati non est dare alios potiores q̃ sint liberi. C. de suis & legi. aut͂. in successione. & in corpore vnde sumitur. tum etiam qr quãdo ponunt͂ negatiue si non extiterint & ipsi extant tũc nõ extat cõditio exp̃ssa a testatore vel a statuto sꝫ extat cõditio 9ria expresse. Sed quãdo ponuntur affirmatiue puta qd existẽtib9 agnatis mater nõ succedat tũc si extãt dicitur extare formaliter cõditio exp̃ssa a statuto que debet esse fortioris nature q̃ eius 9ria nõ exp̃ssa cũ argumẽtũ a 9rio sensu nõ semper sit validũ. l. ij. C. de cõdi. inser. Sed ab expressis v̂bis semp est validũ. l. j. §. si is q̃ nauẽ. ff. de exercito. l. p̃spexit. ff. q̃ & a quib9: tũ etiam qr statutũ disponẽs qꝫ vir lucret͂ dotẽ vxoris p̃mortue sine liberis cẽset͂ liberos pretulisse marito siue extent ex eodẽ viro siue ex priore qr nõ distinguit͂ ideo tale statutuꝫ nõ p̃iudicat dispositioni. l. hac edictali. facte in fauorẽ liberorũ primi matrimonij ſm oĩum doctorũ sententiã immo intelligit͂ ſm illã. iuxta nota. per docto. in. d. l. hac edictali. & per Bal. in. l. j. C. de inof. do. & l. ea lege. C. de condi. ob cau. 2 †Sed nec ob. in casu nostro filio primi matrimonij statutũ qd incipit detestanda &c. ibi exclusis liberis primi matrimonij &c. qr statutũ illud loquit͂ eo casu qꝫ mulier disponit de bonis suis in preiudiciũ filiorũ primi matrimonij & vult qd valeat eius dispositio & qd possit derogare dispositioni. l. femine. cum alijs pluribus ad idem tendentibus & etiã dispositiõi. l. hac edictali. qd facere nõ poterat si statutum hoc nõ esset. eodẽ titu. aut͂. lucrũ hoc in fi. Sed ista dña Helena nõ disposuit de suis bonis in preiudiciũ filiorũ vel filij primi matrimonij nisi qr ea tradidit in dotẽ secũdo viro que traditio intelligit͂ facta quousqꝫ vixerit & matrimoniũ durauerit. Igitur eo soluto per mortẽ eius finita est illa traditio & dispositio temporalis. l. statuliberum. §. stichum. ff. de legatis. ij. & de postula. l. imperatores. Et sic remanemus in dispositione iuris communis que est vt ad successionem eius tam liberi primi matrimonij q̃ secundi vocent͂. vt in dicta aut͂. de nup. §. penultimo non obstante statuto predicto quia eius verba hic cessant g̃ reius dispositio. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. cum alijs similibus. 3 ¶ †Presupposito autem quod hic filius primi matrimonij successerit matri sue in vna tertia si hereditas predicta pro alsij duabus tertijs delatis filijs secundi matrimonij non fuit per eos adita nec per patrẽ eorũ nomine si erant infantes iuxta. l. si infanti. C. de iure deliberandi portiones predicte accreuerunt filio primi matrimonij. ff. de suis & legi. here. si ex pluribus. C. de cadu. tollen. §. his ita. cũ similibus. ¶ Necꝫ enim transmiserunt ad patrem potentiam adeundi hereditatẽ matris nisi decesserint in etate infantili. vt dicta. l. si infanti cum ibi not. & l. non pro numero. C. ad orfi. Posito autem sine preiudicio veritatis quod vel illi vel pater eorũ nomine si erãt infantes adiuerit hereditatem matris vel viderent͂ adiuisse ſꝫ determinationeꝫ Bar. in. q. disputata per eum que incipit. debitor in diem. & in. l. gerit. ff. de acquirẽ. heredi. quã tamẽ determinationem Bar. reprehendit Bal. in multis locis prout prudenter precedens dñs consultor allegauit dicit͂ tamen qꝫ hic nõ apparet aliquo modo patrem predictum adiuisse hereditatem filiorum suorũ natorũ ex eadẽ vxore in quorꝫ filiorũ hereditate dicta hereditas matris esse tunc diceretur. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulga. & pupil. Nec eas nõ aditas transmittere potuit ad suos heredes quia non est de casibus enumeratis in. l. ventre. ff. de acquiren. heredi. & sic est standum regule de qua. C. de cadu. tollen. §. in nouissimo. & sic hereditates predictorum deuolute sunt ad fratres eorum quorum vnus erat vterinus scilicet dictus Georgius alij consanguinei scilicet nati ex vltima vxore Odonis. ideo in bonis que peruenissent ad illos a matre preferretur Georgius vterinus iuxta nota. per glos. ordi. & docto. C. de legi. heredi. aut͂. post fratres. & communia de succes. aut͂. itaqꝫ. & superius per dñm cõsulentẽ bene & subtiliter tactum est: & ista pauca sufficiant. Laus deo.

1 ☞ Doctor & notarius plene probant tenoreꝫ instrumẽti deperditi: & hoc qꝫ sit deperditum iuramento partis probatur.

2 An valeat sententia lite non contestata & nemine comparente pro donatario absente qua declaratur instrumentum donationis non valere.

3 Qualiter donatio reuocetur que pretextu alimentoruꝫ fuerat facta & quando dicta testium non concordant cum confessione partis nisi per interpretationem iuris.

4 Presumptio iuris & de iure admittit probationem in contrarium per confessionem partis.

¶ Consilium.ccclx.

IN christi nomine amen.

1 ¶ †Circa primum videt͂ qd tenor dicti instrumẽti qd dicit͂ deperditũ nõ sufficiẽter probet͂ per dictos duos testes qui dicunt se vidisse quantũ ad hoc vt sufficiant eorũ dicta sicut produceret͂ originale instrum: sed solũ faciant semiplenã p̃bationẽ vt possit deferri iuramentum. per glo. ordi. que est in. l. sicut. C. de fide instru. ¶ Sed contrarium est verius cum vnus de dictis testibus sit doctor legum: alter notarius expertus qui potuerunt perpendere si aliquis defectus ibi erat. & attestantur quod non: prout determinat Bartol. in dicta. l. sicut. & in autentica si quis in aliquo documento. C. de edendo. ff. de iure fisci. l. ij. §. j. c. cũ olim. extra de priuileg. vbi dicit esse casum. Possunt tamen conuenti ad cautelam petere sibi iuramentum deferri ſm dictam glo. & erit res sine dubio: quia sufficient eorum dicta cum iuramento: perinde ac si produceretur instrumentum predictum: vel perinde ac si fuissent presentes conuentioni predicte: vt no. idẽ Bar. nec expedit recurrere ad alias coniecturas de quibus in quesito per predictã patet r̃nsio ad tertiũ quesitum. qr superfluum est.

¶ Circa secundum quesitum dico sufficere iuramentum conuentorum ad pobandum perditionem dicti instrumenti. per tex. in l. fi. C. de fide instru. & per. l. si cum oportet. §. sufficit. de excusatio. tuto. & per nota. in Specul. de appel. igitur breuiter. versic. quid ergo. & per Bar. post Guil. de cu. in. l. ij. §. si quis. ff. si q̃s cau. Et qr agitur de modico preiudicio stantibus dictis attestationibus de tenore instrumenti que sole videntur sufficere prout videtur sentire Bartol. in dicta. l. ij. §. j. ff. de iure fisci. ergo &c. ff. ad exhibendum. l. thesaurus. Sed vbi ageretur de magno preiudicio: quia diceret quis se perdidisse reꝫ alteriusque ad manus suas peruenerat & sic se liberatũ ab obligatione qua tenebatur restituere: tunc debent probare perditionem aliter quam per iuramentuꝫ. C. de pigno. actio. si creditor. & no. Bar. in. l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. & Specul. in tit. de pigno. §. j. ver. & no. quod si creditor. cum seq.

2 ¶ †Circa quartum quesitum omisso tertio quod fuit expeditum cum primo videtur dicendum dictam sententiam non valere: qr lata fuit lite non contestata. & nullo vnquam comparente pro dicto Petro donatario. nec vlla facta defensione pro eo. iuxta nota. in. l. presenti. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt in glossa magna que incipit. hoc quod dicit &c. & l. consentaneũ in. j. glo. & in autentica qui semel. C. quomodo & quando iudex.

¶ Sed in cõtrarium: qd propter hoc nõ fit nulla: qr cum nihil peteretur a parte dari vel fieri sed a iudice instrumenta producta pronunciari fore ꝛ esse nulla: ꝛ similiter donationem contẽtam in eis ꝛ eam reuocari ꝛc. nõ habebat locum missio in possessionem ex primo decreto contra contumacem: ideo potuit perueniri ad sententiam diffinitiuam, lite nõ contesta. C. si vt se ab heredi. absti. auten. si omnes. finium regun. l. iij. ꝛ vtrobiq; per Bartol. ꝛ in. c. j. de eo qui mitti. in pos. lib. vj. ꝛ not. per eundem Bar. in. l. si finita. §. iul. ff. de dam. infec. Et si nõ apparet aliud instrumentum fuisse productum in illo iudicio q̃ istud presumitur quod istud quod nunc producitur per Petrum sit illud qd tunc fuit productum per donatorem ꝛ super quo fuit lata sententia: per ea que no. in. l. ij. C. de erro. aduoc. qr pluralitas non presumitur: vt ibi no. ꝛ in. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiuran. et quod no. Bar. in. l. si seruum. §. si inter duos. ff. de lega. ij. ꝛ. l. triticum. de verbo. obliga. per eundem. Et ideo cum pronunciatum fuerit istud instrumentum donationis ꝛ ipsam donationez nõ valere obstat excep. rei iudi. l. cũ querit̃. ff. de excep. rei iudi. presupposita validitate snĩe que propter cãm de qua supra nõ est nulla vt dixi. Nec ex eo q̃ cõtineat iuris errorẽ expressuz qr hoc est falsum qr si bene cõsideret̃ nihil cõtinet qd iuris dispositioni repugnet: posito ergo q̃ donatio nõ esset nulla nec fuisset resoluta nõ põt hoc allegari per Petrum qr veniret de directo contra dictam snĩam qua pronunciatum fuit contrarium: ꝛ que pro veritate habetur. l. res iudicata. ff. de regulis iuris iunctis his que habentur ꝛ not. per glo. in. l. iul. ff. de condi. indebi. Et hoc si seruata fuerunt oĩa solennia que requiruntur ſm formam statutoruz licet esset contrarius partis. ff. famil. herciscun de. cum putarem. de re iudi. l. preses. cum simil.

3 ¶ † Super vltimo non expedit insistere presupposita validitate sententie de qua supra. Sed ea non presupposita dicendum est qd ex quo dictus Petrus in suis positionib⁹ asserit se fuisse absentem tempore quo testes eius deponunt ipsum pstitisse alimenta non prosunt sibi dicta testium quia eneruãtur per cõfessionem suam cõtrariam dictis eorum. Nam si sententia lata pro eo reciperet probationem in contrarium per suam cõfessionem. vt no. Bar. in. l. iul. verum debitorem. post princi. ff. de con

4 ditio. indebi. † qr cõtra presumptionem iuris de iure admittit̃ probatio in cõtrarium per cõfessionẽ partis. vt not. in autenti. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. ꝛ in corpo. vnde sumitur. multomagis admittitur probatio in contrarium contra testes eiusdem ex quibus nõ talis resultat presumptio qualis ex sententia. iuxta nota. per glo. ꝛ docto. in. l. sed ꝛ si possessori. §. fina. ff. de iureiuran. Tali namq; confessioni sue contente in suis positionibus statur contra se. C. de libe. cau. cum precium. ꝛ quod no. in. l. rura. C. de omni agro deserto. lib. x. ¶ Et si dicatur dictus Petrus lz esset absens potuit dare alimenta per alium et sic non cõtrariatur sua confessio dictis testium. Respondetur quod testes dicunt vidisse dictum Petrum dare non aliuz pro Petro. Et licet per iuris interpretationẽ qui per aliũ dat ipse dedisse videtur. l. j. §. deiecisse. de vi ꝛ vi armata. Respondetur quod dicta testium debent intelligi prout sonant in facto non ſm iuris interpretationem quia illaz non percipiunt sensu corporeo sz iudicio intellectus ꝛ testis debet deponere de his que sensu corporeo percipit. l. si quis testium. C. de testibus. ꝛ ad predicta facit glo. que est in. l. stipulatio ista. §. hi qui. ff. de verboꝝ obligatione. Et sic vel contrariantur adinuicẽ confessio Petri ꝛ depositio testium vel si depositio testium est vera confessio predicta declarat quod licet Petrus antequam se absentaret aliquando dederit de pane ꝛ de vino non tamen cõtinuauit qr postea se absentauit ꝛ non dedit ꝛ sic donatio venit resoluenda vel fuit ipso iure resoluta. l. j. C. de donationib⁹. que sub modo. ¶ Item si dicatur dictus donator remansit semper in possessione dicte domus. respondetur quod hoc non sufficit donatario quia non erant alia bona donata ex quibus donator posset viuere vnde non excusabatur donatarius a prestatione alimentorum que dare promiserat propter hoc que permiserunt donatorem inhabitare domum donatam cum non propter hoc ille donauerit sibi proprietatem futuram suam perpetuo sed vt in recompensationem donationis predicte haberet ab eo alimenta modico tempore quo erat victurus. Ex quibus videtur conuentos a dicto Petro fore absoluẽdos ab eius petitione alio non dato q̃ in superioribus continetur. Laus deo.

¶ Capitulum.

¶ Item quod dicti regulares a quadragita annis citra vel ab eo tempore de quo probatur continue possederunt dicta pascua contenta inter dictos confines bona fide pacifice ꝛ quiete pasculando ꝛ pasculari faciendo ꝛ alia fieri faciendo in dictis pascuis omni ꝛ singulo anno dicti temporis tanquam in locis et pascuis dicte regule ꝛ nomine ipsius regule.

¶ Modo probatur per vicinos dicte regule quod viderit Petrum: Joannem et certos dicte regule in dictis locis pasculantes continue tempore sufficiẽti. ¶ Item probatur per eos qui sic pascularunt qui sunt de dicta regula quod pascularunt nomine ipsius regule.

¶ Item producta sunt certa instrumenta per que dicta regula et homines declarauerit que sunt pascua dicte regule intra continentur suprascripta licet dicta instrumenta annullentur per statutum: quia non fuerunt confirmata in consilio maiori: queritur vtruz sit probata possessio dicte regule in dictis pascuis. Item probata domini possessione: an potuerunt dare in emphiteosim dicti regulares Antonio certum locum de predictis cũ pacto quod deficiente eo sine filijs res reuertatur ad dictam regulam ꝛ adueniente conditione pacti nunquid habeant aliqd ius petendi dictuz locũ a tertio detinente siue possidente eum.

1 ¶ Qualiter testes de vniuersitate in causa ipsius deponãt.
2 Spacio. xl. annorum acquiritur dominium. quod vendicari potest per prescribentem etiam ab eo qui fuerat dominus et dare in emphyteosim cuilibet.
3 Possessio de preterito an sufficiat ad probationem dominij.

¶ Consilium. ccclxj.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Licet illi q̄ otraxerunt cũ dicto Nicolao Ferrarie cẽseant̃ habuisse respectum ad totũ patrimoniũ qd̄ p̄fatus Nicolaus vbiq3 habebat. ff. de pecul. l. hinc querit̃. §. põt. circa medium: q2 non nisi vnicũ patrimoniũ dicebat̃ habere: lз in diuersis locis haberet bona. l. iurisperitus. §. cũ oriũdus. ff. de excu. tut. in fi. Attñ hoc intelligit̃ ordine successiuo vt p prius ad bona existentia Ferrarie maxime q2 plura erant: z q̄ de illis primo loco satisfieret: scđo ad existentia Venetijs vt de illis satisfieret in subsidium alijs nõ sufficientibus. vt. d. §. põt. ver. certe de tribu. l. pcuratoris. §. si plures. de testa. milit. l. si certarũ. §. j. Et fm̃ eundẽ ordinem intelligunt̃ otracta hypothecaria si qd̄ debitum erat cũ hypotheca bonorũ cũ illa regulet̃ fm̃ ordinem psonalis actionis q̄ est principalis. C. cõia de leg. l. j. §. fi. ff. de auro z arg. leg. l. si non sint. §. pueniam9. z. l. cũ aurũ. in fi. z in regula accessorium. de reg. iur. vñ cum bona confiscata Ferrarie sint sufficientia: fiscus ille dз soluere isti de quo nunc agitur sicut soluit alijs. C. ad. l. iul. de vi. l. si tutoris. nec hз recursum ad bona existentia Venetijs. Laus deo.

1 ☞ Qñ in libello plures actiões colligi possunt videt̃ actor intentasse magis conducibilem.

2 Maritus nõ põt p̄scribere bona vxoris nõ data in dotẽ: et an in dubio bona q̄ pbant̃ fuisse vxoris p̄sumant̃ data in dotem.

¶ Consilium. cccxcj.

In christi nomine amẽ.

¶ In cã q̃ vertit̃ in ciuitate Masse comitatus Senarũ z corã ptãte dicte ciuitatis iter Pierũ Michaelis z Jacobã filiã Antonij vxorẽ Ambrosij seu pcuratores eorũ petẽtes ex vna parte z dñam Gregoriã relictã Michaelis neri reã z cõuentã ex altera: de z sup quadã domo z qbusdã petijs terrarũ. Viso z diligẽter examinato pcessu agitato inter ptes mihi trãsmisso p cõsilio hñdo q̄ debeant esse ptes iudicis in pnũciãdo: z ẽt qbusdã cõsilijs doctorũ habitis, p vtraq3 parte z iurib9 earũdẽ: videt̃ mihi finalr̃ in pũcto iuris ferẽdã esse sniaz p agẽtibus z dictã dñam Gregoriã fore odẽnandã ad restõnẽ bonorum deductorũ in libello: cũ intẽtio agentiũ videat̃ esse fundata z ex altera parte nihil est pbatum qd̄ habeat eam excludere. Nam ex

1 †Nam ex verbis libelli tres actiones videntur posse cõprehendi.s.petitio heredi.dũ declaratur q̃ in hereditate dñe Francischine remanserunt dicta bona q̃ petunt͛: ꝛ q̃ hereditas domine Francischine ptinet ad eos ab intestato tanq̃ primiores vl' ex psona parentum suoꝝ si eam adiuerunt vel ex psona ꝓpria ꝛ p successoriũ edictũ si eã nõ adiuerũt cũ nõ extent alij ꝓpinquiores ꝯsanguinei: sic debent suppleri verba petitionis ꝛ petũt declarari dictã hereditatẽ ad se ptinere q̃ verba ꝯueniunt petitioni hereditatis.ff.de peti.here.l.ꝫ minimã ergo illa videt͛ intentata.p ea q̃ no.ff.de lib.ꝛ posthu.l.gallus.§.j.ꝛ ibi p Bar.in fi. Itẽ cõphẽdit͛ reivendicatio ꝛ publiciana dũ petit͛ declarari dicta bona spectare ꝛ ptinere ad actores iure dñij vel quasi q̃ verba p̃dictis actionibus ꝯueniunt.l.ex diuerso.§.j.ff.de reivend. ꝛ in.c.abbate sane.de re iudi.li.vj.q̃ actiones cõcurrere pñt cuꝫ petitione hereditatis qñ res q̃ petunt͛ erant hereditarie q: fuerant in dñio defuncti vel quasi dñio.l.itẽ videndũ.§.fi.ff.de peti.here.ꝛ ẽt in plus se hꝫ petitio hereditatis: q: cõpetit ẽt ꝓ rebus non hereditarijs.q̃ tñ fuerunt in hereditate reperte puta possesse vel detẽte p defunctũ tpe sue mortis.l.ꝛ nõ tñ.in princ. ff.de peti.here. Cum aũt oẽs dicte tres actiones tendãt hic ad eũdẽ finẽ.s.vt agẽtes ꝯsequant͛ dicta bona sibi restitui:ꝫ ex diuersis principijs oriant͛: ꝛ sic vnã tenent͛ eligere reo sup hoc instante ꝛ petẽte.l.nemo ex his.§.quotiẽs.ff.de reg.iu.l.qð in heredẽ.§.eligere.ff.de tribu. Reo tñ sup hoc nõ instãte qð eligat actor expsse cẽset͛ illã elegisse p quã leuius ꝛ facilius põt suam intẽtionẽ ꝯseq̃ ꝓpter clausulã appositã q̃ p̃dicta petit oĩ meliori mõ via forma ꝛc.ꝓut determinat Cy.in.l.edita.C.de eden.in fi.v.qõnis.ꝛ sic in casu isto videt͛ intentata petitio hereditatis in qua agentibus sufficit ꝓbasse dicta bona tẽta ꝛ possessa fuisse p.d.do.Frãcischinã tpe sue mortis tanq̃ sua qð optime fuit p plures testes ꝓbatũ. Nec ob.q̃ durante matrimonio marit⁹ vt dr̃ possidebat q: nõ apparente q̃ fuerit sibi in dotẽ data p̃sumit͛ maritus iure familiaritatis vsus potius q̃ iure suo.ff.q̃b.mo.vsusfr.amit.l.si mulieri vsus domus.iũcta.l.q̃ iure familiaritatis.ff.de acq̃.pos. Nec ẽt ob.q̃ dicta dña Greg.videt͛ habere titulũ legãti qm̃ habuit ipsum a Michaele q̃ poterat ꝯueniri peti.here.ergo ipsam nõ excusat: quominus dicta actione possit ẽt ipsa cõueniri: cũ nõ debeat esse melioris cõditionis q̃ ei⁹ autor.ff.ad vel'e.l.fi.§.j.ꝛ no.Barto.expsse in.l.cogi.in fi.C.de peti.here. ¶ Preterea dicit Bald.in.l.fi.C.de edi.diui adria. tol.p tex.illius.l.in fi.qð tunc ti.excludit petitionẽ here.qñ fuit acq̃situs viuẽte testatore de cuius hereditate agit͛ secus si post

2 mortẽ vt ipse ibi no.in.ix.col.† Itẽ non ob.statutũ de p̃scri.decennali: q: d.Michael nõ potuit p̃scribere cõstante matrimonio q: nõ possidebat iure suo: sed p̃sumit͛ fuisse vsus iure familiaritatis.vt.s̃.dixi ergo ꝛc.l.fi.ff.quẽ ad.serui.amit.postq̃ apparet q̃ nõ incepit vti nisi post ꝯtractũ matrimoniũ cũ illa dña Fran.ꝛ q̃ ad manus illius dñe ꝑuenerat p prius ꝛ post morteꝫ primi mariti q̃ p plures testes ꝓbat͛ tenuisse ꝛ possedisse ꝓ suis

a ꝛ tanq̃ suis. Nã p antiq̃ori possessione p̃sumit͛[a].C.de acq̃.pos. l.improbata.c.ꝫ cãm.de pb.ꝛ no.doc.in materia interdicti vti pos. Et sic possessio dicti mariti acq̃sita post ꝯtractũ matrimo. cũ dicta Fran.q̃ possidebat p̃sumit͛ possedisse qua ꝛ potius ꝓ vxore q̃ p se: ergo nõ potuit p̃scribere.l.male agit͛.C.de p̃scri. xxx.an. Nã statutũ intelligit͛ de illo q̃ possidet p se ꝛ nõ ꝓ alio tñ intelligi debeat fm̃ ius cõeṽt no.in.l.fi.§.licẽtia.in fi.gl.magne.C.de iure delib. Sed nec post mortẽ sue vxo. potuit p̃scribere q: nõ potuit sibi mutare cãm possessionis solo aĩo nõ superueniẽte noua cã.l.cũ nemo.C.de acq̃.pos. Preterea sciebat res esse alienas quo casu statutũ nõ hꝫ locũ q: includeret peccatuꝫ vt tenet Bar.in.l.oẽs ppl'i.ff.de iusti.ꝛ iur.in.iij.q.prin.ver.ecce aliã.ꝛ Jo.an.in.c.fi.de excep.lib.vj. Itẽ nõ ob.q̃ dicta bona videant͛ fuisse data in doteꝫ ꝛ sic q̃ fuerit ea lucratus ex forma statuti: q: hoc nõ est veꝝ ex quo nõ apparet q̃ data fuerint huic scdõ marito nec ẽt primo immo ipsa habuit a primo viro: et sic nõ censet͛ data scdõ marito nec rõne scdĩ matrimonij nec ꝓpter patiẽtiã vxoris q̃ maritus teneret ꝛ possideret ꝛ fructus colligeret nec rõne longi tpis quo fuit passa ꝓut determinat Bar. in.q.dispu.p eũ q̃ ince.mulier habẽs largũ patrimoniũ: nec ẽt ob.q̃ dicta bona fuerunt posita in estimo dicti Michaelis et qð steterunt tanto tpe ꝛ q̃ soluit p eis tãq̃ ꝓ suis postq̃ apparet qualiter ad manus eius ꝑuenerunt.s.ab vxore: ꝛ sic nõ erãt sua sed vxoris p.l.solẽnibus.C.de rei ven.de ac.emp.si pater.et quod ibi p Bal.ver.neq̃ eñ. Postq̃ ergo p testes q̃plures ꝓbatum est q̃ dicta bona fuerint tenta ꝛ possessa p primũ maritũ tanq̃ sua ꝛ q̃ post eius mortem ꝑuenerunt ad man⁹ dicte domine Francischine qui tenuit similiter vt sua duobus vel trib⁹ annis anteq̃ nuberet scdõ viro: ꝛ q̃ postq̃ nupsit continuauit pos.vna cum marito vsq̃ ad annum dñi.M.cccc.xx. quo mortua est ꝛ non apparet quod fuerint in dotem data nec data p̃sumuntur vt dixi p̃ꝫ q̃ in hereditate dicte dñe vident͛ remansisse ꝛ reperte fuisse: ꝛ sic veniunt in petitione hereditatis posito qð dñium dicte dñe non foret ꝓbatum cui actioni non fuit p̃scriptum p iam dicta: ꝛ sic dicti agentes debent obtinere q: testes deponunt de parentela: ꝛ sic cõiter habebant͛ ꝛ reputabant͛ qð sufficere dꝫ: per ea que no.per doc.in.l.nec naturales.C.de proba.ꝛ per Bar.in.l.j.§.iul.ff.de lib.agno.q: sunt in quasi possessione parentele que facit p̃sumi eos esse vel fuisse tales.l.liberis.§.fi.ff.de libe.cau.nec apparet extare alios ꝓpinquiores. Nec ob.q̃ pater ꝛ mater istoꝝ agentium q̃bus fuit prima hereditas primo loco non ꝓbantur adiuisse hereditatem p̃dictam: ꝛ sic eam non transmiserunt ad p̃dictos agentes: q: posito qð ita esset ꝛ sic non possent eam habere ex psona parentuꝫ ꝛ ex iure transmisso: saltim ex ꝓpria persona ꝛ recta via p successoriũ edictum: qð hꝫ locũ tam in agnatis q̃ in cognatis de iure ciuili.insti.de legi.agna.suc.§.placebat. Item possunt ꝛ verba illa libelli sunt apta cõprehendere hunc casum si bene inspiciantur q: dicunt se fuisse primiores ꝛ alios ꝓpinquiores non extare: ꝛ ꝓpter clausulã libelli q̃ p̃dicta debent omni meliori mõ ꝛ forma q̃bus melius possint ꝛc. Preterea ẽt in reivẽ.videntur posse obtinere: q: ex dictis testium p̃ꝫ: qð dña possedit annis.xxx. ꝛ vltra: ꝛ p̃sumitur q̃ bona fide cõpleto dicto tpe.C.vnde vi.l.cum q̃rebat͛.ꝛ ibi no.p Bar.in fi.ꝛ sic acq̃siuit dñium saltiꝫ vtile ꝛ ius vendicãdi a quocũq̃ possessore.C.de p̃scrip.xxx.ann.l.si quis emptis.§.qð si quis.qð ad eius heredes transiuit.l.hereditas.de verbo.signi. Laus deo

¶ Casus qui ex hoc processu colligitur talis est.

¶ Nobilis vir ser Asq̃nus de subrogauacca duos habẽs filios vcꝫ ser Macorẽ ꝛ ser Bertoldũ ex legitima coniuge iã defuncta suum vltimũ condidit testm̃: in quo aliqua fecit legata certis psonis ꝛ ẽt pijs locis. Itẽ suos heredes vniuersales instituit p̃dictos ser Macorẽ ꝛ Bertoldũ filios suos legitimos ꝛ naturales: ꝛ si dicti sui filij heredes morerẽtur anteq̃ ad legitimam ꝑuenirent etatem aut ab intestato aut sine legitimis heredibus ab ipsis legitime descendentibus eisdeꝫ Macori ꝛ bertoldo substituit ꝛ suos vniuersales heredes esse voluit primiores de parentela ꝛ domo sua.s.de subrogauacca.deinde in fine clausulã codicillarẽ apposuit p hec verba. Et hanc suã vltimã voluntatem ꝛ vltimũ testm̃ asseruit esse velle quam ꝛ qð voluit valere iure codicilloꝝ: ꝛ si iure codicilloꝝ non valet: voluit valere quocũq̃ alio iure vltime voluntatis ꝛ testamenti quo melius vtilius ꝛ efficacius de iure valere põt ꝛ tenere. Trãsactis pluribus annis post dictum conditum testm̃ dictus ser Asquinus scdãm coniugem suscepit ex qua habuit duos filios.s.Rizardum ꝛ Bartholomeum: deinde post tempus mortu⁹ est nullo alio condito testõ dictis primis filijs ꝛ etiam secundis quorum alter erat tunc etatis circa annoꝝ quattuor ac ipsoꝝ matre supuiuentibus: existentibus tñ dictis filijs ex scdõ m̃rimonio in pupillari etate. Prefati aũt ser Macor ꝛ Bertoldus filij ex primo matrimonio se in bonis ꝛ hereditate patris immiscuerunt filiosq̃ ex scdõ matrimonio vt fratres in domo paterna rexerũt gubernauerũt ꝛ alimentauerũt vsq̃quo p̃dicti mortui sunt parũ post pupillarem etatem ab intest. Supstite tñ matre dictoꝝ filioꝝ ex secundo matrimonio: quibus mortuis p̃dicti ser Macor ꝛ Bertoldus filij ex primo matrimonio dictaꝫ hereditateꝫ ꝛ bona paterna ꝓut prius exercuerunt administrauerunt tenuerunt ꝛ possederunt fere per decem annos absq̃ cõtradictione alicuius persone. Tandem dña Truda mater p̃dictoꝝ Rizardi ꝛ Bartho.cessit cuidam dñe Bartholomee oẽ ius ꝛ actionẽ qð ꝛ quã hꝫ seu habere deberet in bonis ꝛ hereditate dictoꝝ Rizardi ꝛ Bartholomei filioꝝ suoꝝ sic ab intestato defunctoꝝ. Nunc vero prefata dña Bartholomea iure sibi cesso a dicta dña Truda agit contra p̃fatos fratres ser macorẽ ꝛ bertoldum tanq̃ possessores hereditatis ꝛ bonoꝝ quondam dicti ser Asquini patris ipsoꝝ: ꝛ petit sententiari ꝛ declarari hereditatem dictorum Bartholomei ꝛ Rizardi pertinuisse et spectasse ad dictam dominam Trudam matreꝫ: ꝛ iam ex cessione ꝛ translatione de qua.s̃.spectare ꝛ pertinere.d.Bartholomee predicte ꝛ inde per iudicem condemnari predictos ser macorem ꝛ Bertoldum ad resignandum ꝛ tradendum eidem do. Bartholomee hereditatem ꝛ bona hereditaria predictoꝝ bartholomei ꝛ Rizardi ꝛ in hoc eidem debere tradi ꝛ restitui dimidiam bonorum ꝛ hereditatem que fuerunt supradicti cõtra ser Asquinum cuivt asserit dicta domina Truda mater seu iaꝫ do. Bartholomea successerunt dicti duo filij ꝓ dimidia ab intesta.vna cuꝫ alijs duobus fratribus. ¶ Ex aduerso p dictos ser Macorem ꝛ Bertoldum respondetur se non teneri asserẽtes primi dictum ser Asquinum testm̃ solenne condidisse: et sic testatum decessisse: ꝛ primo esse heredes patris ex testõ saltẽ vi

¶ Presumit͛[a] Adde Bar.ĩ consil.lxxx.ici. In q̃ne cioli ꝛ in ꝯsi.xcvj.in ci. Mathiol⁹ eũdẽ.d. Pau. de ca.in ꝯsi.in cip. In cã que vertit͛.doc.i.c. cũ ad sedeꝫ.de resti.spolia.

gore clausule codicillaris vt sic dicti duo filij Bartholomeus ꝛ Rizardus post testamentum nati teneantur restituere per fideicommissum dictam hereditatem si qua sibi obuenisset retenta legitima dictis fratrib⁹ institutis posito quod dicti duo fratres in testamento patris preteriti ipsum testamentum tempore sue vite impugnassent ꝛ nullū dixissent: sed non apparet nec apparebit quod vnq̄ vllo tempore dicti fratres predictum patris testamentum impugnauerint seu de nullitate egerint contra predictos fratres institutos: ꝛ sic nulla facta oppositiōe de nullitate dicti testamenti dicta domina Bartholomea petit dimidiam dicte hereditatis prout in libello apparet ꝛ processu actitato. In qua etiā ser Asquini hereditate sunt plurima bona feudalia que dicti fratres dicunt nullo modo pertinere posse ad dictam matrem cū sunt feuda ꝛ bona feudalia auita ꝛ antiqua. Itē dicunt dicti fratres quod presupposito quod dicti fratres fuissent patri heredes ꝛ successissent in aliqua parte dicte hereditatis: nihilominus dicti fratres sunt potiores in succedendo dictis suis fratribus q̄ ipsa mater ꝛ hoc vigore cōstitutionis sub rubrica de here. ab intesta. lȝ per aduersam partē opponatur ꝙ dicta constitutio sit reuocata ꝛ penitus sublata vt apparet ex deductis in processu. Ex quibus dubitat̄ de pluribus de quibus petitur consilium.

¶ Et primo qꝛ non apparet dictos Bartholomeum ꝛ Rizardū filios preteritos testamentum predictum patris impugnasse seu de nullitate egisse testm̄ predictum validū remanserit quasi per quandam tacitam approbationem. Et an dictum ius dicendi nullum ad matrem transiuerit vt mater nunc ex ꝑsona filioꝝ possit dictum testamentum impugnare.

¶ Secundum dubium presupposita nullitate testamenti ex causa predicta preteritionis an predicta clausula codicillaris operetur fideicommissum ab illis filijs preteritis ab intestato venientibus ꝛ an legata in dicto testamento facta conseruentur ꝑ auten. ex cā. aut saltim per dictam clausulam codicillarem.

¶ Tertium dubium an dicta constitutio de heredibus ab intestato teneat vel sit reuocata. Item queritur si in feudis predictis mater dictorum filiorum succedere posset vel ne. Item an legata dicti testamenti conseruentur virtute dicte codicillaris clausule.

1 ☞ Substitutio facta de proximioribus si filij instituti morerentur sine prole censetur facta etiam filijs preteritis qui tacite approbarunt testamentum.
Et per hoc mater preteritorum filioꝝ ex secundo matrimo. nō succedit nisi in treb. ꝛ legitima ipsorum non aūt in totuȝ ꝓpter tacitam substitutionem.

¶ Consilium. cccxcij.

In christi nomine amē.

¶ Uiso ꝛ ponderato puncto suprascripto et allegationibus factis in fauorem conuentorū ꝛ sententia lata contra eos in fauorem cessionarie agentis ſm formam sue petitionis per quam dicti conuenti condemnantur ad relaxandum dimidiam partem bonorum que fuerunt primi testatoris: scilicet ser Asq̄ni que dimidia dicit̄ spectasse ꝛ pertinuisse ad duos filios natos ex secunda vxore ab intestato rupto testamento propter eorum preteritionem ꝛ erant alij duo nati ex prima rei ꝛ conuenti in hac lite: ꝛ sic ad quemlibet eorum pertinebat quarta pars dicte hereditatis quibus natis ex secunda ꝛ defunctis dicit̄ successisse insolidum domina Truda mater eorum exclusis fratribus ex latere patris tātum de iure cōi a qua dn̄a Truda prefata dn̄a agens habuit cessionem.

¶ Omissis dubijs supra formatis. scilicet primo secundo ꝛ tertio: ꝛ fundamētis que super eis fiunt per dominos aduocatos dictorum conuentorum ꝛ in eorum fauorem: qꝛ revera sunt dubia propter varietates que fuerunt inter doctores scribentes super eis: ꝛ presupposito sine preiudicio veritatis ꝙ ex dictis fundamentis non posset dicta sententia redargui de iniustitia ꝛ quod dominus abbas qui eam dederit veriorem partem elegerit quantum ad dicta dubia que satis plene fuerit prosecutus propter alia tamen que ipse non tangit videtur manifeste redargui posse sua sententia de iniustitia tribus de causis. Et primo inquantum condemnauit predictos ad restitutionem integre dimidie bonorū dicti testatoris: quia posito quod dicta domina Truda fuerit insolidum heres filiorum suorum: attamen sibi non debebatur integra dimidia dictorum bonorū: sed dumtaxat dimidia dicte dimidie ꝛ sic quarta pars omnium: et alia dimidia dimidie que facit aliam quartam debet remanere

1 penes dictos fratres conuētos † virtute cuiusdam taciti ꝛ reciproci fideicommissi: quod censetur fuisse factum inter filios. vt si aliquis eorum vel aliqui decesserint sine liberis portiōes eorum deueniant in superstites deducta legitima ꝛ trebellianica que faciunt dimidiam cuiuslibet portionis. Si vero omnes decesserint sine liberis tūc portiones eorum omnium deueniāt ad proximiores de parentela: hoc autem sic ostenditur: quia illa substitutio de proximioribus de parētela cum sit facta filijs licet facta fuerit sine expressione nominis collectiui non potest intelligi facta post mortem vnius vel aliquorum cum supersint alij qui ex presumpta voluntate defuncti substitute excluderēt sed intelligitur fuisse facta post mortē omnium. iuxta plene no. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. ꝛ. l. quidam testamento proculum. ff. de vulga. ꝛ pupil. nec ob. l. lucius. §. gayo. ff. ad trebel. quia illa debet intelligi quando fuisset facta extraneis: tūc vltima substitutio facta pluribus post mortem omnium intelligitur facta vltimo morienti. l. codicillis. in fi. prin. ꝛ ibi ꝑ Bar. ff. de vsufruc. leg. Sed quando fit vltimo morienti in tota reu'l hereditate: videntur premorientibus substituti. l. titia seya. §. seyo. ff. de lega. secundo. vbi est casus singularis ꝙ fideicōmissum relictum ab vltimo moriente facit videri eos inuicem substitutos. ꝛ sic si vnus ex duobus filijs iam natis ꝛ institutis decederet sine liberis alter superstes veniret ad portionē illi⁹ et ꝟtute dicte tacite ꝛ reciproce substitutionis fideicōmissarie in qua veniret dimidia pars portionis illius premorientis quā ille non potuisset alienare: altera vero dimidia remanet penes heredes premorientis pro legitima ꝛ trebel. si quos forte extraneos instituisset.

¶ Constat autem ꝙ rupto testamento ex causa preteritiōis fideicommissum vniuersale conseruatur per auten. ex causa: sicut legata particularia qꝛ solum vitiantur directe institutiones ꝛ substitutiones per quas succeditur defuncto. vt no. doc. in auten. ex causa. ꝛ in. l. filio preterito. ff. de iniusto rup. testa. cū tractatur que contineantur appellatione ceterorum: ꝛ ꝑ cōsequēs tale fideicommissum vniuersale relictum a scriptis heredibus censetur repetitum per legem in personam preteriti vel sup tota hereditate si totam aduocat a scrip. vt quia sunt extranei vel in partem quam aduocant si erant fratres: ꝛ sic in effectu lȝ substitutio facta de proximioribus de parentela fuerit facta duobus tantum filijs institutis si ipsi tamen non successerunt insolidum sed cum duobus postea natis ab intestato censetur fuisse facta omnibus quattuor. s. si omnes morerentur sine liberis ꝛ in tota hereditate: cum voluerit totam deuenire ad dictos propinquiores: ergo portiones premorientium debēt deuenire ad superstites virtute tacite ꝛ reciproce substitutionis que censetur facta inter eos si dicta legitima ꝛ trebellianica matri q̄ sola fuit heres filiorum: que legitima ꝛ trebel. faciunt dimidiā portionum eorum: ꝛ sic dimidiam dimidie totius hereditatis primi testatoris: quod erat probandum non dico ex clausula codicillari: qꝛ tunc non foret nisi tertia: qꝛ fideicommissum resultās ex illa fuisset purificatum viuente testatore per natiuitatē posthumorum preteritorum ꝛ sic legitima tantum veniebat detrahenda non trebel. per no. in. l. quāq̄. C. ad. l. fal. ꝛ in. c. raynuti⁹. ꝛ. c. raynaldus. de testa. Sed qꝛ est dubium an illa clausula conseruetur vel locum habeat in casu nostro. Propterea qꝛ testator non videtur cogitasse de posthumis implicite vel explicite: qđ ex eo deprehenditur: qꝛ si cogitasset non substituisset extraneos post mortem institutoꝝ: ꝛ sic non est credendum qđ voluerit nascituros esse deterioris conditionis q̄ iam natos quod esset si videretur eos pure grauasse de restituendo portiōes eorum iam natis: ideo per illam viam non transeo que videt̄ magis dubia. Sed per istam quam dixi que est magis clara ꝛ minus iniuriosa istis filijs postea natis si post eoꝝ mortem sine liberis videantur fuisse grauati de restituendo fratribus: vt pȝ cuilibet ad sensum. Et iuuantur hec ex ratione posita in. l. cum acutissimi. C. de fideicom. vt bona potius deueniant ad posteritatem testatoris q̄ ad extraneos: quatenus a testamēto potuit ipsis disponere. In alio vero videtur dicta sn̄ia continere iniustitiam qꝛ non exceptuauit bona feudalia in quibus mater nō potuit succedere: sed debent antiq̄ feuda remanere penes agnatos ꝛ sic penes fratres. de gra. suc. in feu. c. j. ꝛ de suc. feu. pater. Nec etiam dixit fore prius ꝛ ante omnia deducenda ea que dictis filijs institutis debeantur super bonis paternis ex ꝑsona matris eoꝝ que tū erant in iudicio allegate ꝛ debebant deduci l. irritum. ꝛ. l. in imponenda. ff. ad. l. fal.

1 ☞ Propter dubium euentum litis potest actio ad maximā summam cedi pro longe minori summa.
Et tractat de quadam prescriptione que dicebatur non finita ꝛ qualiter tempora in ea computentur.

¶ Consilium. cccxciij.

In christi

In christi nomine amen.

¶ Pro euidentia dicendorum super dictis dubijs videndum est quid quantum petere poterat dicta Serena filia Hubertini priusꝗ̄ cesserat iura sua vt sic appareat quid potest petere cessionarius vel eius heres. Respondeo quantum ad bona que fuerunt quōdam ser Bonini aui sui paterni de quibus pater suus Hubertinus habuit dimidiam ⁊ Serenus frater suus alteram dimidiam poterat petere dimidiam dimidie sui patris pro legiti. ⁊ trebel. debita patri suo si nihil erat apud eam quod imputandū esset in eis alias tanto minus. reliqua vero dimidia dimidie pertinet iure fideicommissi ad Joannem gubertum filium Azalini ex testamento ser Bonini qui in defectum masculorum descendentium ex eo substituit fratres suos ⁊ eorum descendentes masculos. Et ex descendētibus testatoris nullus superest mascu lus ex descendentibus a fratribus solus Joannes gubertus masculus superest. Poterat etiam petere omnia bona que fuerunt matris dicte Serene cuius ipsa Serena erat insolidum heres et hoc si erāt res mobiles vel immobiles species. Si vero erat pecunia debita matri super bonis sui patris pro qua dicta bona paterna erant sibi obligata cum ipsa Serena sit heres patris sui insolidum de iure communi ⁊ etiam matris. C. de suis ⁊ leg. heredi. autē. in successione. si adiuit hereditatem patris sine beneficio inuentarij confusa ⁊ extincta esset omnis actio ⁊ obligatio quia creditor successisset debitori. C. de pac. debitori. ff. de soluti. stichum. §. aditio. cum concordā. etiam si paterna bona non essent sufficientia ad restitutionem dotis. l. que dotis. ff. soluto matrimonio. Si vero cum beneficio inuentarij tunc quatenus deficiebat dos materna poterat detrahi etiam de illa dimidia bonorum que subiacebat restitutioni ex causa fideicommissi per aut. res que. ⁊ aut. in corpore vnde sumitur. C. communia de lega. Et sic duraret actio personalis ⁊ hypothecaria tanꝗ̄ nō extincte contra Joannem gubertum fideicommissum vniuersalē. l. fi. §. in cōputatione. C. de iure delibe. ⁊ cōtra possessores alios singulares duraret hypothecaria. Et inter bona paterna cōputari debet dicta legitima ⁊ trebellianica q̄ ex persona patris [a] detrahitur. l. ꝙ ꝗ̄. C. ad. l. falci.

¶ † [1] Nunc est primum quesitum quod continet duo. Primum an huic cessionario agenti possit obijci excep. prescrip. ex forma cōstitutionis. Secundum posito ꝙ sic an habeat beneficium restitutionis in integrum cum sit minor. xxv. an. licet sit adultus. Dico ad primum si verum est quod. s̄. narratur in casu ante finem vz ꝙ decretum primum factum fuerit vt ab anno domini. M. ccccxij. die penulti. Aprilis vsqz ad annum domini. M. ccccxx. die vltima Augustini nulla cucurrerit prescriptio potest obijci exceptio prescripta quod sic ostēditur. Illa Serena cedens tēpore mortis Hubertini patris sui erat etatis vnius anni vel circa vt narratur post principium casus seu puncti formati. Et pater suus mortuus est in. M. ccclxxxiij. quo anno mortis predictorum Pau. fuit datus tutor filijs eorum vt etiam ibi narratur. Igitur bene computando predicta Serena compleuit etatem pupillarem. xij. annorum in anno domini. M. cccxciij. vel circa. Et p̄dicta facta adulta p duos annos post. s. M. cccxcvj. fecit cessionem. Erat ergo cepta prescriptio. xv. annorum cōtra eam per duos annos anteꝗ̄ cederet. s. anno. M. cccxciiij. ⁊ cucurrit anteꝗ̄ interrūperetur p annos. v. vsqz ad an. M. cccxcix. quo anno per citationem quam cessionarius fieri fecit fuit interrupta contra citatos prout colligitur ex forma dicte cōstitutionis a contrario sensu: ⁊ etiam probatur qr dicta prescriptio. xv. annorum succedit loco prescriptionis. xxx. an. que erit de iure communi: quod pz qr erit in actionibus personalibus ⁊ etiā in realibus sine ti. sicut illa: vnde sicut illa interrumpitur per solam citationem. l. sicut. C. de prescrip. xxx. anno. ita ⁊ ista que loco eius succedit. ar. C. de non nu. pecu. l. in cōtractibus. in fi. pn. ⁊ expresse determinat hoc Bar. in. l. ij. §. fi. ff. pro empto. Cōtra vero non citatos dicta prescriptio non fuit interrupta cū sit interruptio ciuilis. iuxta no. in. l. cum nouissimi. §. sed ⁊ si quis. de prescrip. xxx. an. l. cum q̇s. §. si quis pro eo. ff. de sol. ⁊. l. naturaliter. ff. de vsuca. Ex tunc ergo si ab anno dñi. M. cccxcix. incepit noua prescriptio currere: vt no. in. d. l. naturaliter. in glo. que incipit. l. pro qōnibus. in fi. ⁊. d. l. cum notissimi. in glo. que incipit hoc nomen. ⁊ cucurrit vsqz ad annū. M. ccccxiij. Ex tunc desijt currere propter dictum decretum: ⁊ tunc restabat annū ad supplementum prescriptionis qui currere non potuit vsqz ad annū M. ccccxx. propter idem decretum: nec possunt vsqz ad annuz. M. ccccxxxv. propter pupillarem etatem Jacobi Rizardi heredis cessionarij. Ex tūc cucurrit ille annus ⁊ tres vltra. ⁊ sic est completa prescriptio. Et hoc presupposito respondeo ad scdm ꝙ dicto Jacobo Rizardo minori. xxv. datur restitutio in integrum aduersus dictum cursum: lz constitutio predictam p̄scriptionem inducens excipiēdo pupillarem etatem tm̄ velit ꝙ supra illam etatem currat qd̄ est intelligendū. s. mero iure: sed non negat auxilium singulare in integrū restitutionis. gl. est ordi. in l. sicut. C. de prescrip. xxx. an. q̄ incipit. qr tunc. in versi. an aūt restituat adultus ⁊c. que determinat hoc expresse relata ad text. ⁊ alia glo. que plene disputat in simili in. l. vnica. C. si de momē. pos. Sed si vera est quedam informatio alia quam habui p litteras seu cedulam ꝙ decretum dicat non cucurrisse prescriptionem a. M. ccccvij. die vltimo Aprilis vsqz ad vltimam Augusti. M. ccccxx. tunc dicta prescriptio non esset adhuc completa: sed restarent adhuc anni tres: qr ab anno. M. cccxcix. quo noua prescriptio fuit incepta vsqz ad annum. M. ccccvij. cucurrerunt octo anni de prescriptione: ⁊ sic restabāt. vij. qui non cucurrerint nisi post annum. M. ccccxxxv. de quibus post illuz annū cucurrerunt quattuor. restant ergo adhuc tres ⁊ sic non esset necessaria adhuc resti. in integrū: qr esset tutus de iure cōi. l. in cause. ff. de mino. s̄m que oīa non expedit laborare in ostendendo cui incūbat onus probandi qñ Serena cōpleuerit pubertatez: qr ex narratis in puncto satis euidēter apparet si narrata sunt vera vt pz ex his que. s̄. dixi. qr in. M. cccxciiij. vel circa. ⁊ hoc de primo quesito.

¶ Circa scd̄m qd̄ etiā continet duo. rñdeo ad primū ꝙ Jacobus Rizardus cōtra possessores bonorū que fuerunt primi testatoris potest agere ad petitionē hereditatis quatenus tangebat dña Serena pro legitima ⁊ trebellianica debita patri suo Hubertino in bonis patris sui restitutioni subiectis in defectū masculorum: qr legitima nō poterat ei deberi vt heredi patris sui. s. primi testatoris: vt no. Cy. in. l. heres instituta. C. de impub. et alijs sub. nec trebel. quā non detrahit nisi directus heres. ff. ad trebel. l. j. §. pen. ⁊ ibi no. in glo. que incipit. no. fideicō missuz ⁊c. super verbo permittitur. ⁊ in glo. seq. super verbo quartam.

¶ Nec ob. titulus quem habent vt dicitur: qr cū sit acquisit᷒ post mortem defuncti non excludit petitionē hereditatis: prout no. Bal. in. l. edicto. C. de edicto diui adria. tol. in. ix. xj. oppo. p tex. illius. l. in fi. vidētur tū dicti possessores titulum habentes prescripsisse de iure cōi contra petitionē hereditatis lōgo tpe. s. x. [a] annos inter presentes ⁊. xx. inter absentes: qr cum excedat suos terminos vt detur contra titulos possidentes exceditur a non suis terminis vt tollatur minori spacio ꝗ̄ non soleat tolli. C. de peti. heredi. l. hereditatis. ⁊ hoc per tex. d. l. fi. in fi. cum ibi not. ideo diligenter ad hoc aduertatur: qr constitutio patrie inducens prescrip. xv. an. abbreuiat prescriptionem longioris tpis: non aūt tollit prescriptionem minoris temporis inductas a iure cōi vt pz in simili aut. quas actiones. in fi. C. de sacrosan. ecc. Et sic etiam videndū contra quem dicta prescriptio iuris cōis esset finita an cōtra minores. xxv. qr tunc competeret restitutio. an contra maiorē: qr tunc nō foret remediū. ꝙ aūt dixi posse agi petitione hereditatis procedit eo maxime attento qd̄ dicit̃ circa finē puncti. vz ꝙ dicta Serena nunꝗ̄ habuit pos. bonoꝝ hereditariorū. Secus eñ esset si habuisset vt est glo. ordi. in. l. j. ff. de fideicō. heredi. pe. ⁊ in. c. j. de cōfes. lib. vj. circa fi. glo. magne.

[a] ¶ Patris. ad de Bar. i. l. cū q̇s in. ij. col. v̄. extra glo. q̄ro. C. d̄ iuris ⁊ fac. ignorā. vbi vide Bald. in. ij. col. v̄si. sexto p batur mirabiliter ī ista materia loquētem ⁊ vide eūdem. d. Pau. de ca. in cōsi. cxxv. incip. dubia de q̄bus querit̃. qui valde no. differit.

¶ Quantū vero ad s̄m de quo queritur in eodē scd̄o dubio. dico primo nō esse verū ꝙ Joannes gubertus sit heres insolidū Hubertini mediātibus psonis illorū de quibus in puncto. Sz heres Hubertini fuit dicta Serena filia sua cuius erat prima cā successionis. C. de suis ⁊ legi. aut. in successione. lz ex testamēto primi testatoris iure fideicōmissi portio dicti Hubertini veniret ei restituēda deducta legitima ⁊ trebellianica q̄ debet remanere penes Serenam tanꝗ̄ eius heredē de quibus ipsa fecit alteri cessionē. Hoc eñ ꝙ iure fideicōmissi dicta portio Hubertini deberet ad illum peruenire non fecit nec facit cēseri heredem dicti Hubertini sed potius primi testatoris qui fideicōmis. reliquit cui dicitur succedi per fideicommissuz non heredi. ff. de vulga. ⁊ pupil. l. coheredi. §. cuz filie. iuncta. l. si filius. ff. ꝙ cum eo. ⁊. l. in testamento. in princi. C. de testa. mili. Ideo si qua alia bona habuisset Hubertinus aliunde ꝗ̄ a patre non pertineret ad dictum Jo. sed ad Serenam eius heredem.

¶ Ad id autem quod queritur an dictus Joan. gubertus qui est heres ser Pauli possit conueniri peti. heredi. pro bonis alienatis per ser Pau. vel per tutores eius. Respondetur ꝙ ad ipsa bona non quia ipsa non possidet nec dolo desijt possidere sz ad precium perceptum sic si fuit conuersum in sui vtilitatem vel dicti ser Pau. quatenus alienare non debuerunt scilicet p dimidia ⁊ trebelli. debitis Serene quia in petitione hereditatis p̄ciuz loco rei succedit. ff. de pe. heredi. l. si rem ⁊ precium facit. l. j. §. fi. ff. depo.

¶ Ad tertiū quesitū rñdetur ꝙ sicut inuentariū faciebat fidē contra ipsum ser Paulū tutorē qui ipsum confecit. C. arbi. tu. l. fi. ita contra heredem eius. ff. de reg. iur. l. heredem. ⁊. l. nemo plus

commo. ꝛ etiam contra habentes causam postea ab eo. eo. tit. l. nemo plus iuris. ꝛ in. l. his. §. nõ debeo. ꝛ. l. ad aliud. §. fi. ad vel le. l. fi. §. i. ad trebel. cogi. §. neratius. in fi. de pigno. si superatus §. fi. ꝛ qđ no. C. eo. ti. l. preses. ꝛ per Dy. extra de reg. iur. si quis in ius. ꝛ ꝑ Cy. C. de cõpen. l. eius. in. j. q. in fi. sed ꝯtra alios pos sessores q̄ non habuissent cãm a ser Paulo secus ꝑ regulaꝫ res inter alios acta. ꝛ ꝑ id qđ no. Cy. C. depositi. l. desideriũ. s. ꝙ in strumentũ confectũ inter alios alijs non p̄iudicat. s. nõ habẽti bus ab illis cãm. facit. l. ad ꝓba. la prima. C. de ꝓba. ibi sꝫ queꝫ tenor scripture designat adiuuat ꝛc.

¶ Ad quartam rñdetur ꝙ heres tutoris põt conueniri pro red denda administratione sicut ipse tutor. C. de here. tu. l. fi. ꝛ ꝑ to tum arbitriũ tu. l. tutele. ꝛ. l. si defunctus non tñ tenetur de leui vel leuissima culpa defuncti si contra defunctum lis non fuerat contestata sed de dolo tm̃ ꝛ lata culpa. l. j. C. de heredi. tuto. qua tenus ad eũ heredem ꝑuenit de bonis pupilli. d. l. fi. eo. ti. de he re. tuto. Item tanꝙ heres Azolini qui dicta bona administra uit lꝫ non tanꝙ tutor sed negociorũ gestor similiter posset cõue niri dicta actione nego. gest. ad restitutionẽ fructuum percepto rum de parte cõtingente dictã Serenã. ff. de neg. gest. l. iij. §. hec actio. ꝛ ex quo volũtarie administrauit qꝛ nemo eũ compulit te netur heres suus etiã de culpa leui defuncti vt ibi no. ꝛ in. l. cu ratoris. C. eo. ti. in glo. penul. circa finem.

¶ Circa quintũ ꝛ vltimũ quesitum videnda sunt tria. Primuꝫ est vtrum dicta actio videaꝰ vendita iusto precio pro duobus mili bus ducatis si bona q̄ possunt exigi valent multo plus. videtur ꝙ non sed ꝙ ex hoc cessio presumatur simulata. C. man. l. per di uersas. cum ibi no. Contrarium est verũ si facta estimatione im pensarum laboris ꝛ dubij euentus q̄ censetur hic venditus veri similiter non plus fuisset venditum vt ibi no. ꝛ arg. eorũ que ha bentur ꝛ no. in. l. lucius. §. fi. ff. ad trebel. d. l. si quis cũ aliter. de verb. oblig. C. de rescin. ven. l. ij. l. qđ si nulla. de here. vel acti. vẽ. Quis em̃ esset ille fatuus qui pro actione cõpetente ad centuꝫ daret manualiter centum ꝛ poneret se in dubio exigendi: debẽt ergo considerari predicta. Sed etiam sine eis considerata ꝑso na cedentis q̄ erat mulier cui dicta actio erat quasi inutilis: qꝛ ex ea nunꝙ fuisset aliquid consecuta tam rõne sexus ꝙ ratione paupertatis ꝙ etiam ꝓpter potentiã partis aduerse debet re putari iusto precio vendita etiaꝫ si multo plus ex ea poterit exi gi propter incertitudinẽ dubij euẽtꝰ. l. si ea lege. ꝛ. l. si ea pactiõe cum ibi no. ꝛ. l. oleo. C. de vsur. qđ voluit Bal. in. d. l. per diuer sas. in. xij. q. ꝛ Spe. in ti. de cessi. act. §. j. ver. sed opponitur ad ꝑ missa. vsꝙ ad versi. quid si excõicatus. ꝛ ibi maxime dum dicit: quid em̃ si cedens pauper sit: nec habet vnde cãm prosequatur ꝛc. Naꝫ ex predictis apparere potest ꝙ non aïo calũniandi vel vexandi aliunde cessionem fecit: sed alia vrgenti cã ductus ꝛ ne cessitate rei familiaris coactus sicut in casibus quibusdam po sitis in. d. l. per diuersas. versi. excep. qui extendiꝰ etiaꝫ ad alios ibi non numeratos eandem vel similẽ rationem habẽtes vt ea dem. l. in fi. in verbo quã alijs causis ꝛc. cum glo. Tunc aũt ha bet locum qđ prius dixerat non plus posse exigi ꝙ solutũ sit ꝓ cedit qñ nulla alia iusta ꝛ rationabilis cã cedendi pro multo mi nori precio ꝙ valeat potest manifeste deprehendi. Nam tũc vi detur presumptione illius. l. facta aïo vexandi ꝛ calũniandi ꝛ in redemptione latis: vt dicit expresse tex. in versi. nulla em̃ tali ra tione ꝛc. in ea. l. per diuersas. ¶ Ex his rñdetur ad scđm vꝫ si non constat de numeratione precij. s. dictorum duorum milliuꝫ nisi per confessionem cedentis an sufficiat. ꝛ Bar. cum pluribꝰ alijs consuluit ꝙ non vt ipse no. in. d. l. per diuersas. dicens con fessionem presumi simulatam ꝛ sic cessioneꝫ non valere tanꝙ ca rentem titulo. Contrariuꝫ determinat ibi Bal. ꝛ in. l. fi. C. ne li te contest. eo casu quo iusto precio facta fuerit: vt sufficiat con fessio de precio recepto: ꝛ ita dicit seruari de facto. Ex his rñde tur ad principale quesitum vꝫ ꝙ totum qđ debetur poterit exi gi etiam vltra valorem duorum millium tanꝙ illud non censea tur plus valere vel valuisse tempore cessionis ꝓpter causas al legatas. Laus deo.

¶ Casus talis est.

¶ Verolicus qui habebat Julianam ꝛ Catherinam filias mari tatas ꝛ dotatas ex bonis suis veniens ad mortem condidit te stamentum in quo dictas filias equalibus partibus heredes si bi vniuersales istituit ꝛ ita substituit: vꝫ si dicta Juliana ꝛ Ca therina decederẽt qñcunꝙ absꝙ legitimis heredibus ex ipsis descendẽtibus substituit Paulum ꝛ Fran. eius nepotes agna tos suos in dimidia bonorum ipsius testatoris. Postmodum Catherina liberos non habens decessit superstite ꝑdicta Ju liana sorore condito testamẽto in quo instituit heredẽ maritũ suum. Nunc de portione q̄ fuit predicte Catherine queritur et est controuersia inter Julianam predictam sororeꝫ predicte de functe ꝛ Paulum ac eius nepotem. pretendẽtibus ipsis Pau lo ꝛ nepote se debere admitti ad partem hereditatis Verolici que fuit Catherine vigore substitutiõis. Ex aduerso vero Ju liana pretendens se debere admitti ad illam parteꝫ ex tacito fi deicõ. qꝛ potius pater voluerit ad partem vnius filij p̄moriẽ tis sine liberis aliam superstiteꝫ vocari ꝙ extraneos. Sup hoc petitur rñsio quid iuris. ¶ Deinde posito ꝙ Juliana ad illam partem potius admittatur ꝙ predicti extranei substituti: queri tur an Franciscus heres testatoris dicte Catherine vxoris sue predefuncte in restitutione facienda Juliane debeat cõputare in legitimam ꝛ trebellianicam Catherine quam detrahet dotẽ ꝛ alia per patrẽ data ipsi Catherine gratia maritandi: ꝛ an fru ctus aliquos perceptos de bonis dicte partis etiam debeat cõ putare saltem in trebellianicam vbi duas quartas vꝫ legitimã ꝛ trebellianicam detrahet.

1 ¶ An ꝛ qñ substitutio facta duobus sine noïe collectiuo vẽ dicet sibi locum in primo moriente.
Et paria sunt ꝙ substituatur ꝑ nomen collectiuũ vterꝙ vel am bo ꝛc. vel si sine liberis instituti moriantur.
2 Et an dos ꝛ similia cõputentur in legitima.

¶ Consilium. cccxciij.

In christi nomine amẽ.

1 ¶ † Primum quesitum nõ paruam dubitatio nem habet propter varia dicta doctorũ iuris ci uilis. s. primo nunꝙ videtur portioneꝫ dicte Ca therine premortue deuenire debere ad substitu tos postꝙ in persona dicte Catherine conditio substitutionis extitit qꝛ sine liberis decessit ꝛ substitutio fuit facta predictis duabus filiabus sine expressione nominis collectiui. vꝫ si am be vel si vtraꝙ ꝛ fuit substitutio fideicom. ff. ad trebel. l. lucius. §. gayo. de lega. ij. l. fi. §. filium. secus in directa vulgari que etiã tunc requirit vt existat conditio in persona vtriusꝙ. C. de im pu. ꝛ ali. substi. l. ꝙuis. ꝛ idem in directa pupillari vt no. glos. in l. si pater impuberes. ff. de vulg. ꝛ pupil. quod etiam tenet Bar. ꝛ Bal. in. l. penul. C. eo. ti. Item secus si cũ expressione nominis collec. vt. d. l. penul. que lꝫ loquatur in pupillari quantum tñ ad hoc vt ex persona primi morientis nõ purificetur conditio sub stitutionis qñ cum expressione noïs collectiui est idem fideicõ missaria vt ibi no. in ꝯtrario de. l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad tre bel. Et confirmaꝰ qđ dixi qꝛ dicte sorores institute nõ fuerunt expresse inuicem substitute sed nec tacite videnꝰ inter se substi tute per fideicõmissum etiã si expressione noïs collectiui fuisset eis facta substitutio de predictis lꝫ inter eas tunc videreꝰ reser uatuꝫ ius legitime successionis vt. d. l. pe. ff. eo. titu. l. qui duos. ad. l. fal. l. pater filiũ. §. duobus. vnde cũ dicta Catherina ꝑmo riens maritũ sibi instituerit heredẽ ꝛ sic cessat legitima successio ꝑfata Juliana q̄ sibi non põt proficere vt ad portionẽ illiꝰ Ca therine possit venire nõ debet posse nocere dictis substitutis vt eos repellat qꝛ conuenientius est ꝙ ipsi habeant eã cũ veniant ex voluntate defuncti ꝙ ꝙ remaneat apud heredeꝫ Catherine q̄ de voluntate defuncti nõ habet. l. q̄ liberis. §. hec verba. ff. de vul. ꝛ pup. Et determinat hoc expresse Bal. ſm Nico. matta. in l. pe. in vlt. q. C. de impu. ꝛ ali. substi. In contrariũ facit expresse determinatio Bar. in. l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad treb. l. q̄daꝫ testamẽto proculo. de vulg. ꝛ pup. in quibus vult ꝙ substitutio fideicõ. facta duobus etiam sine expressione noïs collectiui nõ vendicet sibi locũ in personam primi morientis etiã si in ea con ditio substitutionis existat si superest persona q̄ ex ꝑsumpta de functi voluntate substitutũ excludat qđ cõtingit si duobꝰ filijs testatoris facta fuit ꝑ. l. is q̄ ducenta. §. si pater. ff. de rebꝰ dub. ꝛ per. l. cũ acutissi. C. de fideicõ. ꝛ per. l. generaliter. C. de insti. et substi. vt ipse Bar. dicit in. d. §. cũ ita. in distinctione ante fi. in ver. si vero loquimur in fideicõ. ꝛc. ꝛ sic restringit. §. gayo. de. l. lucius. s. eo. ti. vt habeat locũ in extraneis secus si filijs vel alijs descendentibꝰ. Et cũ fideicõ. fieri possit etiã adultis q̄ sibi ꝑñt testari ꝛ sic excludere superstitẽ a legitima successione nõ video dictum suuꝫ posse generaliter procedere prout ipse generaliter loquitur nisi dicatur ꝙ tales descendẽtes quibus est facta sub stitutio de extraneo videantur per prius inuicem substituti in ter se ꝛ sic substitutum vocatum in defectum amborum non au tem contingat id qđ ip̄e dicit superstitem preferendum qꝛ videaꝰ inter eos reseruatum ius legitime successionis cũ tale ius inter adultos nõ sit certum qꝛ põt tolli per primo morientẽ institueñ do sibi alium. Sed inter impuberem bene est certũ ꝛ infallibile etiam hodie si sunt vtrinꝙ ꝯiuncti ꝛ non extaret mater cũ alter alteri ab intestato sit necessario successurus. Vnde nõ expedit in eis dicere ꝙ videanꝰ inuicem tacite substituti cũ sufficiat ad superstitẽ

superstitem preferendum extraneo substituto dicere q videat inter eos reseruatum ius legitime successionis.d.l.pe.C.de impu.z ali.sub.d.l.qui duos.z.l.vel singulis.z.l.pater.§.duobus. ad.l.falci.sed in fideicō. facta adultus non sufficiat hoc dicere ad preferendum superstitem substituto vt Bar.vult nisi dicamus q superstes censeatur premorienti tacite substitu.z q ambob' mortuis sit vocatus extrane'. ¶Et si hoc est dicit Bal. in.d.l.penul.ante fi.C.de impu.z alijs substit.fm Nico. matta. non esse verum scilicet quod vno ex filijs premoriente substituto extraneo vocetur substitutus extraneus etiam si substitutio facta fuerit cum expressione nominis collectiui quia immo vocaretur frater superstes ex tacita reciproca substi.etiam si facta fuisset sine expressione dicti nominis collectiui prout recte contingit in terminis casus nostri z sic Juliana posset venire ex tacita substitutione ad portionem Catherine premortue excluso marito suo herede instituto preterq in legitima z trebellianica detrahenda ex persona Catherine z exclusis extraneis substitutis.Idem tamen Bar.in.d.l.penul.C.de impube. z alijs substitutioni.ante finem.in versi.Bar.quando substitutio zc. vsq in fi.l.videtur aliter sentire.vz q quando substitutio est facta cū expressione nominis collectiui non est differentia inter directas substitutiones z fideicommissarias:quia nulla earum vendicat sibi locum ex persona premorientis:sed quando sine expressiōe dicti nominis dicit esse differentiam inter directas puta vulgarem vel pupillarem [a] in quibus idem dicendum est z in fideicō. in qua etiam si sit facta inter liberos vendicat sibi locum in personam primi morientis. licet subsit persona que ex presumpta mente defuncti deberet excludere substitutū. Et ita sentit bar. post glo.in.d.l.pater filium.§.duobus.in fi.z fm hoc in casu nostro non videretur Juliana tacite substituta sorori z per consequens substituti admitterentur ea exclusa.per dictum.§. gayo. qui fm Bar.in dictis locis locū haberet etiam cum substitutio fuit facta filijs:z sic etiaz cū superest persona que ex presumpta mente defuncti substitutum debet excludere:qz hoc non sufficit nisi eo casu quo substitutio est facta cum expressione noīs collectiui in fideicom.lz secus in directa fm quod colligit ex dictis Bar.in dictis locis.Et idem sentit Bal.in.d.l.penul.dum facit differentiam inter directam z fideicom.vt ipse not.in.d.l.pe. versi.modo reuoco in dubium zc. licet postea in versic. z ideo in vnica conclusione consisto zc.videatur dicere contrariuz in ver. aut dubium zc.

¶Ista dicta sic contraria faciunt rem istam satis dubiam. Tamē considerandu est diligenter q tunc diceretur substitutio facta sine expressiōe nominis collectiui:vt sic ad portionem primi morientis substitutus debeat vocari quādo facta esset hoc modo. vz tales instituo:z post eorum mortem talem substituo:qz cum constet ambos morituros statim vocatur substitutus: nec expedit expectare mortem alterius quā certū est euenturam. sic loq̄tur.§.gayo.z.l.fi.§.filiuz.de leg.ij.si bene inspiciatur.Et isto casu Bart.reperitur variasse eo modo z locis de quibus.s. dixi. Sed quando substituit non simpliciter post mortez sed cū alia conditiōe extrinseca.s.si decesserint sine liberis prout fuit in casu nostro cum non sit certum ambas decedere sine liberis z testator fuit locutus in plurali vel copulatiue.vz si dicta Juliana z Catherina decesserint sine liberis nec subiunxit ambas vel alteram ipsarum.potius est presumenduz quod senserit de ambabus q̄ de altera ipsaz .per.l.cum acutissimi.C.de fideicommis. Et quia testator presumitur sapiens.C.de here.insti.l.fi.z prudentes testatores ita faciunt q suam posteritatem volunt preferri extraneis.l.lucius.la secunda. ff.de heredi. insti.l.fi.z verba Bald.in.d.l.penul.post prin.z argu.l.si heredi plures.ff.de condi.insti.quia hic copulantur plura ad vnum effectuz:z sic requiritur concursus copulatorum.s.q Juliana z Catherina decedant sine liberis.l.si quis ita stipulatus. de verbo. oblig. nec resoluitur ista pluralitas in plures singularitates: quia non copulantur isto respectu plurium effectuuz: sed respectu vni' substitutionis.iuxta no.in.l.falsa.§.fi.ff.de condi. z demonstra.z.l. si is qui ducenta.§.vtrū.de rebus dubijs : videtur ergo q in casu nostro nō dicatur ista substitutio facta sine expressione nominis collectiui.Sed cum causa equipollenti vz cum copulatiua requirente concursum in persona vtriusq fit perinde ac si dixisset si ambe decesserint sine liberis zc.quo casu Bar. non reperitur variasse:immo tenet vbiq substitutioni non esse locum in persona primi morientis siue loquamur de directa.vt.d.l.penul.siue de fideicom.tam propter vim verbi:quod requirit cōcursuz q̄ propter presumptam voluntatem defuncti:qz superest persona zc.lz de equitate bene possit habere locum in personam vltimi morientis.vt.l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel.contra tamen vim verborum per rationem que ibi ponitur.z per Bal.in d.l.penul.in.j.col.Et sic isti substituti non debēt admitti ad dimidiam Catherine sed poti' videntur substituti in dimidia vltime morientis sine liberis:z sic si Juliana decedet sine liberis habebunt suam dimidiam:sed si cum eis neutram.per ea q̄ not. Bal.in.l.pen.post prin.in.j.col. Et q illa dimidia Catherine ex tacita substi.peruenire debeat ad Julianam.arg.l.titia seya. §.seya.ff.de leg.ij.deducta legitima z trebellianica que faciunt dimidiaz illius dimidie. Nec ob.illa.l.penul.que videtur velle q non videantur tacite substitute sed ius legitime successionis inter eas reseruatuz: qz ibi loquitur de directa pupillari q̄ non fit tacite z ex coniecturis.l.iubem'.C.de testa.nisi in casu in quo fingitur a iure fieri vt in tacita cōprehensa in expressa vulgari: nos loquimur in fideicō.que pōt resultare ex verisimilibus cōiecturis.l.cū proponeretur.z ibi no.de leg.ij.

¶Super secundo vero quesito clarum est q dos z alia data propter nuptias dicte Catherine computantur in legitimam [b] l. quoniam nouella.C. de inoffi.testa. sed de fructibus constat q in legitimam non computantur.l.scimus.§.repletionem.eo.ti. sed an in trebellianicam videt idem cū sint de liberis primi gradus.vt.l.iubemus.C.ad treb.Illa.l.loquitur qñ vna tm̄ quarta.s.trebellianica detrahitur vt pz ibi dum dicit dodrans restituatur ex zc.quo casu non est mirū si fructus non computat in causam qz illa computātur in legitimā debitam iure nature in quam fructus non cōputatur.sed si detrahitur tam legitima q̄ trebellianica sufficit q non cōputētur in legitimā sed bene suadet equitas q computentur in trebellianicam per regulā positam in.l.fideicō.ff.ad treb. ¶Et ita legendo ipsi super illa.l.iubemus.z in.l.mulier.§.cum proponeretur.ad treb. z ita etiaz semel consului.Bar.tamen videtur sentire contrarium in.l.q de bonis.§.q auus.ad.l.fal.Sed non ponderauit id quod supra dixi quod equum videtur. Laus deo.

a ¶Uel pupillarez. De istis duab' substitutionibus vide Oldra.in cōsi. xxx.incip. q̄dā habēs matrez. z vide.d.Alex. de imo.in.l.j.§. fi.inquantū vero.de vul. z pupill.vbi maria z mōtes aggregat.

ADDITIO.

b ¶In legitimā Et an donata simplici donatione inter viuos cōputētur in legitimā vide plenissime p Phi.corne.in cōsi.lxiiij.incip. lz meo iudicio in.ij.vo.P.F.

1 ¶Si vnus frater solus instituat contēplatione tm̄ alteri' fratris pro parte alter frater etiā censetur institutus. Et qualiter probabitur q contemplatione amboruz fuerit vn' institutus.

2 Et an si frater ingrediat domū testatoris p vim dicat cōmittere violentiā ex quo est res cōis ita vt incidat in penā legum loquentium de violentiā inferentibus.

3 Et qualiter intelligat q donec extra patriā vnus steterit nihil possit accipere de bonis testatoris.

¶Consilium.cccxcv.

In christi nomine amē.

¶ Quidam dominus Simon vir nobilis habens vnum filium nomine Henricū veniēs ad mortē condidit solēne testamentū in. Mccclxxx. in quo testō instituit heredē vniuersaleз dictum suum filiū Henricū ac quoscunq filios posthumos masculos tā natos q nasciturос ex ipso de legitimo mr̄imonio tpe quocunq equalibus port. inter ipsos diuidendo. deinde p̄dicto filio seu filijs substituit si oēs decederent sine filijs eo mō et forma quibus in testō latius continet' vobis trāsmisso. Post que dictus testator habuit alium filium nomine Jacobum iustum et mortuus est nullo alio condito testō: sed tn̄ vno confirmatorio dicti testamēti. Euenit casus q dictus filius. s. Henricus mortuus est nullis ex se relictis filijs cui successit dictus Jacobus iustus frater. Transactis autē multis annis post mortem patris et fratris: nouiter moritur iste ser Jacob' iustus nullis etiam relictis liberis masculis de legitimo procreatis matrimonio: sed tantūmodo relictis quibusdaз filiabus et vno filio spurio legitimato. Qui ser Jacobus iustus condidit testm̄ in quo factis pluribus legatis certos suos cōsortes heredes instituit. Nūc aūt reperit' q oēs substituti predicti filij predicti d. Simonis testatoris mortui sunt ante dictū ser Jacobū iustū filiū dicti testatoris: exceptis filijs. M. ac potentis militis. d. Fran. de Sauorgnano substituti vna cum filijs: ac etiam exceptis filijs olim do. Doymi de castello ēt substituti vna cū filijs prout latius videre poteritis ex copia testi vobis transmissa. modo autem filij prefati. M. domini Fran. ac filij p̄fati domini Doymi intendunt petere bona ac heredi. prefati quondam do. Simonis ipsius per fideicō. in suo testō relicta. obijcitur per heredes institutos per dictum ser Jaco. iustū q ea bona q dictus quondā do. Simon reliquit predictis substitutis per fideicō. sunt bona feudalia et q non potuerunt in testō relinq per dictū testatorem: et ad hoc probandum producunt quedaz instrumēta inuestituraz aliquorum cōsortium dicti do. Simonis duobus aut tribus fere annis ante conditum testamentū: nec apparet de consensu seu scientia dicti do. Simo. Et inter cetera que dicunt esse feudalia dicunt q pontasium siue ius pontasij quod habebat in quadā strata cluse cū bonis garrito galaito &c. sit feudale antiquū nō potuit per fideicō. relinqui: quibus appositionibus rn̄detur pro parte dictorum nobiliuz substitutorū q imo per predicta instrumenta non probat' ista bona esse feudalia: cum causa prima que fuit facta paruz ante testamentum predictū consortē inscio dicto testatore quā certe inuestiture sequentes facte fuerint et fieri verisimiliter potuerunt in fraudem dictoruz substitutorum ne eueniente casu substitutionis admitteret'. Item obijcitur q posito q per illa instrumēta pbarētur illa bona in inuestituris specificata eē feudalia: attamen dicunt dicti substituti qd non sunt proprie feuda et hn̄tia propriam naturam feudi: qz vt clare probabitur al's per elapsum in hmōi bonis in dictis inuestituris specificatis successerūt mulieres. Item dicūt substituti q dictū pontasium non est proprie feudum: nec hz propriam naturā feudi. Nā habentes dictū pontasiū seu ius pontasij tenētur aptare stratas et pontes certe strate cluse per quam itur in Alamaniam: et propterea cum isto tali onere conceditur dictuз pontasiū: lz expresse in dicta inuestitura non specificetur. Idcirco cum dictū pontasium non sit proprie feudū seu non habeat propriam naturam feudi: dicunt et allegāt dicti substituti q potuit ipsis in testō per dictum testatorem per fideicom. relinqui et iudicari.

¶ Ex hoc themate resultant aliqua dubia.

¶ Et primo vtrum eueniente nunc casu dicte substi. superstitib' filijs prefati quondam do. Federici ac filijs dicti quondā do. Doymi reliquis consubstitutis non extantibus portio. alioз

consubstitutoꝝ deficientium ante condi. fideicom. euenientez accreuerint hmõi substi. superstitibus ꝛ extantibus de presenti an non: tanquam caduce remaneant apud heredez vniuersalem grauatum per fideicom.

¶ Scdo dubitatur an per predicta instra inuestiturarꝝ factaruz fere duobus annis ante conditũ testm̃ per vnũ ex cõsortib⁹ dicti quondã. d. Simonis testatoris ipso inscio ꝓbenẽ dicta bona in ipsis specificata esse feuda propria ꝛ antiqua.

¶ Tertio si probatur ꝙ in hmõi bonis in dictis inuestituris specificatis successerũt mulieres ꝛ ꝙ habent ius dicti pontasij teneẽ ꝛ astrictus est aptare ꝛ preparatam tenere certam stratam ꝛ pontes qui sunt in strata predicta. vtrum dicta bona dicerentur esse proprie feuda ꝛ habentia propriam naturam feudi adeo ꝙ non possent alienari seu in testõ relinqui quemadmoduz alia queqꝫ feuda recta ꝛ regalia.

¶ Item reuocaẽ in dubiũ: an ex quo nõ apparet de natura ipoꝝ feudoꝝ: vt preferẽ: saltim veniãt in resti. fideicõ. ꝛ demũ disputetur de natura ipsorum feudorum sicut dicitur in apprehẽdẽdo possessionem heredi. per. l. j. C. de edi. di. adri. tol. Itẽ an per hmõi recogni. ꝛ receptionẽ inuestiturarum probentur illa bona esse feudalia. Insuper ꝛ an habentes causam seu ius ab herede dicti ser Simonis veniendo contra disposi. eiusdem dñi Simonis incidat in penam.

a ¶ Uniuersali Uide totã materiã cũ limitatioĩb⁹ p. d. alexã. d imo. in cõ si. xcj. in. j. vol. ꝛ in cõsi. xlvij. in. iiij. vo. doc. in. l. si patroni. ad trebel.

1 ☞ Utrum substitutus cõiunctus verbis tm̃ succedat nõ solum in parte in qua ipse est substitutus: sed ẽt in partib⁹ aliorum qui mortui sunt ante institutum per ius accrescendi. Et an aliter possint substituti succedere in totum.

2 Et an agnoscẽtes bona allodialia pro feudalibus preiudicẽt testatori ꝛ habeñ. causam ab eo.

¶ Consilium. ccccvj.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Super primo quesito vr̃ dicenduz ꝙ substituti q̃ reperiebãtur esse in reꝝ natura tpe mortis vltimi filij nõ solũ debeãt habere bona eis principalr̃ relicta ꝛ in qb⁹ fuerũt spãliter substituti: sed ẽt habere debeant bona spãliter relicta alijs substitutis qui defecerunt añ mortem vltimi filij: nec fuerunt tpe dicte mortis in reꝝ natura: qꝛ videnẽ fuisse cõiuncti verbis cum positi fuerint oẽs in vna orõne ꝛ sub vno verbo: qꝛ dixit ꝙ mortuis ambob⁹ filijs sine liberis substitu bat personas infrascriptas per modum. j. scriptuz. vcꝫ in primis tales in talibus ꝛ talibus bonis. Itẽ quosdam alios in talibus ꝛ talibus. Tertio quosdã alios in alijs bonis. Quarto quosdã alios in alijs ꝛc. Et sic quatuor genera personaꝝ diuersa ĩ diuersis bonis. Et oẽs dicte substõnes facte fuerũt sub vna orõne ꝛ sub vno v̾bo substituit. Et sic erãt cõiuncti verbis ꝓpter vnitatẽ orõnis: ꝛ verbi substituit: tñ nõ reꝫ: qꝛ nõ in eisdem bonis sed in diuersis: ꝛ per pñs habent superstites ius accrescendi ꝓprio sumpto vocabulo per ea que dẽterminat bar. in. l. re cõiuncti. de leg. iij. in. ij. q. prin. vbi tractat d̃ coniunctis verbis. ver. tertio quero nunquid per cõiunctionẽ aduersatiuã ꝛc. vbi allegat in contrariuz. l. lucius. §. que habebat. ff. ad treb. ꝛ rñdet ꝛ pro hoc qd̃ idẽ bar. no. in. l. in repetendis. ff. de le. iij. Contrarium tamen videtur verius: qꝛ non sufficit verbalis coniunctio vt locum habeat ius accrescendi: quãdo in re vel reb⁹ est oĩmoda disiunctio: prout est casus in. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de leg. j. vt si dico titio ꝛ menio singulos seruos do lego: ꝛ sic non lego vni qd̃ alteri: sed vnũ vni: alterũ alteri: quo casu coniunctio verbalis non inducit ius accrescẽdi in rebus penitus diuersis. Et idẽ si esset vna tantum: tñ fuissent facte partes pro diuiso vt seyo ꝛ titio lego fundũ eqs portio. factis pro diuiso. ꝛ hoc determinat idem Bar. in. d. l. re cõiuncti. in arti. de iure accrescendi: qui est vnus de effectib⁹ coniunctionis in. ij. q. an inter coniunctos verbis tantum habeat locum ius accrescendi. Sed quãdo non esset omnimoda disiũctio in re vt lego titio ꝛ seyo fundũ equis portionib⁹ pro indiuiso tunc hꝫ locum ius accrescendi scd̃m eundem Bar. Sꝫ hic erat oĩmoda disiunctio qꝛ diuersa bona diuersis fuerũt relicta lꝫ in vna oratione qd̃ non prodest vt dixi ꝛ casus est rotundus in. d. l. huiusmodi. §. quib⁹. Uideẽ tamẽ ꝙ lꝫ nõ possint venire per ius accrescẽdi: possunt tñ venire ex vlti. substi. facta de residuo bonoꝝ vltra substõnes factas de ꝑdictis quatuor generibus personaꝝ de quibusdam bonis partibus: qꝛ applõne residui cõprehenditur totum. C. de here. insti. l. ij. in fi. cum concor. fortius pars postꝗ̃ assignatio facta de ipa parte quibusdã nõ fuit effectum sortita: qꝛ defecerũt ante conditionis euentuz vt dictum est: ꝛ hoc si dicti substituti qui nũc supersunt sunt de illis qui fuerunt substituti in dicto residuo bonorum.

2 ¶ † Circa scd̃m quesitũ dicẽdum est ꝙ facta vnius vel aliquorum ex ꝯsortibus recipientiũ inuestiturã de bonis que dictus testatoꝝ possidebat vt ꝓpria ꝛ allodialia nõ debuit nocere dicto testatori nec nocet nũc habentib⁹ cãm ab eo. ff. de libe. cau. si pariter. circa prin. de bo. auc. iu. pos. si nõ expedierũt. §. j. nisi ratum habuerit qd̃ per illos consortes gestum fuit. C. si in cõi eadẽqꝫ cã. l. vnica. fami. hercis. l. coheredibus. de reb. credi. l. neqꝫ filius. cũ simi. ꝓbent ergo dicti substituti ꝑfatũ testatorẽ tenuisse dicta bona tanꝗ̃ propria ꝛ eorũ intentio erit fundata si per partem aduersam nõ ꝓbeẽ sciẽtia ꝛ ratihabitio testatoris. Super alijs dubijs oĩbus dico ꝙ si bona sunt feudalia posito qꝛ in quibusdam non haberent propriam naturam feudorum: non sequitur ꝙ nec in isto debeãt nõ habere vt sic possint alienari ꝛ transeant ad quoscũqꝫ heredes vel fideicõmissarios qꝛ ex particularibus nihil sequiẽ. Sufficit enim ꝙ appareãt feudalia vt sic in eis seruẽ natura feudoꝝ preterꝗ̃ in illis in quibus contra foret statutũ vel obseruatũ. Sed de natura feudorum est ꝙ non veniat in fideicõ. vniuersali^a si fideicõmissarius erat persona ad quã nõ poterat trãsmitti sm̃ bar. post dy. in. l. si patroni. in prin. ff. ad trebellia.

¶ Titulus questionis talis est.

¶ Quidam. b. habens archidiaconatum ꝛ videns non posse percipere vsumfr. a rusticis ipsius archidiaconatus ꝑmutauit cũ quodam. M. habente clericatũ ꝛ tradidit sibi oĩa iura sua q̃ sunt ista. ¶ Primo ꝙ isti rustici possint cogi ad soluendũ pꝫ: cum enim olim nolent soluere ꝛ litigarent cum quibusdã alijs archidiaconis habuerũt duas sñias contra. ¶ Secundo pꝫ per statutũ ipsoꝝ vt pꝫ in statuto qd̃ incipit. Item ꝙ dictus archidiaconus dꝫ habere ꝛc. ¶ Item patet per dicta testiuz examinatorũ q̃ clare probant ꝛc. modo iste. M. vult cogere istos rusticos ad soluendũ dictum vsumfruc. quero nũquid per iura superius allega. possit: ipsis nihil aliud opponentibus nisi qd̃ vellent dictum. M. habitare in villa: ꝛ ipse dicit se velle facere vt sui predecessores fecerunt ꝛc.

1 ☞ Qui prestitit longissimo tempore aliquid annuuz põt cogi ad prestan. si cessit.

¶ Consilium. ccccvij.

In christi nomine amen

1 ¶ † Uisis duobus instrumẽtis duarũ sñiarum latarum anno dñi. Mcclxviij. per quẽdam dñz Nicolaũ de azonib⁹ vicariũ dñi episcopi feltrẽ. ꝛ belliñ. in fauorem archidiaconi predicti qui tunc erat cõtra dictos rusticos vt teneretur soluere que tunc petebantur ꝛ nũc petuntur dicto archidiacono qui vt in sñia vna asseritur erat in quasi possessione percipiendi. Uisis ẽt dictis testium examinatorum iam sunt anni centum. vꝫ in. Mccclx. qui deponunt illa deberi prefato archidiacono. Ac etiam statutis coꝝ mari me in ver. Item ꝙ dictus archi. Ac etiam quinternis focorum ꝛ solonum factarũ per preteritos rusticos post ꝑdicta archid. preteritis. claꝝ ꝛ sine dubitatione vr̃ ꝙ pñs do. Archi. põt petere dictas rusticas successiones coꝝ ꝯ̃ quos late fuerũt dicte sñie cogi ꝛ cõpelli ad soluẽdum illa que nũc petuntur: ꝛ tũc petebãtur tam possessorio iudi. per. c. querelã. de elec. ꝛ per no in l. si certis annis. C. de pac. ꝗ̃ ẽt petitorio ex dispõne dicti statuti cõfirmati: tunc per epm̃ feltrensem cui subsunt: ꝛ ex ꝑscriptione tãti tpis cuius ꝯ̃rij memoria nõ existit. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. nisi per dictos rusticos aliq̃d aliud dicaẽ ꝛ in contrariũ probetur qd̃ habeat tollere dicta fundamenta: quod tamen non comprehendo ex contẽtis in suprascripto casu vel puncto. Laus deo.

1 ☞ Qualiter per secundum testamentuz non tollatur primũ continens clausulam derogatoriam.

¶ Consilium. ccccviij.

In christi nomine amẽ.

1 ¶ † Dubitaẽ an per dicta verba cassans ꝛ annullans oẽ aliud testm̃ aut doñ. per me factam hucusqꝫ ꝛc. fuerit cassatũ aliud testm̃ ꝑcedẽs in quo alium heredẽ instituerat: ꝛ in quo continebaẽ cl'a derogatoria in fi. per ista verba vꝫ volẽs ꝛ ordinãs ꝙ si qd̃ testm̃ alicui faceret in futuꝝ ꝙ nõ valeat nec teneat aliq̃liter ipso iure: lꝫ pñs testm̃ factũ: ꝛ t. s. voluit ceteris alijs pualere ꝛc. Rñdeẽ ꝙ nõ: qꝛ verba de quib⁹. s̃. s. cassans ꝛ annullãs ꝛc. sunt verba generalia que nõ sufficiunt qñ ꝑcedens testm̃ cõtinet cl'am derogatoriam de quo. s̃. sed requiritur ꝙ sint verba spãlia. ff. d leg. iij. l. siquis in prin. test. in verbo spãliter. Et tũc essent spãlia quando specialiter facerent mẽtionẽ de precedẽti puta cassans testm̃ al's per me factum tali anno ꝛ mense manu talis notarij ꝛc. vel si diceret cassans omnẽ aliud testm̃ etiaꝫ si contineat clausulam derogatoriam ꝛc. lꝫ non exprimat verba clausule:

clausule: qꝛ tunc essent verba singularia que non requirunt̃. dꝫ ergo fieri mentio de precedēti testō ⁊ de qualitate eius ad hoc vt dicatur specialis. l. si mihi ⁊ tibi. §. in legatis. ⁊ ibi no. ff. de leg. j. generalia vero verba non sufficiunt nisi quando precederet vnicum tantum testm̃ ꝓm Bar. in. d. l. siquis in prin. vel nisi in quibusdam alijs notabilr̃ tactis per Bal. in. l. sancimus. C. de test. in quorum nullo sumus. nam vt dicitur mihi plura alia testamenta fecerat ista domina vltra illud qd̄ cōtinet clausulā derogatoriam ad que dicta verba cassans ⁊c. possunt referri ⁊ sic non tollunt dictum quod hꝫ dictaꝫ clausulam ꝓm bar. in. d. l. siquis. in versi. venio ad secundum. cum sequentibus: ⁊ sic illud remanet validum: ⁊ istud non valet per predicta. ⁊ ita determinat Fede. de senis in cōsi. suo. xlvj. expresse qui fuit summus vir. Laus deo.

¶ Casus talis est.

¶ Testator filie sue reliquit ducentas libras in quibus heredeꝫ instituit Gayum ⁊ Semproniuꝫ filios suos heredes instituit vniuersales: ⁊ si eius vxor pregnans esset ⁊ pareret filium masculum vnum vel plures ipsas vel ipsos sibi equales instituit cum alijs suis filijs predictis. Et in casu quo vnus eorum decederet sine legitimis filijs in pupillari etate vel postea quandocunqꝫ: ꝙ sua hereditas deueniat in alios supuiuentes. Et si dicta eius vxor pareret filiam vnā vel plures ipsam instituit in libris. cc. vt supra deinde post aliquot annos ipse testōr ex dicta vxore suscepit filium Petrum qui nunc est mortuus sine filijs masculis relicta vna filia ⁊ superstite Gayo fratre.

¶ Queritur an Gayus admittat̃ ad fideicōmis. an vero excludetur per filiam Petri qꝛ testator in substōne dixit si vnꝰ eoꝝ decederet sine filijs legitimis: nec adiecit masculis. vtrum illa verba sine filijs comprehendant etiam al's attenta maxime cōiectura voluntatis testatoris qui non videt̃ cogitasse qd̄ filie filiorum excludant fideicom. ne videatur eas magis dilexisse quā filias ꝓprias. ⁊ vtrū iste Petrus dicatur institu. in testō: an vero preteritus: eo qꝛ vxor testatoris tpe testamēti nō erat pregnans de ipso Petro sed facta fuit pregnans demum post testm̃: ⁊ ipsum peperit attento ꝙ non dixit si pregnans est sꝫ si pregnās esset ⁊ pareret: ⁊ infra dixit simplr̃ si pareret ⁊c. Et sic verba sunt extensiua etiam ad futurum ⁊ ad futuras pregnantis quod voluit Jacobus de arena: vt refert Albericus in. l. quod in rerum. in prin. de lega. j.

1 ☞ Utrum neptis nata ex filio instituto excludat substitutū quando testator filias proprias non instituerat̃ nisi in certis quantitatibus.

2 Et an distinguendum sit inter substitutum extraneum ⁊ alium qui sit de descen. testatoris.

3 Institutio facta de eo quem testator credidit esse in ventre vxoris extenditur ad concipiendum.

¶ Consilium. ccccix.

In christi noīe amen.

¶ Casus iste frequenter ꝯtingit ⁊ non sine difficultate decidit̃: qꝛ sunt rōnes satis apparentes hincinde. vꝫ † cum pr̃ instituit vniuersaliter masculum vel masculos: feminas vero in certis rebꝰ: ⁊ deinde substituit masculis filijs post eorum mortem si decesserint sine filijs vel sine liberis qn̄o intelligant̃ illa verba sine filijs vel sine liberis an intelligatur. s. masculis: an vero masculis ⁊ feminis. ⁊ cū essem Florētie tpe quo erat ibi papa Martinus venit ad me casus iste de ciuitate Castelli in hereditate valente circa. x. milia florenorum: qꝛ quidam habēs masculum filiuꝫ ⁊ plures feminas reliquit filiabus certas quātitates iure instōnis: masculū vero instituit heredem vniuersalē: ⁊ si sine filijs vel liberis decederet substituit sibi locum pium. qui filius post aditam hereditatem decessit relicta vna filia tantū: vnde locus pius petebat bona ex substi. dicēs extitisse cōditionē fideicō. qꝛ v̾ba ꝑdicta sine filijs vel sine liberis debēt itelligi. s. masculis qd̄ euenit: ⁊ hoc ideo qꝛ nō est credendū testatorē plus dilexisse neptes ex filio q̃ ꝓprias filias ⁊ eas filias deterioris esse ꝯditiōis q̃ neptes. C. de bonis maternis. l. si viua matre. circa mediū. Sed si intelligerent̃ dicta verba tam de feminis q̃ de masculis iaꝫ essent melioris ꝯditionis neptes q̃ filie: qꝛ facerēt deficere ꝯditionē fideicō. ⁊ sic succederent patri ab intest. ⁊ per ꝯsequēs ēt auo in oībus bonis ⁊ vniuersalr̃. ⁊ tñ ꝓprie filie fuerūt excluse ab vniuersali successione patris: qꝛ nec fuerūt vlr̃ institute sed masculis tm̃: nec ꝑ fideicō. substitute sed locus pius. ⁊ si dicat̃ saltim fuerūt īstitute in certis quātitatibꝰ: sꝫ neptes in nihilo: ⁊ sic filie magis fuerūt dilecte. Rūdet̃ ꝙ ꝑ hoc nō vident̃ magis dilecte: qꝛ pr̃ tenebatur filiabꝰ relinquere legitimā cuiꝰ loco succedūt ille quantitates: sed neptibꝰ ex filio ꝑcedente pr̃e nihil tenebat̃ relinquere sed soli patri: ⁊ tñ totū videret̃ ei reliquisse si substitutū excluderet saltim tacite ⁊ sic filie deterioris essent conditio. in eo qd̄ esset vltra legitimā. Et ꝓ hoc ꝙ dicta verba debeāt restringi ad masculos ne tale incōueniēs sequat̃ ꝙ plus videat̃ dilexisse q̃ minus diligere debuit: ⁊ econuerso minus q̃ plus diligere debuit ⁊ filias suas primi gradus voluisse facere deterioris conditionis q̃ neptē. faciūt no. ꝑ Bar. ff. de libe. ⁊ posth. l. gallus. §. ēt in ver. Quero testator instituit in. q. Ricar. mal. qui dixit verbuꝫ heredes qd̄ de sui natura īportat tā liberos q̃ extraneos restringi ad liberos ne plus videat̃ dilexisse extraneos heredes substituti quē minus dilexit q̃ extraneos heredes filij instituti quē plus dilexit. arg. l. publius. in fi. ff. de condi. ⁊ demon. faciunt ēt no. per eundē. l. fi. ff. ad treb. vbi dicit patrē qui exclusit filias feminas ab vniuersali insti. censet̃ ēt easdē voluisse excludere a reciproca substōne. ar. l. lucius. §. pater. eo. ti. ita hic ꝑdilexit masculos feminis in instōne vniuersali ⁊ quidā ēt filiabꝰ iuris ergo ⁊ in substi. censetur filiū masculū superstitē ⁊ substitutū ꝑtulisse filie femine premortui filij ⁊ sic nepti. ⁊ ꝓ ista parte ⁊ sic ꝓ loco pio substituto ⁊ ꝯtra filiā filij ꝙ substitutū nō excluderet. ego tūc ꝯsului ⁊ fui primus ꝯsultor: postea vero oēs docto. Florē. collegialr̃ quasi oēs aduocati ꝯsistoriales vno excepto demū do. Raph. hic Padue existē. ⁊ fulgosus dixit se ita tenuisse in. l. j. C. d̄ cōdi. inser. vt habet̃ in suis recollectis. sꝫ doc. bonon̄. ⁊ ꝑusini nō collegialiter cōsuluerūt contrarium. s. ꝙ illa verba filijs ⁊ liberis intelligebant̃ ēt de feminis ⁊ de natis ex feminis: ⁊ sic ꝙ illa neptis excludebat locū piū substitutū per. l. j. C. de condi. inser. ⁊ per. l. cognoscere. §. liberoꝝ. de verb. sig. ⁊ per. l. cū auus. iūcta. l. cū acutissimi. C. de fideicō. ⁊. ff. de condi. ⁊ demon. idē consuluit collegiū Auinionis tandē ꝑtes adinuicē ꝯcordauerūt. ⁊ qꝛ postea visa fuit qd̄ dubia ꝓpter multas rōnes que hincinde allegebant̃. postea pluries requisitꝰ pro prima ꝑte cōsulere recusaui. Nūc deuictus instātia amicoꝝ vt dicam quid mihi videt̃ 2 † cogitaui posse ⁊ debere sic ꝓbabilr̃ distingui vt si substitutus erat de descēdētibꝰ testatoris ꝓut in casu nostro: qꝛ est alter filius testōris: ⁊ tūc prima ꝑs seu opi. sit verior. s. ꝙ neptis premortui filij nō excludat patruū substitutū: qꝛ testator censetur habuisse respectū ad agna. suā masculinaꝫ ⁊ voluisse bona sua remanere in familia suoꝝ descēdentium masculoꝝ tā ex eo q̃ filias suas exclusit ab vniuersali insti. ⁊ subst. tū ēt qꝛ masculos substituit inuicē. Et h̄ est hodie multū ī vsu in Italia vnde sunt vbiqꝫ statuta de h̄ ꝙ masculi ⁊ agnati feminas excludunt vnde testōres censent̃ ad hunc cōem vsum habuisse respectum qn̄ subiecta materia pōt hūc intellectū pati. l. j. ff. de ven. inspi. ⁊ qd̄ no. Cy. C. de nup. l. j. ⁊ qd̄ no. in. l. liberoꝝ. de verb. sig. ⁊ sic in casu nr̃o dico dictam neptē nō excludere substitutū ex ꝑsumpta mēte defuncti ⁊ eam nō cōprehendi ap. filioꝝ in ꝑiudiciuꝫ ⁊ exclusionē filij masculi. Nec ob. l. cū auus. ff. de cōdi. ⁊ dmō. vbi erat substi. filiꝰ: ⁊ tñ premoriēte nepote ex alio filio testatoris instituto cum eo. substi. filius excluditur si reliquis liberis vt ibi dicit̃. Et imperator in. l. cū acutissimi. interpretans illaꝫ l. cum auus. intelligit illud verbū liberis. s. tam masculis q̃ feminis: qꝛ dico ꝙ lꝫ multū faciat ꝯ id qd̄ dixi tñ duplr̃ pōt rūderi. ¶ Prio ꝙ ibi nō dicit̃ ꝙ filias feminas excluserit a successione vl'i qd̄ est vnū de duobꝰ necessarijs ad faciēdū presumi ꝙ voluerit consulere ⁊ ꝓuidere agnationi masculine nō feminis vt. s̄. dixi. Nam casus ꝑsens ⁊ eius dubitatio fundatur in hoc ꝙ filias ꝓprias excluserat ab vl'i successione: qd̄ si non esset vt si filias non habuisset res esset clara pro parte aduersa ꝙ neptis excluderet patruum substitutū: nam hoc esset si cōditio ꝑdicta non fuisset specificata sꝫ tacite subintellecta: vt dictis. ll. ergo idem si fuit specificata qꝛ testator intelligit̃ specificando se retulisse ad intellectum iuris. iuxta no. per gl. in. l. sed nisi. ff. de iure do. l. curatores. §. fi. ff. de admi. re. ad ciui. pertinē. ⁊ ꝑtꝫ etiam qd̄ dixi in. d. l. j. C. de condi. inser. ¶ Item scd̄o rūdet̃ ꝙ ibi loquit̃ de iure cōi ꝓm ꝙ in successiōe nō est melior conditio agnatoꝝ masculoꝝ q̃ feminaꝝ. C. de lib. prete. l. maximū vitiū: vnde tpe illius. l. nō ꝑsumebat̃ testator habuisse respectū plus ad masculos q̃ ad feminas: hodie vero ꝓm mores Italicorum nō sic cōcurrēte natura subiecte materie vt. s̄. dixi. Si vero substi. fuerat extraneus vt erat in casu de quo supra dixi: qꝛ testōr vnicum tm̃ filium habebat: non pōt dici ꝙ censeat̃ habitus ille respectꝰ de quo supra. s. bona remaneāt in agnatione masculoꝝ: nō tūc ꝓpter solam exclusionē filiarū feminarū ab vniuersali successione nō sequit̃ ꝙ neptis femina nō debeat excludere substitutū extraneum: sicut enim est equum ꝙ agnati masculi excludāt feminas ēt agnatas ꝓm mores Italicoꝝ ita ⁊ equiꝰ est qd̄ agnate ⁊ descendētes tā masculi q̃ femine preferant̃ extraneis substitutis ⁊ eos excludant. d. l. cum acutissimi. ⁊. l. lu-

eius. la secunda in fi. ff. de here. insti. vt qua ratione testa. filiū suum preposuit extraneo substituto eadē ratiōe & omnē posteritatem filij tam mascu. q̄ femininam per dicta iura. Et sic in questione p̄dicta de qua supra neptis cōtra locū piuz fouebat iustitiā: sed in casu nostro filius testatoris substi. fouet iustitiā contra neptē premortui filij. Et hoc de primo dubio.

3 ¶ † Super secundo nō est insistenduz: sed sine dubio dicendū q̄ fauore testamenti vt valeat & fauore instōnis & hodie preteritionis dictus Petrus censetur institutus nō p̄teri. vt q: testator necesse habebat posthumū instituere si volebat testm̄ nō rumpi: nam exheredare ipm nō poterat sufficiēter: q: requirebatur cā ingratitudinis: vt in auth. vt cū de app. cogno. que in posthumo non cadebat. C. de inoff. test. si quis in suo. verba ergo illa si vxor sua esset pregnans nō cēsetur testator dixisse ad finem q̄ si tunc non erat pregnans: sed impregnaret̄ ab eodez postea venter eius non foret institutus: q: tunc elegisse videt̄ viam ad impugnandum eius iudicium qd̄ non est dicenduz. ff. de testa. mili. l. miles qui destinauerat. sed censet̄ testa. illa verba ideo dixisse: q: credebat testator se mori de illa infirmitate in qua erat. Et sic ad denotandum q̄ si tunc non erat pregnās institutio posthumi non poterat effectum sortiri. Sed si credidisset tunc non mori sed superuiuere verba predicta non apposuisset: immo instituisset quecunq: sibi nasciturum siue ex vxore tunc pregnante siue in futurum impregnanda. l. placet. cum legi. seq. ff. de lib. & posth. Et hoc preualet ac si dictuz fuisset: vt pz in. l. titius. §. j. eo. ti. vbi instō posthumi nascituri cōprehendit posthumum iam natū [a] si testator ignorabat qd̄ esset natus & dixit nasciturum: q: sic putabat nasci debere. C. de posth. her. insti. l. fi. vbi institutio posthumi nascituri post mortem testatoris: q: sic putabat testator extenditur ad natum in vita si testator non fuit mortuus: sed superuixit preter id quod cogitabat. Laus deo.

a ¶ Natū. adō doc. i. l. posthumi. §. j. de iniu. test. & i. l. titi⁹. §. lutius. ō lib. & posth. & in. l. posthūi. §. nominatim. de in iu. test. vbi late ista materia tractatur.

¶ Casus talis est.

¶ Nicolaus bonaldo in patria p̄tāte constitu. suum condidit testamētum in quo suum heredē instituit Jacobū bonaldo eius fratrem & legando ordinauit q̄ ipse Jacobus Catherinam ipsius testatoris filiam cum esset nubilis etatis maritaret & dotaret eius discretione sm̄ eiusdem Jacobi discretionē & facultatem. mortuo dicto Nicolao dictus Jacobus putās dictum testamentum Nicolai valere bonafide hereditatem & bona p̄fati Nicolai tenuit quiete & possedit tāq̄ heres p̄fati Nicolai vsq: ad tempus eius mortis & putauit ad ipm spectare & pertinere: postea factus sui iuris per mortē eius p̄ris suum vltimuz condidit testamentum in quo zanantonium eius fratrem suuz heredem instituit & legauit dicte catherine nepti sue duc. mille auri pro suo maritare sibi dandos p̄ ei⁹ dote per suum heredē tpe nubilis etatis putās se teneri ad eam dotandaz vigore dicti testamenti. Et ordinauit & iussit q̄ si dicta Catherina decederet i pupillari etate vel nō maritata ex dictis duc. mille deneē duc. cc. monasterio sanctorum. xl. pro eius reparatione: cētū pauperibus domicellis in auxilio eas maritandi: & ducati quingēti Laurentio bonaldo eius consanguineo. ¶ Mortuo dicto Jacobo testatore Catherina moritur pupilla non maritata superstite Antonia eius matre & olim vxore dicti Nicolai dicte Catherine filie sue herede petit heredi. Nicolai ab intestato a zanantonio herede Jacobi: qui zanantonius conuentus est a legatarijs per dictum Jacobū substitutis dicte Catherine in dicto legato duca. mille legauit dicta mille dicte Catherine pro satisfactione dicti oneris dotandi sibi iniuncti per Nic. p̄dictum non al's legaturus si non putasset dicta bona ad ipsuz pertinere: vnde cum cesset commodum dicte dispositiōis: q: ipsa non valet cuius respectu dictus Jaco. legauit dictos mille duc. dicte Catherine dz cessare legatū ipsum & per ɔ̄ns ois deo facta substō. Et in casu quo debeantur dicit q̄ dz indēnis conseruari ab herede Nicolai.

¶ Queritur an dicti legatarij substituti dicte Cathe. in dicto legato possunt petere dictos duca. mille.

¶ Presupposito q̄ sic. an dicta Antonia heres Nicolai per mediam personam Catherine ipsorum filie teneatur seruare indēnem zanantonium heredem Jacobi a solutione legati predictorum mille ducatorum.

¶ Presupposito q̄ sic. an teneatur insolidū vel pro parte: & pro quanta parte.

1 ¶ Institutus a fratre qui erat intestabilis si faciat testm̄: & vigore seu contemplatione dicte hereditatis faciat legata nō videtur heredem suum obligare.

2 Et cui⁹ expensis bona a legatarijs sint defendenda an ab ipso instituto cui bona auferuntur an vero ab auferentibus.

¶ Consilium. ccccx.

In christi nomine amen

¶ Uiso & examinato puncto suprascripto: ac ēt visa sn̄ia arbitrali lata inter do. Antoniā matrē & heredē Catherine petētez hereditatē dicti Nicolai pro vna dimidia delatā dicte Catherine filie ab īestato & transmissam ad ipsam Antoniam matrem ex vna parte. Et zanantonium heredem Jacobi reum & conuentum ex altera: in qua sn̄ia p̄nunciat̄ pro dicta. d. Antonia petente. s. qd̄ h'ditas dicti Nicolai p̄tinuit ad dictā Catherinā filiā Nicolai: & nūc pertinet ad dictā Antoniā m̄rem eius ab intestato: 1 † lz Nicolaus instituerit heredem Jacobū fratrē suū & ipm grauauit de maritando & dotādo filiā dicti Nico. que tn̄ nō fuit maritata: sed decessit innupta. Presupposita etiā inualiditate testi dicti Nico. q: erat intestabilis cū esset in p̄ria p̄tāte tpe conditi testamenti. l. qui in p̄tāte. ff. de testa. Et ēt p̄supposito q̄ hereditas dicti Nico. fuerit deuoluta ab intestato ad dictam Cathe. eius filiam: q: lz filiussa. nō possit decedere testa. ēt hodie pōt tn̄ ab intest. habere heredē non solum iure nouissimo auth. in aute. defuncto. C. ad tertul. sed ēt iure. C. vt. l. fi. eo. ti. Presupposito ēt q̄ dicta Cathe. sciens dictam hereditatem patris deuolutam ad eam ab intesta. non obstāte testō paterno qd̄ erat nullum ipsam paternam heredi. adiuerit & sic eam transmiserit ad matrem heredem eius. Nam nisi adiuerit eā transmittere non potuit iure suitatis: q: non potuit esse: nec vnq̄ fuit sua heres: q: nunq̄ fuit in patris p̄tāte quousq: vixit p̄r: sed fuit in p̄tāte aui paterni qui tūc viuebat. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. nam ciuiū. in fi. cū. l. seq. Et sic si nō fuisset adita expresse vel tacite nō fuisset ad matrem transmissa. sed ad p̄ximiorē in gradu ex edicto successorio deuoluta qui forte erat dictus zanantonius & ad eū p̄tineret: lz p̄nūciatū sit ɔtrariū p̄ dn̄os arbitros. Sed super hoc me nō impedio: q: non sum super h' requisitus pz ex. s. scripto casu & quesitis formatis.

¶ Respondeo ad quesita. s. facta. dico ad p̄mum q̄ p̄suppositis predictis tribus de quib⁹. s. dixi dicti legatarij vel fideicōmissarij nō p̄nt petere dictos mille duc. relictos per Jacobum primo loco dicte Cathe. & secundo loco dictis legatarijs si nō nubet dicta Cathe. q: tale relictum non tenet sicut non tenuit testamentū dicti Nicolai & grauamen cōtentū in eo: q̄ Jaco. dotaret dictam Cathe. Nam Jacobus institutus a Nicolao credens habere hereditatem Nicolai volēs exsoluere onus sibi iniunctum a Nicolao reliquit mille dicte Cathe. pro ea maritanda non relicturus verisimiliter si sciuisset se non habituruz heredi. Nico. q: non tenebatur filiā Nico. de sua pecunia maritare. l. cum plures. §. pe. ff. de admi. tu. de tute. & ratio. distr. l. j. §. j. in rōne sui. Presumendū est ergo q̄ reliquerit dicta mille. s. soluēda de heredi. & bonis Nicolai: sicut solui debebāt ab eo si penes eum dicta bona remansissent: non aūt de bonis proprijs ipsius Jaco. arg. eius qd̄ no. in. l. sed si vir. in. j. gl. ff. de dona. inter virū. & qd̄ no. bar. in. l. j. triticū. ff. de ver. ob. de condi. & demon. l. ij. s. q̄ in dubio censetur quis voluisse facere illud ad qd̄ faciendū tenebatur. Et dictus Jacobus tenebatur eā dotare de bonis que fuerūt Nicolai sui fratris & patris dicte catherine sibi Jacobo relictis non de suis. s. Jacobi. Cum ergo bona dicti Nicolai dicto Jacobo & heredi eius veniant auferenda: q: testamentum Nicolai non valet: similiter & onus dicto Jacobo per Nicolaum iniunctum non valet: & per ɔ̄ns nec relictum factum per Jacobuz de dictis mille dicte Catherine vel post illius mortem alijs substitutis si non nubent ne perdito & ablato sibi vel heredi eius cōmodo remaneat onus iniunctum sibi occasiōe dicti cōmodi qd̄ sperabat. l. cum pater. §. cū estimaret. ff. de legatis secūdo. de iure codicil. l. is qui. de lega. iij. pamphilo. §. fi. ¶ Nam eadem mille que reliquit Catherine reliq̄t substitutis si Cathe. non nuberet. Sicut ergo si Cathe. vel ei⁹ heres aufert dicto Jac. vel ei⁹ heredi bona quondā Nico. nō possent petere dicta mille: q: veniebāt eis exsoluēda de dictis bonis que auferuntur: ita nec substitutis quibus nō sunt soluenda: nec ab herede Jacobi a quo relicta fuerunt: nec ab herede Catherine a qua non fuerunt relicta: & sic dictum relictum factum substitutis euanuit rationibus predictis. & hoc de primo quesito.

2 ¶ † Ad secūdum & tertium quesitum r̄ndeo qd̄ si dicta Antonia mater & heres Catherine vult habere bona q̄ fuerūt Nicolai ex persona catherine p̄ut fuit p̄nunciatū per arbitros: & ea petit a zanantonio herede Jac. dz illi cauere de defendēdo ipz aduersus dictos substitutos volentes petere dicta mille: quia dicta sn̄ia arbitrorum nō preiudicat dictis substitutis q̄n adhuc possit

possit de facto petere dicta mille. et dicere quod immo testamentum dicti Nicolai valuit et sic eius hereditas ad Jaco. ptinuit cum onere sibi iniuncto. et p consequens fideicō. relictū eis a Jacobo si illa nō nuberet. et qd imputet sibi zanan. cur cōpromisit. l. si dictū. §. si cōpromisero. ff. de euic. vel pōt dicere de facto qd illud fideicō. censeat relictū de bonis et hereditate Jacobi que non auferunt zananto. put audio qd dicit. Nam iterato oportebit ostendere zrium et sniam sup hoc obtinere pro dña Anto. iuxta no. in simili p Bar. i. l. at qui natura. §. cū me absente. ff. de neg. gest. Sed nō esset conueniēs q ipsa Antonia teneret et gauderet bona vel bonis Nicolai ex psona Catherine. et penes zanantonium remaneret onus defendendi ea dicte Catherine vel matri eius. potius ergo ea defendat ipsa mater ꝯ dictos substitutos sicut defendit cōtra zanantoniuz: et ostēdat iterato dicta bona pertinere ad se et dictū testamētum nō valuisse nec etiam fideicō. relictū per Jaco. contēplatione dictorum bonorum suo periculo et expēsis. qd patet qz si dictus zananto. ante litē sibi motā super hereditate dicti Nicolai soluisset dictis legatarijs vel fideicom. dicta mille. et postea lite mota super hereditate succubuisset nō teneret dictā hereditatē et bona restituere dicte Antonie virtute snie nisi facta deductione dictorum mille que indebite soluisset cessa tamē conditione indebiti dicte Antonie cōtra fideicōmissarios quā suo periculo et expēsis intētabit vt est casus in. l. q si possessor hereditatis. in fi. ff. de peti. heredi. vbi est casus recte cōsiderando de eo qd queritur. Si enī eo casu quo soluisset zanantonius posset sibi cōsulere aduersus Antoniaz per deductionē et p cessionē fiendā eidē cōtra fideicōmissarios vt est ibi: casus eodē modo si nō soluit sed dubitat ne ab eo petatur: qz peti possunt saltim de facto et possint petentes obtinere si causa nō defenderetur potest et debet sibi cōsuli remedio cautionis de defendendo eum aduersus volentes petere fideicommissarium relictum cōtemplatione bonorū que dicta Antonia petit et vult habere. arg. eo. ti. si quid possessor. scdo rñso ibi. Et ideo iul. zc. Ne dicto zanantonio noceat bonafides et ppter eaz in damno remaneat. l. sed si lege. §. consuluit. et. l. item veniūt. §. pridie. ver. eos. eo. ti. Et dico qd habet cauere de defendēdo in totum qz fideicom. in totum est nullum: quia si est penes zanantonium est remansurū de bonis dicti Nicolai. Ita nihil debet remanere de incōmodo occasione dictorum bonorum. vt dicta l. cum pater. §. cum estimaret. cum simil. ff. de leg. ij.

1 ☞ In flumine publico non nauigabili licet edificare et aquā deducere vicinis inuitis qui hoc solū pretendūt interesse q ipsi postea nō poterunt edificare sine prioris edificantis iniuria.

¶ Consilium. ccccxj.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Ad id de quo querit rñdet qd dictus ser Anto. victor qui incepit edificare est ille qui licite pōt edificare nō obstāte prohibitione aduersarij qui nō debet esse potior in prohibēdo q ipse ser Antonius in edificando cuz dicta aqua sit publica et sic neuter eorum habeat ius potentius altero ideo prefertur occupans quo ad vsum et non est nauigabile ne ad publicuz vsum de scientia taciter interueniat prohibitio superiori habente vel tenente locuz principis vel senatus vt est casus in. l. quominus. ff. de flu. et qd ibi per Bar. in. ij. q. vbi dicit qd cōcurrentibus predictis ille qui primo edificauit in flumine dicit habere vel edificasse autoritate qua flumina et caruz iura sunt publica et vsus. institu. de rerū diui. §. fluminuz. et. §. riparum. et hoc de iuregen. qz lex ciuilis non pmittit ducere aquā sed declarat in flumine non nauigabili per iura ciuilia non esse prohibitum id qd de iuregentiū est licitum: dum tamē ille qui ducit primo ducat sine iniuria vicinorū: al's secus: vt in tit. seq. ff. ne quid in flumi. publi. l. j. in prin. et. §. sunt qui putāt. sed hic est huiusmodi: qz vicino phibēti nulla fit iniuria vel damnū: solum enim pretendit vt dicit hoc interesse: qz si dñs Anto. victor posset edificare nō posset ipse inferior postea edificare: qz edificando noceret ipsi ser Anto. victori qui primo edificasset propter aque restagnationē et sic cōpelleret destruere: sed certe ista non est bona: ideo qz per hoc nō infert sibi iniuria si ppter hoc prohibeat ipse posse edificare: sed auferet sibi lucrū et nō est par eademq ratio damnū admittere lucrū nō capere. C. de codicil. l. fi. et que in frau. credi. l. qui aūt. in prin. ita dicit Barto. in. d. l. quominus. in. ij. q. princi. Et vlterius in. v. q. princi. dicit si duo inceperūt edificare in eodem flumine vel aqua: vnus vna die: et alter altera die: et edificium vnius sit alteri nociuū et si nō sit tolerandum ille prefert qui primo incepit edificare et sic aquā occupauit qz que in nullius bonis sunt occupanti cedunt vt iura dicūt. ff. de acqui. re. do. l. iij. cū simil. quāq dicta iura loquātur in reb' cōibus: vt sunt ille que celo: terra: mariq capiunt: nos loqmur in his que sunt publica: tū ipe Bar. tenet idē dūmodo ille qui incepit psequat: et dicit q ille dicit incepisse: de quo in l. j. §. cepisse. ff. de publi. sed si postq incepisset negligeret dicit ipse q perderet ius poccupatiōis. Ex qb' satis apparet dictū ser Antoniū preferēdū in edificādo et ipsum nō posse phiberi ab aduersario: qz ipse ser Anto. preoccupauit et ille nō fouet iustam cām phibēdi cū nō pretēdat iustū interesse et dānuz: qnimmo dictus ser Anto. poterit prohibere aduersariū volētez edificare si edificiū qd facere vellet foret ipsi ser Antonio dānosum ppter ingurgationē seu restagnationē aque sicut ecōtra si inferior vicinus polite edificasset et postea ser. Antoñ. superior vellet edificare in preiudiciū et dānuz inferioris bz Bar. in ea. l. q. ij. et. iiij. et qd no. ff. de edē. si quis ex argētarijs. §. si initiū. C. de serui. et aqua. l. si manifeste. Et habebit pfatus ser Anto. vel interdictū de quo in tit. ne quid in flu. pub. vl' negatoriā actionez: vt p eūdē Bar. i ea. l. q. iiij. de aqua plu. ar. l. j. §. itē sciēdū. cū seq. Ex qb' pt; rñso ad ea de quibus querit. Laus deo.

¶ Et ita videt mihi Paul. de cast. vtriusq iuris docto. dicendū de iure: et ad fidem me subscripsi et sigillaui zc.

1 ☞ Licet nunciatio noui operis fiat parte non citata remissio tamen nunciationis non potest fieri parte non citata.

2 Et qualiter intelligatur quod ea que fiunt sine cause cognitione simili modo reuocātur.

3 Utrum is qui edificauit fidens in remissione iudicis que fuit nulla debeat suis expensis demoliri edificata siue iuste siue iniuste edificauerit.

Error etiam iuris excusat a dolo et non nocet: immo prodest in damnis euitandis.

¶ Consilium. ccccxij.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Uisis punctis seu casib' supradictis. Et cōsilijs redditis sup eis. Dico clarum esse qd dicta remissio nūciationis fieri non debuit nec potuit de iure: nō cōsentientib' vel nō psentib' aut nō citatis vel reqsitis illis de luporis ad quorū instantiā seu per quos facta fuit nūciatio. Et secus facta non tenet ipso iure qd patet. Naz aut non fuerunt presentes nec citati tempore quo iudex accessit ad locum. quod dicitur pluries fecisse: et cognouit an Nicolaus iuste vel iniuste edificaret. Et tunc est clarum quia talis remissio debuit fieri causa plene cognita: quia non erat tunc prestita satisdatio de demoliendo: vt patet in. l. j. circa prin. in versi. remitteretur. ff. de ope. no. nun. in verbo eaten' quaten' zc. vbi h colligitur: et ex his que ibi not. per Bart. post gl. in. viij. q. lz pstita satisdatiōe fiat remissio ipso iure et sine alia cause cognitione p edictū ptoris. de quo in. l. ptor. §. deinde. e. ti. Sed cause cognitio nō dz fieri nisi partib' pñtib' vel altera eaz absente et cōtumace: et sic citata et non comparente. l. in cause. la prima. §. causa enim cognita. ff. de mino. merita namq causarum partiū assertione panduntur. C. si per vim vel alio modo. l. fina. in fi. si propter publ. pēsi. si deserta. in fi. vnde dicta remissio nūciatiōis videbitur facta causa non cognita: et sic nulla si tempore quo iudex accessit ad locum vt videret an ille iuste edificaret vel non: illi de luporis non fuerunt presentes nec vocati de quorum preiudicio agebatur: forte enim aliqua dixissent qd iudicez traxissent in eorū sniam. ff. de arbi. l. si in tres. in fi. ideo sicut sentētia diffinitiua lata sine cause cognitione nō tenet. C. de sentē. l. prolatam. cū ibi not. ita nec ista remissio que habuit vim sententie diffinitiue cū alia snia nō expectaret. C. quomodo et quādo iudex. l. pses quasi desertam: qz vtrobiq pro substātia reqrebat plena cause cognitio cum afferret plenum preiudiciū. Nec habet obstare qd in nunciatione noui operis nō fuit facta partis vocatio: nec adhibita fuit cause cognitio qz ista nō requirūtur in ea cum fiat autoritate iuris scripti et ppter periculū qd esset in edificando interiz si hec requirerent. Et qz ille cui fit de facili pōt euadere hoc preiudiciū scilicet satisdādo de opere demoliendo quo casu poterit libere et licite edificare si habet ius edificandi. et super hoc prouidit edictū pretoris. et titu. de ope. no. nun. Non sic in remissione nunciationis que fit per iudicez nō prestita satisdatione prouisuz est vt fieri possit sine cause cognitione et parte non vocata qz est imputandū ei cui facta est nunciatio quare non satisdat si hoc vult: qz tunc remitteretur nunciatio ad tps idest quousq appareat ipsum nō iure edificare. Sed quādo nō satisdat et petit remissionē censet petere vt fiat perpetuo et ex cā qz habet ius edificādi ideo cēset velle q de h plene cognoscat vt sic fiat perpetuū et plenū preiudiciū nūcianti sed hec plena cause cognitio fieri nō potest nisi partib' psentibus vel altera ipsarū absente citata et contumace que pro presente haberet tunc. C. de iudi. properandū. §. cū autem hermo-

ditium. unde si pars est absens & nõ citata deficit id qđ est substantiale huius remissiõis fiẽde. p hoc rñdet ad ea que no. in. l. minor. xxv. an. ff. de euic. in glo. que incip. quod põt. & ad quod dicitur qđ ea que fiunt sine cause cognitiõe similiter sine cause cognitione reuocant vt in. c. j. vt lite pen. & ibi p Jo. an. etiaz de elec. querelam per Inno. & in addi. Specu. ti. de sen. §. iij. vbi de precepto facto sine cause cognitione. & per Bal. C. de pac. si pacto quo penã. in prin. Nã ista procedũt in actu nõ debite facto die feriata vel sine cause cognitiõe qꝛ nõ erat a iure scripto permissus. iõ sicut de facto pcessit ita & de facto reuocari põt. sc3 similiter die feriato vel sine cause cognitiõe. Nos loqmur in actu debito modo facto sine facti cognitione qꝛ pmissus erat a iure scripto vt est nũciatio noui operis per ea que supra dicta & scripta sunt vñ nõ põt dici ꝙ fuerit fact' de facto immo de iure. & p ꝯñs ꝙ de facto reuocari possit: imo d3 reuocari de iure. Nec põt dici ꝙ de iure videat reuocat' parte absente nõ citata: qꝛ similiter fuit facta parte altera nõ citata qꝛ ius bene permittit ꝙ fiat parte nõ citata qꝛ in hoc nõ vertit preiudiciũ sed nõ pmittit qđ reuocet parte nõ citata & nõ pstita satisdatione qꝛ tunc ageret de pleno preiudicio inferẽdo nuncianti. Et sic alia ratio pactũ idest rem reformat. C. de trãsac. l. interpositas. Nec etiã ob. pdictis no. Bar. in. l. qui opus. ff. de ope. no. nun. de qua dicitur alteram partez facere magnũ festuz. Nam nihil facit si bene inspiciat loquitur eñ qñ remittit iudex nunciationem nulla subsistente legitima cã. Et vult ꝙ si hoc facit parte presente tunc qꝛ facit cã cognita tunc valet remissio sed est iniusta & grauat partẽ. Est eñ tunc remissio rite facta pter partis presentiam. & sic nõ est nulla qꝛ nõ peccat in ordine seu solẽnitate sed in iustitia. ff. de re iudi. l. preses. Sed si hoc fecit parte absente subaudi & nõ vocata tũc dicit facta sine cause cognitione qꝛ vt dixi cause cognitio requirit alterz de duob'. sc3 partis psentiam vel citationem ideo dicitur non rite facta & per consequens nulla nõ seruato ordine iuris. Sed ego dico ꝙ nõ recte facta fuit tenendo ꝙ non subesset cã iusta. Sed vltra dico ꝙ ẽt si suberat si tamẽ facta fuit parte absente & non vocata licet nõ dicatur iniusta vel non recte facta dicit tñ facta non rite & non seruato iuris ordine. & sic fuit & est nulla licet nõ iniusta. Et iste potest esse casus noster presupposito ꝙ ille re vera haberet ius edificandi. Nam nihilominus citandi erant dicti nunciatores in cause cognitiõe: al's dicet denũciatio facta sine cause cognitiõe: & sic nulla. Sed ponamus qđ interfuerunt predicti tpe vel tpib' quo vel qb' iudex accessit ad locũ: & sic in cause cognitiõe. Sed tpe quo iudex dedit licentiã edificãdi ex eo qđ ius edificandi habebat nõ interfuerunt: nec fuerunt vocati videt tũc cessare predicta. Et ꝙ valeret vel valuerit datio licentie: per. l. q̃uis indubitati. C. de adul. in fi. videt enim sufficere ꝙ interfuerint tpe cause cognitionis: qꝛ tunc potuerũt dicere quicquid voluerunt: & si dixerunt vel nõ dixerunt conquerant de iudice nõ de parte vel de licentia vt dicãt cã nullã per illã. l. q̃uis indubitati. in fi. cõtrarium tñ videt verius: qꝛ nõ sufficit quez affuisse in toto processu q̃tũ ad hoc vt valeat sentẽtia lata cõtra eũ nisi etiã affuerit tpe sentẽtie vere vel ficte: qꝛ citatus ad ipsam & nõ cõparuit: vt p3 ex no. in gl. pe. que incip. ob hãc in aut. iubem'. C. de iudi. & in cle. sepe. de ver. sig. in ver. sñiam. in verbo ad id. & l. de vnoquoqz. ff. de re iudi. C. quomodo & qñ iudex. l. ea q̃. ff. de adop. l. nã ita diuus. C. de emanci. libe. l. nec auus. cũ simi. Nec obstant no. in. l. q̃uis indubitati. qꝛ ibi plura concurrebãt q̃ nõ hic. s. qꝛ sententia lata erat pro absente nõ cõtra: hic vero cõtra & qꝛ hoc nõ sufficeret per no. in. l. furioso. ff. de re iudi. erat aliud sc3 qđ cã erat criminalis in qua iudex potest supplere ex officio defectum absentis. ff. de pub. iudi. l. pe. in prin. hic erat cã priuata in qua non sic. Itẽ ibi erat in cã conclusum: hic non: vt patet ex ibi no. per Cy. Itẽ nõ obstãt no. per Inno. in. c. auditis. de pcur. qꝛ locũ habent in vera interlocutoria postꝙ sperat diffinitiua hic non sperabat alia diffinitiua. Et sic l3 esset interlocutoria respectu ordinis iudiciarij non seruati: tñ habebat vim diffinitiue qꝛ totũ id de quo erat questio terminabat. s. an ille haberet ius edificandi vel non. Et sic idẽ iuris in ea qđ in vera diffinitiua vt colligit ex. l. si preses quasi deserta. C. quomodo et qñ iudex. Itẽ debet intelligi dictum Inno. in interlocutoria q̃ nullius vel modici esset preiudicij. l. sed interpellat. §. j. ff. de arbi. de in integ. resti. l. scio. al's dixisset Inno. contra multa iura de quibus. s. & cõtra naturalem rationẽ vel equitatem vt iudex absenti & ignoranti & non vocato posset afferre preiudiciũ: vt in regu. non debet alteri. de reg. iur. de aqua plu. arcẽ. l. in concedẽdo cũ. l. seq. Sed hic afferret magnũ & plenũ piudiciũ dicta interlocutoria si foret valida: qꝛ clauserit os ppetuo dictis delusoris vt non possent dicere cõtrariũ. s. illũ nõ habere ius edificãdi: al's nõ esset dria iter hãc remissionẽ q̃ fit a iudice satisdatiõe nõ pstita: & illã q̃ fit pstita satisdatiõe: qꝛ fit ad tps. s. quousqz de iure doceat. Nec pptea dico ꝙ in tali remissiõe q̃ fit per iudicẽ semp requirat libelli datio & lit. cõtest. & alius ordo iuris eo mõ quo dicit glo. requiri in psecutione nunciatiõis. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. quid enim si p euidẽtiam facti potest apparere de iure suo. Nam cuz per hoc deducatur res in notorium. l. edicto. C. de edic. diui adria. & l. si in ruptione. §. ad officiũ. ff. finium regun. in talibus notorijs nõ reqritur probatio nec ordo iuris: vt in. c. super eo. de testi. cogẽ. et no. Jo. an. in. c. j. de appel. lib. vj. in nouel. in fi. prime col. l3 reqratur sñia. de diuor. c. porro. de appel. c. cũ sit. & qđ no. i. l. empto rem. in prin. ff. de acti. empt. tunc ergo requirit ille ordo de quo per glo. in. §. qui opus. cum res est dubia & per euidẽtiã facti nõ põt veritas cõprehẽdi: & sic est necesse deuenire ad pbationes testium vel instrorum. Et hoc tam in prosequente nunciationẽ quã in petente remissionẽ cũ vtrobiqz sit eadẽ ratio.

¶Ser Franciscus Bonaldo cōdito per eū testamēto in quo reliquit Agneti eius filie ex secūda vxore libras quingētas pro suo maritare pro eius dote. Et in oib⁹ ⁊c. instituit hr̄des suos vniuersales equaliter Jacobū ⁊ Nicolaū eius filios ex vxore premortua. Et Gasparinū eius filiū ex vxore scd̄a viuēte ⁊ eorum filios masculos. Et si alter ipsorū decederet sine filijs tūc substituit superuiuētem vel superuiuētes fratres ⁊ eorū heredes masculos vulgariter:pupillariter ⁊ per fideicōmissuz. Et deficiētibus eoꝝ heredib⁹ masculis tūc eis substituit feminas in stirpē ⁊ nō in capita. Et si contigerit habere posthumos vnū vel plures masculos sibi heredes equaliter eos instituit cū dictis Jacobo:Nicolao:⁊ Gasparino eius filijs masculis cum modis ⁊ cōditionib⁹ superius descriptis de masculis ⁊c. prout lati⁹ i dicto testō cōtinet:ꝯ cui⁹ copiā trāsmittit. Qui ser Frā. postea superuixit ānis fere decē nato sibi alio filio ex dicta secūda vxore vocato zanantonio in quo etiā tpe dicti Jacobus ⁊ Nicolaus fratres vtrinq; cōiūcti seorsuz habitabāt a patre habentes certa bona simul in cōmunione relicta sibi per quendam eorū auunculum ex qbus ipsi viuebant ⁊ in eis trafficabāt Postq; dictus Nicolaus decessit extra ciuitatē existēs in patris ptāte:relicta Catherina eius filia vnica legitima ⁊ naturali:⁊ cōdito testamēto in quo voluit ⁊ ordinauit filiā suā pupillam cū erit nubilis etatis per ser Jacobū eius heredē vniuersalem maritari debere fm ⁊c. Et dictū ser Jaco. eius heredem vniuersalē instituit ⁊ apposuit clausulā codicillarē ⁊ donationem causa mor. quā dispositionem pater postea ratificauit put melius de iure potuit. Quorū oium copia transmittit. Deinde dictus ser Fran. decessit iam premortuo Gasparino eius filio. Et relictis Jacobo ⁊ zanantonio post testamētuz nato. do. Agnete eius filia iam maritata:⁊ Catherina eius nepte ex Nicolao eius filio premortuo. Postq; dict⁹ Jacob⁹ veniēs ad diuisionē oium bonoꝝ paternorum cum dicto zanantonio equis portionibus inter eos diuisit:⁊ reputans bona hereditatis dicti quondā Nicolai eius fratris ad se solū spectare vigore dispositionis condite per dictū quōdā Nicolaū de qua. s. ea sol⁹ tenebat dirigēs oēs act⁹ tam in iudicio q̄ extra pertinētes dicte hereditati in psonā suā tm̄ minime cōtradicēte. Et veniens ad mortē dictus Jacob. condidit testamētuz in quo legauit dicte Catherine filie dicti quondā Nico. eius fratris libras mille pro suo maritare sibi dandas tpe nubilis etatis. Et qd̄ interim alimentet apud matrē suā expēsis hereditatis ipsi⁹ testatoris. Et suū heredē vniuersalē instituit zanantonium eius fratrez cuius testamēti copia transmittit: Postea decessit dictus Jaco. relictis dicto zanantonio eius fratre.d. Agnete eius sorore ⁊ Catherina filia dicti quondā Nicolai. Ex quibus omnibus plura oriunt dubia:suppositis statutis ciuitatis ⁊ prouisionibus ducalibus ⁊c.

¶Queritur primo an dispositio de qua supra dicti Nicolai mortui in patris potestate ⁊ confirmata postea per patrez eius aliquo modo vel iure valere possit.

¶Scd̄o posito qd̄ valeat aliquo modo vel iure an Catherina filia dicti Nicolai petere possit tantū legitimā de iure cōi:an vo petere possit duas partes bonoꝝ paternoꝝ habito respectu ad tres partes vigore statuti sub rubrica de masculoꝝ succes. in fi. sui vbi statuitur non licere ascendentibus relinquere extraneis vltra tertiam ⁊c. Et hoc q: aliqui dicunt statutum locum habere in testamentis ⁊ non in donationibus.

¶Tertio queritur si dicta Catherina vel alius eius nomine infringeret dispositionem dicti quondā Nicolai eius pr̄is vel in iudicio succūberet ⁊ obtineret partes duas libras bonorū hereditatis quondā Nicolai eius patris vigore statuti suprascripti:vel obtineret tantū legitimā de iure comuni: an ex his omnibus vel altero istoꝝ priuata seu priuāda legato libraꝝ mille sibi facto in testamento Jacobi eius patrui veniret:⁊ an in toto an pro parte an in nullo similiter de relicto alimentoꝝ sibi Catherine facto in dicto testamento.

¶Quarto an dicta Catherina possit venire ad aliquā partē bonorū dicti quondā ser Francisci eius aui pr̄ni ex ei⁹ testamēto.

¶Quinto posito qd̄ nō possit ex capite testamēti an poterit venire de presenti ad legitimam sibi debitā de iure communi ⁊ ex prouisionibus ducalibus cum reperiatur in testamento preterita aui paterni tempore eius mortis vt in prouisione.

¶Sexto posito qd̄ non possit ex.s. scripto capite:an poterit petere se dotari ⁊ quando vigore statuti de masculorum succes.

¶Septimo si casus occurreret qd̄ suprascript⁹ zanantoni⁹ fili⁹ dicti quondā ser Francisci qui solus remāsit de marib⁹ descendentib⁹ dicti ser Frācisci decederet in pupillari etate vel postea qn̄cunq; sine filijs:an dicta Catherina simul vocaret cuz.d. domi. Agnete sorore dicti zananto. vigore substitutionis facte in testamēto ser Frā. q: substituit feminas deficiētib⁹ mascl'is.

¶Octauo posito qd̄ dicta Catherina aliquid acquireret ex testamēto ser Frācisci eius aui paterni vel ex alio capite vel non acquireret ⁊ decederet in pupillari etate vel postea sine liberis: an dictus zananto. eius patruus vel.d. Agnes eius amita possent venire ad bona.d. Catheri. vigore dicte substitutōis facte de posthumis in testamēto dicti ser Frāci. eius aui paterni exclusa matre dicte Catherine:⁊ ex q̄rta parte cuz tpe mortis aui paterni dicta Catherina esset in eius parte constituta.

1 ☞ Consensus patris in donatione filij causa mortis post mortem eiusdē prestitus nō conualidat donationem.

2 Statutū prohibēs quēpiam relinquere extraneis in testamento an habeat locum in donatione causa mortis.

De verbo extraneis ⁊ de verbo venientibus ab intestato.

3 Sublato commodo hereditatis tollitur onus iniunctuz eius contemplatione.

4 Filia non petit legitimam qn̄ ex statuto masculi preferuntur.

5 Auus tenetur dotare neptem.

¶Consilium.ccccxxxviij.

In christi nomine amen.

¶Quātum ad primū quesitū clarū est qd̄ dicta dispositio Nicolai mortui in patris potestate nō potuit:nec pōt valere iure testamēti vel codicillorum.l.qui in potestate.ff.de testa.de leg.j.l.ij. C. qui testa. face. pos.l.penul. 1 †Sed videt valere iure donatiōis cā mor. ppter cōsensum patris subsecutū.per.l.tam his.§.j.ff.de dona.causa mor.q: cuz requirat cōsensus patris qn̄cunq; interuenerit sufficit.iuxta nota.in.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui.heredi.per Bartol.⁊ per eundē in.l.tam his.§.j.de dona.cā mor. In contrariū qd̄ idē Bar.ibi not.in fi.qui dicit qd̄ qn̄ consensus patris interuenit ex postfacto debet fili⁹ perseuerare in eadem volūtate donādi ad hoc vt donatio cōualescat.alleg.no. p eundē in.l.in mortis.eo.titu. Sed in casu nostro tpe quo pater laudauit et approbauit dictam dispositionem filius erat iam mortuus ⁊ sic eius volūtas erat iam extincta. ff.loca.l.iiij.ergo in ea fili⁹ nō perseuerabat:⁊ per ꝯn̄s talis approbatio patris nihil profuit ad conualidandum dictā donationē. Preterea ⁊ subtilius dicta donatio ab ipso principio sine patris cōsensu non fuit valida:sed veniebat validanda ex consensu secuturo: ⁊ sic interim erat in pendēti. Siue ergo dicamus qd̄ secuto consensu donatio cōfirmet: vt ex nūc ⁊ sic donatio trahatur ad consensum:siue vt ex tunc ⁊ sic consensus trahatur ad donationem sequit qd̄ fiat hoc per quandā fictionē que dicit fictio translatiua:q: vnū tēpus trahitur ad aliud.iuxta plene no.p Bar.in.l. si is qui pro emptore.ff.de vsucap.in qua fictione requirit habilitas extremorū idest qd̄ oia sint in eodē statu taliter qd̄ act⁹ posset de nouo ⁊ tunc fieri cū consensus interuenit fz Bar.ibidem.⁊ probat in.l.qui balneum. §.titia prediū.ff. qui potio.in pigno.habean. Et sic requirebat qd̄ filius viueret tūc tēporis cū pater approbauit:q: tunc potuisset de nouo fieri:cuz autem esset mortuus nō poterat de nouo fieri: igit dicta donatio per talem consensuz patris postea subsecutū nō potuit recōualescere.casus est expressus qui decidit istud dubiū in.l.fi.ff.cōmuni. predio.versi. Et ideo. Et sic dictus Nicolaus decessit intestat⁹ ⁊ sine donatiōe cā mor. vn̄ filia sua sibi successit in oibus bonis suis aduētitijs excluso patre ipsius Nicolai ⁊ etiā fratrib⁹. C. de suis ⁊ legi.aut.in successione:⁊ in corpe vnde sumit. Nec ob. pdictis prima prouisio ducalis que incipit qd̄ de cetero quodcunq; vltimū testamētuz ⁊c. q: loquit de testamēto facto p psonam habilē ad testādū vt ibi dr̄ in prin. sed iste Nicolaus non 2 erat talis. ¶†Circa scd̄z quesitū dicēdū est qd̄ etiā si dicta dispositio foret valida iure testamēti vel donationis cā mor. nō potest pater suus sibi relinquere min⁹ q̄ esset sua legitima postq̄ nō habebat filios masculos que erāt due tertie oium bonoruz que ipse habebat fm formā statutorū. Et hoc ppter tertiā q: rtam prouisionē ducalē que incipiūt vna. ¶Et si in aliqua pte. Et si in aliquo testamēto. Et ppter statutū cōmunis Taruisij qd̄ incipit ad decus in fi. vbi dicit qd̄ nō liceat ascēdentibus relinquere extraneis personis vltra tertiā partē bonorū suorum:

relique due tertie debeāt applicari veniētibꝰ ab intestato. Nā
ex eo qđ dicit ascendētibus patet vt sit rectus sensus qđ illud
verbū extraneis sumiť pro oībus illis qui nō sunt descenden-
tes: ⁊ illud verbū veniētibꝰ ab intestato sumiť pro descendenti
bus vt sic perinde sit ac si diceret ꝙ nō liceat ascēdētibus relin
quere alijs nō descēdētibus vltra tertiā bonoꝝ: ⁊ relique due
sint descēdentiū: ⁊ ita audio qđ semꝑ fuit intellectū ⁊ practica-
tum dictū statutū. scꝫ qđ legitima filioꝝ sint due tertie: lꝫ de iu-
re cōi sit tertia vel semis ꝧm numerū liberoꝝ. C. de inof. test. auť.
nouissima. In illo aūt qui habet descēdentes cōstat ꝙ illi sunt
veniētes ab intestato: vt. d. auť. i successiōe. Nec ob. qđ statutū
dicit qđ nō liceat relinquere in testamentis ⁊c. Et sic per viam
donatiōis cā moꝛ. videtur qđ possit extraneis relinquere vltra
tertiam: qꝛ ex eo qđ statim sequiť qđ due tertie debeāt applica
ri veniētibus ab intestato que verba referūtur ad omnē modū
relinquēdi: qꝛ voluit descendētibus prouidere de duabus ter-
tijs: ideo ꝓhibuit extraneis relinqui vltra tertiaꝫ in testamēto:
sed prima ratio ampliat dictū ad oēm modum relinquēdi sicut
etiā restringere solet. ff. de leg. iij. l. nomē debitoris. §. fi. vbi ca-
sus qđ ampliat. de acquir. pos. si is qui animo. per Dy. post gl.
de leg. ij. cū pater. §. dulcissimis. in quibus est casus qđ restrin-
gitur per rationē. vnde videmus in fil'i. ꝙ si testatoꝛ ꝓhibet rem
alienari extra familiā si vltra nō ꝓcedit sufficit primā alienatio
nem fieri in familia. l. pater. §. xv. ff. de lega. iij. sed si adijciat qđ
vult eam in familia remanere efficiť ꝓhibitio realis ⁊ oīs alie-
natio nō solū prima: sꝫ sequētes prohibenť. l. peto. §. fratre. ff.
de lega. ij. ⁊ ibi per Bar. Nec est ratio quare deberet ascēdens
plus prohiberi relinquere extraneis vltra tertiā q̄ per testamē
tum qđ est magis fauorabile. l. in testamētis. de reg. iur. q̄ ꝑ do
nationē cā moꝛ. Nec quare descēdentes deberēt esse deterioris
conditionis scđo casu q̄ primo. ideo ⁊c. lex autē vel statutū de-
bet esse rōnale. iiij. dist. c. erit autē. Et vbi nō est dare diuersita-
tem rationis ibi nec iuris danda. ff. de iniusto testa. l. ij. post ṗn
cip. ibi: nec ratio diuersitatis ⁊c. ff. ad legeꝫ aquil. l. illud defun-
cte. l. j. Potest etiā dici qđ sumus in casu statuti: qꝛ in testamen
to fuit factū istud relictū vltra tertiā isti Jacobo fratri testato
ris capiēdo testm̄ prout de facto fuit factū: qꝛ fuit heres institu
tus: que institutio nō fit nisi in testamēto. C. de testa. non codi-
cillum. Et si dicať nō valere iure testamenti sed iure donatiōis
cā moꝛ. Rūdeo qđ nō debet inspici hec interpretatio iuris sed
potius qđ de facto gestum fuit. voluit em̄ testari ⁊ de facto fuit
testatus: lꝫ iuris interpretatio nō patiať: sed nos debemꝰ cōsi-
derare primū. scꝫ prout de facto fuit ⁊ prout testatoꝛ putauit ⁊
prout esset si testari potuisset. per tex. no. ⁊ qđ ibi no. Bar. in. l.
eum qui. §. pe. in fi. ff. de his quib. vt indig. ⁊ per. l. quo loco. §. si
iam mortuo. ff. de here. insti. ⁊ qđ no. de cōdi. inde. l. seruo manu
misso. in glos. Verū est ḡ dicere ꝙ est Nico. in suo testō capiē-
do testamentū prout de facto fuit: ⁊ ꝧm suam primeuaꝫ intētio-
nem reliquit extraneo vltra tertiā: ergo fecit cōtra dispositionē
statuti: lꝫ attēta iuris dispositiōe: ⁊ secūdaria intētione sua que
nō debēt attēdi: nō reliq̄rit in testamēto sꝫ i donatiōe cā moꝛ.

a ¶ Aduētitia. Facit ad hoc qđ not. voluit do. Alexan. de imol. in cōsilio lx. in. iiij. vol. et vide doct. in. l. iiij. ad. l. falci. vbi multa ad materiam colliges.

3 ¶ Ad tertiū dubiū rūdeť ꝙ si dicta Catherina impugnando
testamentū p̄ris: ⁊ etiā donationē cā mortis aduocat ab herede
Jacobi totaꝫ hereditatē p̄ris sui ꝑ ea que superius dicta sunt:
nō pōt ab eo petere quicq̄ de legato sibi facto per Jacob. pro
sua dote: qꝛ censeť reliq̄sse cōtemplatiōe hereditatis Nicolai
sui patris ⁊ pro satisfaciēdo oneri sibi imposito per dictū Ni-
colaum qui mādauit eam dotari. Sublato ergo sibi commodo
hereditatis ⁊ bonoꝝ ex toto nō debet teneri ad onus: nec ipse
nec heres eiꝰ. arg. ff. de leg. iij. l. cū q̇s decedēs. §. po. ⁊. l. Pam-
philo. §. fi. cū ibi no. ꝑ Bar. sꝫ si nō rescinderet donationē totā:
sed solū pro duabꝰ tertijs rōne legitime: tūc si altera tertia que
remanet sufficit ad soluēdū relictū factū dicte Catherine ꝑ Ja
cob. scꝫ mille lib. deducta falcidia poterit dicta Catherina di-
ctum legatū petere. ꝑ id qđ no. Bar. in. d. l. pāphilo. §. fi. ⁊ ꝑ. l.
liberto. §. j. ff. de annuis leg. Nec ob. l. filium. §. oībus. ff. de leg.
prestan. qꝛ hic nō impugnat testamētuꝫ Jacobi in quo dictū le
gatū fuit relictū quo casu procederet ꝯtrꝫ: sꝫ impugnat testm̄
⁊ donationē cā moꝛ. factā Jacobo ꝑ Nico. p̄rem suū: ex quo te-
stamēto ipsa nō petit: arg. ad hoc. l. lucius ⁊ sempronia. ff. de le-
ga. ij. Itē nō ob. l. plautius. ff. de cōdi. ⁊ demō. per quā videť qđ
quatenꝰ diminuiť heredi. Jacobi de cōmodo bonoꝝ Nicolai
⁊ sic pro duabꝰ tertijs occasione legitime. eatenꝰ debet diminui
onus legati: qꝛ verū esset hoc i onere intrinseco facto de ipsa he
reditate que fuisset ablata: non sic in onere extrinseco facto de
alio puta de certa quātitate: qm̄ ad illud remanet insolidū ob-
ligatus si illud qđ remanet sufficit. d. l. liberto. §. j. de annuis le
ga. ⁊ plene not. per glo. in. d. l. plautius: ⁊. ff. ad trebel. l. facta. §.
si titius. si vero nō sufficeret tunc tanto minꝰ petere pōt q̄tum
deficit. facit. l. filius. §. apud marcellū. ff. de leg. j. in ratiōe sui.

4 ¶ † Super quarto ⁊ quinto ⁊ sexto dubio dicēdum est dictam
Catherinam nihil posse petere de bonis aui ex testamēto ipsiꝰ
aui qꝛ nihil reliquit feminis extantibus masculis. Et posito ꝙ
masculis ꝑcedentibꝰ sine liberis substituisset superstites: nō ꝑ
hoc videnť liberis masculoꝝ aliquid reliquisse: vt no. in. l. luciꝰ
la scđa. ff. de here. insti. Nec etiā pōt petere legitimā tanq̄ pre-
terita: qꝛ cum existētibus masculis non succederet ab intestato
nulla legitima sibi debebať in bonis aui paterni ex forma du-
calium prouisionū. iuxta nota. per Bar. in. l. titio cētuꝫ. §. titio
genero. de cōdi. ⁊ demon. bene tamē pōt facere se dotari de bo-
nis aui tanq̄ preterita postq̄ tēpore mortis aui pater suus nō
precedat qꝛ mortuus erat ⁊ sic tenebat primū locuꝫ: sicut etiam
quelibet filia ipsius aui paterni. Et hoc virtute ⁊ ꝧm formam
statuti de masculorū successio. signataꝫ. xj. inter prouisionis sta-
6 tuta mihi tradita. † Nam ⁊ onus dotandi neptes ex filio per-
tinet ad auum. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. Nec ob. qđ ipsa
Catherina reperireť habere bona aduentitia patris sui si im-
pugnabit eius testamētum ꝧm iam dicta: qꝛ hoc nō tollit quo-
minus possit petere se dari de bonis aui: sicut ⁊ filia pōt hoc pe
a tere lꝫ habeat aduētitia[a] bona. C. de do. ꝓmis. l. finali

¶ Ad septimū respondeť ꝙ si dictus zanantonius qui vltimꝰ re-
mansit de filijs sex masculis ser Francisci decedet sine liberis
superstite dicta Catherina filia fratris ⁊ superstite Agnete so
rore sua vtrinqꝫ coniūcta si quidē in pupillari etate venient ad
successionē eius ambe equaliter ex directa pupillari: qꝛ Fran-
ciscus predictus deficiētibus omnibus masculis substituit vl-
timo morienti feminas in stirpem vel stirpes: per qđ patet qđ
voluit nō solum substituere suas filias feminas: sed etiā filias
filioꝝ: alias illud verbuꝫ in stirpem non caderet nec veniret ad
propositum ⁊ sic nō poterit dicere Agnes se potiorē tanq̄ pro
ximiorem vel tanq̄ magis coniunctā. scꝫ vtroqꝫ vinculo patris
⁊ matris ⁊ Catherina ex latere patris tantū: qꝛ ista forent consi
deranda in successione intestati nō in successione ex testamēto:
prout in simil. determinat expresse Bar. in materia substitutio-
nis breuiloque seu reciproce. in. l. lutius. in pe. vel vlti. q̄ne. et
in. l. coheredi. §. qui discretas. ff. de vulg. ⁊ pupil. Si vero dece-
det ⁊ dictus zanantonius sine liberis post pupillarem etatem
tunc ab intestato decederet Agnes sola: sed per fideicomissum
restituet Catheri. dimidiam dimidie bonoꝝ paternorū: alterā
dimidiam dimidie retinebit pro legitima ⁊ trebellianica debi-
tis zanantonio tanq̄ eius heredem. l. quāq̄. C. ad. l. falci. cum
ibi no. alteram vero integram dimidiam iure substitutionis. l.
cum pater. §. titio. ff. de lega. ij. Et si extabit mater succedet vna
cum illa: vt in auť. defuncto. C. ad tertul. Sed in primo casu si
veniretur ex pupillari expressa foret exclusa mater. vt. l. preci-
bus. C. de impube. ⁊ ali. sub.

¶ Super vltimo quesito dicendū est ꝙ si dicta Catherina more-
retur superstite zanātonio patruo ⁊ Agnete amita ille nō pos-
sent venire ad successioneꝫ eius ex pupillari virtute testamenti
aui paterni ⁊ ex substitutione facta per euꝫ: qꝛ si bene inspiciať
ille fecit substitutiōeꝫ masculis tam de masculis si extarēt q̄ de
feminis si nō extarēt ipsis vero feminis nullā substitutioneꝫ fe-
cit posito qđ huic facere potuisset etiā pupillarē. Nec etiaꝫ ab
intestato possent succedere extante sed illa sola succedet: vt di-
cta auť. defuncto. ad tertul. Nam instituit quattuoꝛ suos filios
masculos ⁊ eorum filios masculos. Et aliquo ipsorum defi-
ciente substituit superstites in stirpem: et defunctis masculis
substituit feminas in stirpem et nō in capita: ipsis autem femi-
nis nullam substitutioneꝫ fecit nec eas instituit nec substituit:
nisi in defectum masculorum. Laus deo.

¶ Casus.

¶ Dominus Franciscus de Carraria tunc dominus Padue
confiscauit bona domini. J. eius ciuis in. M. cccxc. deinde di-
cta bona sic cōfiscata dictus dn̄s Franciscus cōcessit ad bene-
placitū dn̄o. P. in dicto. M. cccxc. qui. d. Frāci. in. M. ccccv.
de mense Junij restituit. A. filium dicti. J. ad gratiam suam: et
sibi restituit omnia bona quondam. J. patris sui: qui. A. non
potuit intrare possessionem possessionum sibi restitutarum di-
cto tempore: quia dictus dominus Franciscus ⁊ territorium
Paduanum erat obsessum ab exercitu do. Venetorum: ⁊ stan-
te dicta obsessioue dictus. A. restitutus in dicto. M. ccccv.
mortuus est vltimo mensis Julij relicto post se Francisco pu-
pillo eius filio tunc etatis annorum decem: deinde postq̄ do-
minatio Venetiarum expulso dicto domino Francisco de car
raria accepit Paduam prefata dominatio misit suos rectores
et prouisores cum libertate videndi et cognoscendi que bona
quondam domini Francisci de Carraria spectabant domi-
nio et gratias ⁊ venditiones factas per quondam dictum do-
minum Franciscum de Carraria diuersis ciuibus cum pote-
state laudandi ⁊ infringendi dictas venditiones ⁊ gratias et

aliquas

aliquas ruperunt ⁊ infringerunt ⁊ partem laudauerunt. Inter quas laudauerunt dictam gratiam factā dicto. A. ⁊ restitutionem bonorum suorū confiscatorū vt supra ⁊ dicti rectores ⁊ prouisores in laudatione predicta dixerunt ⁊ determinauerunt dictas possessiões quondam dicti. J. concessas suprascripto. P. ad bñplacitū spectare de iure dicto Frācis. pupillo filio quondam dicti. A. dictus. P. qui tenebat ad beneplacitum dictas possessiones mortuus est etiā in. M.cccc v. de mense Maij regnante adhuc dicto domino Francisco de carraria relicta domina. M. eius filia: que. M. a dicto tempore citra tenuit ⁊ de p̄senti tenet possessiões quondā dicti. J. concessas ad beneplacitum suprascripto. P. eius patri. Modo dictus Franciscus filius quondā. A. vellet vendicare dictas possessiones tanquā paternas ⁊ ad se spectantes ⁊ pertinentes cui obijcitur de prescriptione infrascripti statuti sic dicentis.

¶ Queritur modo nunquid currerit prescriptio temporis predicti de iure communi vsq; ad tempus. xxv. annorum dicti Francisci tunc pupilli quando. A. eius pater mortuus est.

¶ Secundo quia statuto cauetur qd̄ tenens ⁊ possidēs bona immobilia per. xx. annos intelligitur verus dominus et possessor in titulo non ostēso nunquid currat prescriptio statutaria contra talem pupillū vsq; ad eius etatem vigintiquinq; ann.

¶ Tertio nunquid dicta. M. sit lucrata fructus dictorum bonorum per eam possessorū quondaʒ eius patris ad beneplacitum concessorum vt supra.

1 ¶ Is cui princeps bona alicuius confiscati dat possidenda ad suum. s. principi bene placitū: nec etiam longissimo tempore prescribit.

2 Prescriptio non currit aduersus pupillum de iure communi: quid in prescriptiõe statutaria que perficitur breuiore tempore quomodo intelligatur. 5.

¶ Consilium. cccclxxix.

1 In christi nomine amen.

¶ † Ad euidentiā q̄rit̄ de qb⁹ cō p̄mittendū est qd̄ ꝓpter gratiā factam dicto Anto. qd̄ cōdemnatio predicta cancellaret̄ ⁊ qd̄ rehaberet omnia bona cōfiscata statim fuit eideʒ Anto. dominiū illorū acquisitum etiā nō apprehēsa possef. ipsoꝝ p. l. fi. añ fi. ibi ideoq;. C. de sen. pas. q: fuit quedā plenaria restitutio ad p̄stinū statū: ꝓut disputando tenuit Ja. bu. ⁊ refert bar. in. d. l. fi. de cuius natura est vt illud restituat qd̄ abstulit lesio: vt patet ex illo tex. ī dicto ṽsi. ideoq;. ⁊. l. qd̄ si minor. §. restitutio. ff. de mino. ⁊ no. in. l. qui pro prio. §. itē querit̄. ff. de procu. sed cōfiscatio statim lata sententia dominiuʒ patri suo abstulit iuxta no. per. Bar. in. l. imperator. ff. de iure fis. facit. l. cōmissa. ff. de publica. ⁊. c. cum scōm de here. lib. vj. q: pro crimine lese maiestatis: ergo restitutio in integ. ad statum pristinū statuʒ restituit argu. ff. de solu. l. prout q̄sq; iuncta. l. si vnus. §. pactus. ṽ. qd̄ etiā in specie dotis. ff. de pac. et qd̄ no. bal. in fi. C. de inoff. don. l. j. in fi per. l. si vnq̄ in fi. C. de reuo. dona. Itē q: ⁊ si fuisset necessaria possessiõis app̄hēsio: q: tū app̄hēdi nō potuit: q: ciuitas erat obsessa ꝑ app̄hēsa cēset̄ fuisse. ff. de bo. auc. iudi. pos. l. q̄uis cuʒ ibi no. p glo. ⁊ in. §. precedēti.

¶ Notandum etiā ad euidentiā qd̄ ille dn̄s. P. cui do. Paduanus concessit illa bona precario naturalē tantū possessionē acquisiuit. nō ciuilē. ff. de p̄cario. l. ⁊ habet. §. eū qui. ⁊ ibi no. ī glo. sola vero naturalis possessio nō est sufficiens ad prescribenduʒ. l. acquirit̄. §. fi. ff. de acqui. re. do. ⁊ no. per doc. in. l. iij. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. ⁊. l. ij. in fi. magne glo. C. de ser. fu. Illo autem moriēte ⁊ heres eius ingrediēs. possef. illarū rerū tanquaʒ heres censet̄ voluisse acquirere. illā possef. que erat apud defunctum: nō dico eandē in substātia: cum alia sit possessio defuncti alia heredis. l. j. §. sceuola. ff. si quis testa. liber esse iuf. fue. Sed similem in substantia ⁊ qualitate vt si defunct⁹ habebat naturalem tantū ⁊ precariam ⁊ sic inhabilē ad prescribendū: similiter ⁊ ipse heres censetur vt heres ingrediendo voluisse acquirere et nō aliam vel alio modo. ff. de reg. iur. l. heredē. ⁊. l. hereditas nihil aliud de diuer. ⁊ temp. prescrip. l. cū heres etiaʒ si ignorauerit que ⁊ qualis esset apud defunctū: q: sub illa tacita ⁊ implicita cōditione ⁊ animo videt̄ adire et actum gerere tanquā heres ar. ff. de acqui. her. si duo. si ex noxa. causa agat̄. l. fi. secundū que videt̄ posse responderi ad primū ⁊ secundū quesitum videlicet qd̄ dicta. M. filia ⁊ heres. P. cui dicta bona fuerūt cōcessa ad beneplacitum cōcedentis ⁊ sic precario: q: ad vsum indeterminatum. ff. de dona. l. lucius non potuerit prescribere quantumcunq; lōgissimo tempore nec de iure cōmuni. Nec ex forma statuti paduani quod debet intelligi secunduʒ ius cōmune postq̄ sic intellectū aliquid operatur: quia prescrip. xxx. an. currentiuʒ sine titulo reducit ad. xx. C. de inoffi. testa. si quādo et quod no. C. de iure deliberan. l. fi. §. in computatiõe in fi. magne glo. ius autem commune vult qd̄ ille prescribat qui tenet ⁊ possidet rem pro sua ⁊ tanquam suam ⁊ sic animo continuādi dominium qui inducit acquisitionem de nouo completa prescriptione quēad. ser. amit. l. fil. de aqua quoti. ⁊ esti. l. j. §. aristo. iuncto eo qd̄ no. ī l. ij. in prin. ff. de acqui. pos. ad id quod dixi animū continuandi inducere acquisitionem de nouo. Qui autē possidet precario vel fingitur possidere etiā si ciuilem ⁊ naturaleʒ haberet: qd̄ interdum contingit: vt no. in. d. l. et habet. §. cum qui de precario non possidet nec fingitur possidere pro suo sed pro alieno cum sciant vel fingantur scire rem esse alienam. i. illius a quo habet ergo non prescribit contra cuius nomine seu pro quo possidet. ff. de pign. acti. l. si rē alienam in fi. licet enim precaria possessio sit iusta quousq; durat voluntas concedentis: non tamen pertinet ad iudicij vigorem vt prosit ad prescribenduʒ. l. communi diuidūdo. §. inter predones. ff. communi diui. quod dixi de concedente idem est dicendum de successore eius in illa re siue vniuersali vel singulari: vt contra eos non possit prescribere precario possidens cum eodem iure fungatur successor. Nam et licet precarium non finiatur morte concedentis. l. cuʒ precario. §. fi. ff. de preca. sed morte eius cui fuit concessum sic. Et per consequens in casu fuerit finituʒ morte illius. P. cui fuit cōcessum: hoc tū nō ꝓdest dicte filie heredi sue: imo magis nocet ad p̄scribenduʒ eo q: penes patrē suū q: possessio precaria iusta q: aderat volūtas cōcedētis: sʒ penes filiā ⁊ h̄rdeʒ nō est iusta q: deficit volūtas cōcedētis ⁊ ei⁹ qui successit in locū ei⁹ ⁊ nihilomin⁹ dicta filia ⁊ heres dr̄ possidere eo modo quo pater scʒ nō pro se sed pro alio: ideo ꝯ eū dat̄ interdictū de precario. l. quesitū. §. finali. ff. de preca. nō solū ei qui precario cōcessit: sed etiā ei q̄ successit in locū ei⁹ titulo singulari q: dat̄ occasione rei ⁊ sic transit ad illū ad quē transit rei dn̄ium etiā titulo singulari. ff. de aqua plu. arcē. si tertius. §. si quis prius. nec pōt dici q̄ ista filia cēseatur possedisse pro suo postq̄ precariū erat finitū: tum q: vt dixi erat finitū quo ad cōmodū siue vt nō dicatur iuste possedisse deficiēte voluntate dn̄i nō quo ad incōmodū: scʒ vt nō potuerit prescribere q: cēset̄ possedisse pro alio nō pro se: tum q: initiuʒ possessionis inspicit̄: ff. de acquir. pos. clam possidere. in princ. ff. de vsucap. sub qui. §. si q̄s. ⁊. l. qui funduʒ. §. qui bona fide. ff. pro emptore. nec ex p̄sona heredis immutat̄. l. ij. §. ex his. de ṽ. ob. tum q: nemo pōt solo aīo cāʒ possessionis sibi immutare. C. de acqui. pos. l. cū nemo. cū ibi plene no. Posito aūt qd̄ predicta cessarēt: ⁊ qd̄ heres dicti. P. dicat̄ possedisse dicta bona vt sua ⁊ bona fide. per. c. qui in ius. de regu. iur. lib. vj. Et qd̄ habuerit nō solū naturalē possessionē sed etiā ciuilē quasi accreuerit naturali cū apud nullū esset mortuo cōcedēte ⁊ nō apprehēsa possessione per alium et sic prescribere potuerit.

¶ Ad primū quesitū r̄ndet̄ qd̄ etiā de iure cōi videt̄ hic fuisse locum p̄scriptioni longi tēporis cū titulo: q: filia dicti. P. videt̄ habuisse titulū pro herede: cū tanq̄ heres possederit dicta bona credēs fore hereditaria. ff. pro herede. per totū. Cōtrariū est verius: q: si erat in potestate nec potuit p̄scribere titulo pro herede nec titulo pro suo. C. pro herede. l. nihil. cum ibi no. in glo. fuit ergo locus p̄scriptioni longissimi tp̄is. scʒ. xxx. annoꝝ que

2 currit sine titulo. C. de p̄scrip. xxx. anno. l. sicut. † que quidē prescriptio nō currit ꝯ pupillū sʒ incipit currere post pupillarem etatē: vt. d. l. sicut. circa mediū in qua p̄scriptione nihil immutatur hodie per. l. fi. C. in quib. cau. in integ. rest. nō est neces. vt ibi habet̄ in fi. inspecto aūt tp̄e quo dictus. F. filius. A. compleuit pupillarē etatē: ⁊ sic quo dicta p̄scriptio incipit currere: iam esset cōpleta: iam sunt plures mēses si bene inspiciatur. Sed superesset beneficiū restitutiõis in integrū ex clausula g̃nali si qua mihi iusta causa ēsse videbit̄: de qua in. l. j. in fin. ff. quib. ex cau. maio. propter iustā ignorantiā istius. F. q: nunq̄ sciuit ista bona fuisse restituta patri suo: ⁊ sic ad se pertinere nisi a modico tēpore citra quo casualiter vidit librū camere in quo hec continētur quē nunq̄ prius viderat: nec sibi debet imputari cur nō ꝓcurauit videre: tum q: remanserat pupillus tēpoꝛe mortis patris: ⁊ sic nihil vnq̄ dici audiuit de hoc: vel si audiuit non intellexit q: pupillus qd̄ videt ignorat. C. de fal. mone. l. j. tum quia difficile sibi fuisset obtinere ⁊ dominationē super hoc adire. ff. de bo. liber. qui cum maior. post princip. ibi alterum non facile impetret̄. ad tertul. l. ij. §. tractari. ibi: cur nō desiderauit a principe ⁊c. Cōpetit ergo restitutio in integ. aduersus cursuʒ dicte prescriptionis lōgissimi temporis: vt not. Bar. in. l. j. §. si quis propter inundationem. ff. de itine. actuq; priua. ⁊ glo. in. l. si sic. in fi. glo. magne. ⁊. l. si partem. §. j. in prin. ff. quēadmodū ser. amit. tempus autē restitutionis petende. scʒ quadrienniū continuum a die scientie nondū elapsuʒ est. l. fi. C. de tēpo. in integ. resti. videtur tamen qd̄ istud primū quesitum nō fuerit necessarium: q: per statutū Paduanum qd̄ loquitur de. xx. annis cēsetur recessum a prescriptione iuris cōmunis de. xxx. ann. cū se

ad inuicem cōpati non possint: q2 cōpleta prescrip. statuti per xx. annos nō esset expectādus lapsus longioris tpis. iuxta no. in. l. j. C. de ser. fugi. q2 effectus dominus per primam amplius effici nō posset per scdam. l. sequit. §. lana. ff. de vsucap. Posset tamē probabiliter dici qd immo dictū primū dubiū fuit necessarium z vtile: q2 predicta possent ꝓcedere quando prescriptio statutaria citius finiret ꝙ prescriptio iuris cōmunis: sed si tardius vt in casu nostro ꝓpter id qd dicam in seq. dubio nō censetur per statutū recessum a prouisione iuris cōmunis tanꝙ pleniore. per id qd in simil. no. per gl. z docto. in. l. fi. C. si aduer. rem iudi. z per docto. in. l. in ꝓuinciali. ff. de no. oper. nun. z per ea que in simil. habent in. l. heres a debitore. §. ꝙ si hic seruus ff. de fideius. vbi obligatio accessoria nō extinguit nec ꝯfundit a principali quādo per eam plenius ꝓuidet. iūcta. l. quotiēs. ff. de acti. z obli. Sed si hoc allegeᵗ superest beneficiū restitutionis de quo supra dixi: vnde cōsiliū est ad cautelā qd dicta restitutio petatur anteꝙ labat tempus.

3 ¶ † Quantū vero ad scdꝫ quesitū an cucurrerit ꝑscriptio statutaria. xx. ann. videt dicendum ꝙ sic: z prius ꝙ prescriptio iuris cōis: q2 breuior est z succedere videt loco illius longioris cum currat sine titu. z sic videt qd inceperit currere statim post pupillarem etatē sicut illa. d. l. fi. in fi. C. in quibus cau. restit. in integ. nō est neces. iunctis his que not. per Bart. in. l. ij. §. fi. ff. pro ēpto. maxime q2 lex illa fi. in prin. que vult prescrip. lon. tēpo. nō currere durāte minori etate nō videret habere locum in ꝑscriptiōib⁹ statutarijs. p. c. ꝯstitut⁹. de resti. ī integ. et qd ibi p Inn. q2 lex illa d talib⁹ nō cogitauit: ſꝫ certe lꝫ nō cogitauerit ī specie: cēset tū cogitasse in genere: qd tantūdē valet. l. qui iure militari. ff. de testa. mili. C. de transac. sub ꝑtextu. la. ij. z per bar. in. d. l. fi. in fi. C. in quib. cau. vbi determinat ꝯ Inno. scꝫ qd durante minori etate talis prescriptio statutaria nō currat quando est minor. xxx. ann. z ita dicēdū est in proposito. Itē ad aliud dici potest qd immo succedit loco prescrip. long. tempo. que est de iur. cōmuni per quā acquirit vtile dñiū. iuxta not. in auten. nisi tricēnalis. C. de bo. mater. qd patet q2 statutū vult qd presumatur z habeat pro dño z sic habet maiorē similitudinē cum illa ꝙ cum prescrip. longissimi tēpo. per quā acquirit exceptio ꝯ dñm nō dñium. l. si quis emptionis. C. de prescript. xxx. anno. corrigit autē ius cōmune in duobus. Primo q2 ius commune distinguit inter presentē ꝯ quē prescribit. x. ann. z absentē contra quē ꝑscribit. xx. statutū autē istud nō distinguit. Sꝫ vtroqꝫ casu requirit annos. xx. Itē q2 ius cōmune reqrit titulū. l. nullo. C. de rei vēdi. statutū vo nō. Preterea posito qd succederet loco prescriptionis de iure cōmuni: q2 sufficeret missio nūcij sicut in illa. C. de prescrip. xxx. ann. l. sicut. z no. Bart. in. l. ij. §. fi. ff. pro empto. nō quantum ad cursum vel initiū eius. Nam prescriptio. xxx. ann. currit durāte minori etate a tpe finite pupillaris ꝓpter tēporis ꝓlixitatē: q2 semper finit post minorē etatē: ſꝫ prescrip. long. tempo. nō q2 posset finiri durante minori etate: z sic esset opus restitutione qd illa lex finalis voluit tollere per rationē ibi positā: q2 melius est ante tēpus occurrere zc. Sed in ista prescriptione statutaria nō est ꝓlixitas temporis z sic in ea nō est illa ratio que in dicta prescriptiōe. xxx. ann. sed subest illa que subest in prescrip. long. tēpo. de iure cōmuni que currit cum titulo z de qua in dicta. l. fi. z sic in hoc succedit loco illius cui magis assimilat. scꝫ vt durante minori etate nō cucurrerit: sed si inspiciatur tempus quo cōpleuit iste Francis. minorē etatem: z sic quo incepit currere: ista prescriptio statutaria nō erat decursa tempore quo fuit interēpta: ergo zc. Sed vnum est qd plus videt facere dubium scꝫ q2 in casu nostro prescriptio videtur fuisse cepta contra defunctum scꝫ patrem huius. F. petētis cui facta fuit restitutio dictorū bonoꝝ: q2 statim agere potuit z aduocare a dicto possessore: vnde licet per paucos dies vixerit vt dicitur. scꝫ per. xxx. dies tamen exquo fuit cepta continuata fuit contra heredem eius licet minorem: nec fuit interrupta ꝓpter minorem etatē filij z heredis: tamen finita minori etate poterat peti restitutio infra quadriennium continuum que petita non fuit ideo iste Fran. videtur exclusus: per. l. j. z quod ibi no. C. si aduer. vsucap. z per. l. etiam ei. ff. de mino. que non sunt correcte per illam. l. fi. C. in quibus causis. vt not. ibi per glo. z docto. Sed istud tollit ex eo quod tūc temporis ciuitas Paduana erat obsessa z ius non reddebatur in ea: vnde nō incepit currere: q2 si prius incepisset desijsset propter hoc currere z interiꝫ dormiuisset: vt in. c. ex transmisso. extra de prescriptio. quam dicit Innocen. z Joan. an. procedere non solum in clericis z ecclesiasticis bonis: sed etiam in laycis z eorum bonis: quod tenet etiam Bar. in. l. naturaliter. ff. de vsucap. z sic in terris imperij seruādum est illud capitulum. Et est speciale in tali impedimēto facti vt impediat cursuꝫ prescriptionis ipso iure regulariter secus: quia currit z datur restitutio. l. z attilicinus. ff. de ser. rustico. predio. z per Ey. in. l. quotiens. C. de preci. impera. offē.

¶ Super tertio z vltimo non expedit pro nunc disputare: sed expedietur cum opus fuerit. Laus deo.

¶ Casus.

¶ Dñs Franciscus de Carraria tūc dñs Padue cōfiscauit bona dñi. J. eius ciuis in. M. ccclxc. deinde dicta bona sic cōfiscata dictus do. Franciscus cōcessit ad beneplacitū domino. P. in dictō. M. ccclxc. qui. d. Francis. in. M. cccc v. de mēse Junij restituit. A. filium dicti. J. ad gratiaꝫ suā: z sibi restituit omnia bona quondam. J. patris sui: qui. A. non potuit intrare possessionem possessionum sibi restitutarum dicto tempore: q2 dictus do. Franciscus, z territorium Paduanum erat obsessum ab exercitu. d. Venetorum: z stante dicta obsessione dictus. A. restitutus in dicto. M. cccc v. mortuus est vltimo mensis Julij relicto post se Francis. pupillo eius filio tunc etatis annorum. x. deinde postꝙ dominatio Venetiarum expulso dicto do. Francisco de Carraria accepit Paduam prefata dominatio misit suos rectores z prouisores cum libertate videndi z cognoscendi que bona quondam domini francisci de Carraria spectabant dominio et gratias z venditiones factas per quondam dictum dominum Franciscum de carraria diuersis ciuibus cū potestate laudandi z infringendi dictas vēditiones z gratias z aliquas ruperunt z infringerunt z partem laudauerunt. Inter quas laudauerunt dictam gratiam factam dicto. A. et restitutionem bonorum suorum confiscatorum vt supra: z dicti rectores z prouisores in laudatione predicta dixerunt z determinauerunt dictas possessiones quondam dicti. J. concessas suprascripto. P. ad beneplacitum spectare de iure dicto Francisco pupillo filio quōdam dicti. A. dictus. P. qui tenebat ad beneplacitum dictas possessiones mortuus est etiam in. M. cccc v. de mense Maij regnante adhuc dicto domino Francisco de carraria relicta domina. M. eius filia: que. M. a dicto tempore citra tenuit z de presenti tenet possessiones quondam dicti. J. concessas ad beneplacitum suprascripto. P. eius patri. Modo dict⁹ Franciscus filius quōdā. A. vellet vendicare dictas possessiones tanquam paternas: et ad se spectantes et pertinentes cui obijcitur de prescriptione infrascripti statuti sic dicentis.

¶ Potestate do. Jacobino rubeo. M. cclxxiij. Quicunqꝫ possedit seu possidebit decetero possessiones aliquas positas in Padua vel paduano districtu per. xx. an. pacifice z quiete per se vel per suos autores iustam habeat prescriptionem z defensionem: z intelligatur verus dominus etiam titulo non ostenso: z abinde in antea ipse vel heredes seu aliqui ab eo causaꝫ habentes non possint de ipsis possessionibus inquietari seu molestari modo aliquo etiā per hypothecariam per aliquos ratione ipsius posses. Et hoc locum non habeat contra cōmune Venetiarum neqꝫ contra cōmune Padue z sit precisum.

¶ Ex quo queritur vtrum dictum statutum obstet dicto. F. minori. xxv. ann. z tūc petēti z sic cucurrerit prescriptio statutaria vel non contra dictum Fran. pupillum petentem.

¶ Item si precario possidens siue ad beneplacitum possit prescribere aliquo tempore.

1 ☞ Vtrum contra minorem currat prescriptio tam de iure communi ꝙ statutario.

2 De intellectu. l. fina. C. in quibus causis resti. in integrum non est necessa. z. c. ex transmissa. extra de prescriptio. et est idem casus cum precedenti.

¶ Consilium. cccc xl.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Quia secundum dubium precedere debet in ordine: ideo ad ipsum primo respondeo quod ille cui dñs Paduanus concessit dicta bona precario. idest ad beneplacitum non potuit ipse nec heres eius prescribere dicta bona quo ad proprietatem contra concedentem dictum dominium penes quem erat proprietas: vel contra illū cui dictus dominus postea proprietatem concessit longo vel longissimo tempore de iure communi vel ex forma statuti suprascripti siue per concessionem precariam fuerit translata sola naturalis possessio que non est habilis ad prescribendum sine ciuili. l. acquiritur. §. finali. ff. de acquir. reruꝫ domi. z not. in l. j. in fine magne glos. C. de seruis fugitiuis siue fuerit translata in eum ciuilis z naturalis: ſm ea que nota. in. l. et habet. §. eū qui. ff. de preca. quoniam vtroqꝫ casu recognoscebant concedētem in proprietarium: z cum haberent ab eo causam non potuerunt contra eum prescribere. l. male agitur. C. de prescriptiō. xxx. anno. Et hoc videmus aperte in vsufructuario qui naturaliter tantū possidet rem in qua habet vsumfructum: q2 nec ipse nec heres eius prescribunt proprietatem contra proprietariuꝫ qui ei-

qui ciuiliter possidet ꝛ quē recognoscit in superiorē.C.de vsufru.l.neq̄ fructuariū:ꝛ ibi gl.ponit rōnes:videmus etiā in creditore qui rē pignoratā possidet ciuiliter ꝛ naturaliter ſm communem opi.vt plene not.in.l.cū notissimi.§.j.C.de pscript.xxx.anno.Nam probata origine sc3 qd̄ habuerit rem pignori neq̄ ipse neq̄ heres eius possunt pscribere longo vel longissimo tēpore proprietatē cōtra debitorē.C.de pigno.actio.l.nec creditores.ꝛ ibi per Cy.in.j.q.ſm Jac.de are.l3 gl.iij.ibidē in fi.videatur ɔsentire in prescrip.long.tēpo.sed precedēs est verior:qꝛ nō possedit vt dn̄s sed vt creditor.ꝛ ad prescribēdū dn̄ium requirit̄ qd̄ quis possideat vt dn̄s ꝛ credat se dn̄um:ꝛ sic iure suo ꝛ bonafide.l.fi.ff.queād.ser.amit.cū ibi no.in glo.ꝛ per Jnnoc.de postul.c.bone.in.scd̄o.de cā pos.cū ecclesia.in verbo affuisse. Nec si predicti vel heredes eoꝝ habuerint aliū animū in mēte retētum potuerūt sibi cāz possessionis immutare nulla extrinsetus superueniēte cā iusta vel iniusta ꝛ extrinseca.C.de acquir.pos.l.cū nemo.Nec ob.qd̄ statutū simplr̄ ꝛ generaliter loquitur de illo qui possedit annis.xx.qꝛ debet intelligi sane ne ɔtineat absurditatē sc3 dn̄imodo possederit eo modo quo debēt possidere volētes prescribere sc3 tanq̄ dn̄i nō autē quādo tanq̄ nō domini prout sunt predicti qui recognoscunt ab alio ꝛ reputāt aliū dominū nō autē se:qꝛ tales sunt malefidei possessores qui nullo tēpore possunt pscribere vt in regula iuris.satis em̄ operabitur dictū statutū vltra ius cōmune:etiā cū dicta limitatione:qꝛ vult qd̄ possessor etiā sine titulo prescribat longo tēpore qd̄ nō est de iure cōmuni.C.de reivēdi.l.nullo.vnde in alijs debet intelligi ſm ius cōmune:vt.no.in.l.fi.§.in cōputatiōe.in fi.mag.glo.C.de iur.delib.l.vt gradatim.§.ꝛ si lege.ff.de mune.et hono.C.de noxa.l.ij.Nec vnico verbo videat̄ voluisse oīa iura corrigere.l.si quādo.in prin.C.de inof.testa.alias sequeret̄ maxima absurditas.sc3 qd̄ ille quē cōstaret recepisse rem ad beneplacitum dn̄i finitis.xx.annis posset denegare domino restitutionem rei ꝛ dicere se prescripsisse ɔ.l.plures.apocis.C.de fide instru.Nec ob.si dicatur saltē heres eius debuit posse prescribere:qꝛ potuit possidere vt dominus saltim si ignorabat defunctum recepisse ad beneplacitum:qꝛ dico qd̄ cū possederit vt heres fictione iuris videt̄ possedisse eo modo quo defunctus ꝛ nō aliter ꝛ sic cū illa qualitate ꝛ vitio q̄bus ꝛ defunct⁹ nō inspecta sua opinione.per.l.cū heres.ff.de diuer.ꝛ tēp.pscrip.ꝛ ptz in dicta.l.neq̄ fructuariū.C.de vsufru.vbi ponunt̄ ad paria heres ꝛ defunctus vsufructuari⁹.ꝛ.d.l.neq̄ creditores.C.de pig.actio. Cōcludit̄ ergo statutū predictū nō habere locū in casu in quo constat de origine possessionis.sc3 qd̄ ille defunctus habuit ad beneplacitum:qꝛ nec ille si vixisset nec heres eius potuerūt ista bona prescribere spacio.xx.annoꝝ sicut de iure cōmuni nullo tp̄is spacio prescribere potuissent vt.d.ll.Nec ob.quoddā aliō statutū quo cauet̄ q̄ verba statutoꝝ debēat intelligi prout iacent nec debēat glossari:qꝛ tale statutū nō tollit necessariā ꝛ vtilem interpretationē s3 dn̄taxat friuolā:prout determinat bart.in.l.oēs populi.ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ Bal.in.l.iij.C.de libe.preter. ista vō interpretatio quā dixi est plusq̄ necessaria:al's esset dicere qd̄ ille qui scit se nō dominum:nec vult effici domin⁹:quia nō possidet vt dn̄s efficeret̄ dn̄s inuit⁹:qd̄ est ridiculu3.facit qd̄ no.in.l.si ego.ff.de neg.ge.Notandum est em̄ adhuc pro maiori euidentia iudicare debentiū qui forte iura ignorant.qd̄ de iure cōmuni si possedisti rem meam per.xx.annos nō es effect⁹ dominus per prescriptionē:nisi duobus alijs cōcurrētibus.sc3 q̄ habueris titulū a nō dn̄o tanq̄ ad nō:puta qꝛ alius asserēs se dominū cū nō esset tibi vendidisset vel donasset vel ex alia causa tradidisset habili ad transferendū dn̄ium si foret dominus. Jtem secundo requirit̄ bonafides.sc3 qd̄ credas te fore effectum dominum ex illo titulo vel cā cum traditione ꝛ sic possederis postea per dictū tēpus tanq̄ dn̄s.Statutum vō istud tollit solum primā:qꝛ vult qd̄ etiā si nullū titulū vel cāz habuisti a nō domino possis prescribere:ꝛ hoc operat̄ statutum istud contra ius cōmune.Sed nō tollit scd̄m.Et ideo etiā si vis prescribere ſm formā dicti statuti necesse est qd̄ credideris te dominu3 ꝛ qd̄ tanq̄ dominus possederis.Et istud posset psumi in dubio alio nō dato.Sed dato hoc qd̄ appareat te recepisse ad beneplacitum alterius scis te nō esse dn̄m nec possides vt domin⁹:tō nec tu nec heres tuus potes pscribere nō solu3.xx.annis sed nullo tp̄e postq̄ cōstat de origine possessionis.nec est credēdu3 quod illud statutū voluerit in hoc aliud q̄ velit ius cōmune:imo ſm ius cōmune intelligit̄ ꝛ limitat̄ postq̄ in primo aliquid operat̄ vltra ius cōmune.Et ista est rei veritas:alias mille incōueniētie intollerabiles sequerent̄ si statutū pdictū sic gn̄aliter intelligeretur.vt iacet qd̄ est summopere euitandū ſm docto.iuris ciuilis qui sciunt leges ꝛ statuta interpretari ꝛ quib⁹ est credēdū tanq̄ peritis in arte per illos qui nō sunt:sicut em̄ infirm⁹ debet credere medicis al's se interficit:ita ꝛ imperiti legū debent credere peritis ꝛ nō cōfidere sue prudētie:nec velle interpretari statuta de capite suo si volunt iustam ferre sententiam:alias precipitant iustitiam:non autem administrant.

¶ Nunc ad primū dubium redeūdo posito pro cōstāti:s3 nō ɔcesso qd̄ hic potuisset habere locū pscriptio predicta statutaria q̄rit̄ an dicta pscriptio potuerit currere durāte minori etate dicti vltimi Frācisci filij dicti.A.cui fuit facta dicta restitutio dictoꝝ bonoꝝ.Et de hoc videt̄ casus legis qd̄ no.in.l.fi.C.in qui.cau.in inte.rest.nō est neces.Et hoc psupposito qd̄ deducatur tp̄s minoris etatis de dicta pscriptiōe:dr̄ mihi qd̄ facto calculo repit̄ fuisse interrupta p plures mēses anteq̄ cōpleret̄:ꝛ sic cōpleri nō pōt amodo.Sed ɔ pdicta obijciunt̄ aliqua.

¶ Primo qd̄ illa lex loquit̄ in pscriptiōe nō inchoata ɔ maiorē cui minor successit sed que veniret inchoāda ɔ minorē.Quando vō foret inchoata ɔ maiorē cui minor successit nō impedit̄ currere cōtra minorē.per.l.j.C.si aduer.vsu.ꝛ.l.ei qui.ff.de mino.quas leges dicūt doct.nō corrigi p illā.l.fi.que fuit lex noua.Sed ista dr̄ fuisse incepta cōtra prē huius vltimi Francis.statī facta sibi restitutiōe dictoꝝ bonoꝝ.ꝛ sic cucurrit mero iure.ꝛ si fuit cōpleta post minorē etatē nō habuit restitutionē.iuxta no.in.l.fi.C.de tēp.in integ.restī.Si in minori etate habeat restitutionē sed nō petijt eā infra tp̄s pdidit:vt.d.l.fi. Sed ad hoc rn̄det̄ qd̄ immo viuēte patre hui⁹ vltimi.F.agētis nō fuit cepta:qꝛ ille per paucos menses vixit:immo vt dr̄ p.xxx.dies vl' circa post restitutionē sibi factā:ꝛ illo pauco tp̄e quo vixit nō fuit redditū ius in ciuitate Padue ppter obsidionē.ꝛ sic nō incepit currere:immo si incepisset dicto tp̄e dormiuisset.vt in.c.ex transmissa.extra de pscrip.qd̄ dicit Jnno.ꝛ Jo.an.ibidē pcedere etiā de iure ciuili:ꝛ nō solū in clericis ꝛ bonis ecclesiasticis:sed etiā in laycis vt in bonis eoꝝ.hoc idē Bar.in.l.naturaliter ff.de vsucap.Et sic in terris imperij ꝛ in foro seculari seruādu3 est dictū capitulū:ꝛ est speciale in tali impedimēto facti regulariter:secus qꝛ non impedit cursum prescrip.ipso iure sed facit restitutionē3 cōcedi.ff.de seruitu.rustico.predio.l.ꝛ atilicinus.ꝛ not.Cyn.in.l.quotiens.C.de precibus impera.offeren.

¶ Jtem obijcit̄ qd̄ illa lex fi.loquit̄ in pscriptionibus inuētis de iure cōi de quib⁹ imperator potuit cogitare.Sed in prescriptionibus statutarijs nō habet locū qꝛ de illis nō potuit cogitare ſm Jnno.qui ita no.in.c.cōstitut⁹.de restitu.in integ.p illum tex.Sed Bar.tenet ɔriū in.d.l.fi.qꝛ saltim in genere potuit cogitare qd̄ tantūde3 valet ac si ī specie:vt no.in.l.sub pretextu.C.de transac.de testamē.mili.qui iure militari.ꝛ respōdet Bartol.ad illud.c.cōstitutus.

¶ Tertio obijcitur.qꝛ dicit̄ qd̄ iste minor habuit tutorē vel curatorem.Sed istud nihil est dicere qꝛ per hoc nō cessat dispositio illius.l.que vult indistincte nō currere:ꝛ sic etiam si tutore3 vel curatorem habuerit.Nec aliquis est qui dictā limitatione3 faciat ad illam.l.Et est tex:expressus de hoc in.l.sicut.C.de pscriptio.xxx.ann.post mediū ibi dum dicit:sed pupillari etate dn̄taxat quāuis sub tutoris defensione consistat huic eximenda sanctioni ꝛc.vbi patet contra pupillum nō currere prescriptionem [a] illam licet habeat tutorem:idem ergo in maiore pupillo minore.xxv.annoꝝ eo casu quo non currit propter.l.fina.C.in quibus cau.in integ.resti.nō est neces.vt etiam si habeat curatorem nō currat cū equiparent̄ sc3 pupill⁹ ꝛ adultus habēs curatorem.C.de in integ.resti.l.si curatorem habens.

¶ Quarto obijcit̄ qd̄ filie do.Jacobi nō sit nec fuerit aliqua prescriptio necessaria immo sit tuta virtute quarūdam litterarum dominationis Venetiaꝝ scriptaꝝ dn̄is rectorib⁹ Paduanis in anno.M.cccc vj.qd̄ poneret matrē ei⁹ tutricē ꝛ vxorē quondam do.Jaco.in possessionē oīum bonoꝝ que per dictū do.Jacobu3 possidebant̄ tp̄e mortis sue:ꝛ hoc p dicta filia tūc pupilla exceptis tn̄ q̄busdā ibi ɔtētis:ꝛ qd̄ in possessiōe pdicta defenderēt eā:ꝛ fuerūt tres lr̄e diuersis dieb⁹ scripte vna post alterā que fuerūt executiōi mādate pmissis pclamationib⁹ ꝛ nō obstāte ɔdictiōe Frācis.de torchetis q̄ vt in eis dr̄ cōparuit ꝛ ɔdixit debēt g̃ aliqd opari qd̄ nō facerēt si necessaria foret vl' fuisset pscriptio. ¶ S3 aduertēdū qd̄ nō est dicēdū inclytā dn̄ationem Venetiaꝝ voluisse p dictas lr̄as aliqd iniustū vel a iure reprobatū maxime si pūt sane ꝛ iuste intelligi ꝛ sine iniuria cuiuscūq3 ꝛ sic si dict⁹.d.Jacob.possidebat aliqua bona que nō erāt sua:sed erant dicti Francis.per restitutionē factā de ipsis patri suo cuius primo ista de quib⁹ agit̄ fuerāt nō est dicēdū dominationem Venetiaꝝ pdictā voluisse per dictas lr̄as dn̄u3 eidē Frā.auferre ꝛ illi puelle concedere:qꝛ nec hoc poterat facere de iure tam cōmuni q̄ de stilo dn̄oꝝ Venetoꝝ:cū nō trāsiuerint p cōsilia rogatoꝝ ꝛ sic nō possunt alteri preiudiciū inferre.facit qd̄ not.Jnno.in.c.que in ecclesiarū.de cōsti.ꝛ tex.in.c.super hoc.de.

[a] ¶ Prescriptionem. vide ad materiā eūdē pau.de cas.cōsi.cc xc.vij.in libro meo īcip. vēditio ista.d.Abb.in.c.cum nō liceat.vers.vlt.glo.de prescrip.docto.in c.ex transmissa coꝛtitu.

¶ In causa vertente corã egregio legum doctore d. Anto. de Palermo vicario ⁊ iudice dñi potestatis ciuitatis Faueñ. inter dñam Catherinam vxorem ser Andree Jacobi de Faueñ. ⁊ dñm Bartholomeum de casali eius procu. agentes ex parte vna: ⁊ Guidone3 mamini vt tutorẽ Joannis pupilli filij olim Jacomelli quonda3 magistri Jo. heredis Frãcisci quondã eius patrui ⁊ ser Franciscum Tonij tanꝙ actorem dicti tutoris conuentos ex altera vobiscq3 eximio ⁊ famoso dño consulto per dictu3 iudicem de voluntate dictarũ partium consilio cõmissa. quatenus visis actis ⁊ actitatis productis ⁊ alleg. per dictas partes in dicta cã ⁊ vobis sigillatis transmissis. Consulatis ⁊ vestrũ consiliu3 reddatis dicto dño vicario ⁊ iudici. Que sint ⁊ esse debeant partes ipsius in ⁊ super determinatione ⁊ decisione dicte cause de iure fienda ꝓut de dicta vestra cõmissione constare videbitis in actis dicte cause. Et l3 pro certo teneam iura oĩa ⁊ potissime cõcernentia decisionem iuri consona presentis cause prudẽtie vestre nota fore ⁊ in scrinio pectoris vestri recondita. Attamẽ pro aliquali vestri exoneratione ⁊ pro satisfactiõe tali quali debiti aduocati dicti pupilli aliqua in iure subijciã que prudentie vestre corrigenda de iure remitto ⁊ affirmanda prout iuris esse videritis. Cõparuit dictus do. Bartholomeus procu. dicte dñe: ⁊ ad eius instãtiam citatus fuit Guido mamini de Barbiano tutor Joannis pupilli filij quondã Jacomelli filij olim magistri Jo. de Barbiano vt sequenti die cõpareat coram dicto dño vica. ad rñdendum de iure dicto ꝓcu. super quantitate lib. c. boñ. relictaru3 dicte dñe Cathe. per dictum Fran. in eius testamẽto: ⁊ ad videndum petitionem producenda3 per dictu3 procu. in dicta causa. Et petitionem produxit in qua concludẽdo petijt executionem fieri contra dictum pupil. heredem dicti Fran. ⁊ bona dicte hereditatis pro dicta quantitate libr. c. dicta de cã ⁊ produxit dictam particulam dicti testamenti cui petitioni rñsum fuit per dictum Guido. tutorẽ multas exceptiones obijcientem quare dicta executio fieri non possit prout petitũ est ⁊ super hoc presens iudiciũ per ⁊ inter dictas partes agitatũ est modo ⁊ forma quibus in dictis actis ⁊ processu ꝙ vobis transmittunt̃ continet̃ ⁊ apparet. Queritur modo ꝙ debeant esse partes dicti dñi iudicis in terminando dictam cãm. † Et dicendum videtur de iure ꝙ oĩs proces. agitatus in cã pro parte dicte dñe contra partẽ dicti pupilli ⁊ oĩa in ipso agitata ⁊ facta quatenus concernunt ꝑ iudicium ipsius pupilli nullã obtineant firmitatẽ sed ipso iure sint irrita qđ probatur dictus eñ processus initiatus mediat' ⁊ finitus est cũ quodam Guidone vt tutore dicti Jo. pupilli et cum ser Fran. tanꝙ actore dicti tutoris vt ex actibus apparet sed in aliqua parte dicti iudicij non apparet legitime ꝙ dictus Guido sit tutor dicti pupilli ⁊ per cõsequens dictus ser Fran. ab ipso constitutus nõ potuit esse actor q2 actor a tutore constituitur iudicis decreto vel a iudice petẽte tutorẽ. l. neq3 tutores. C. de procu. l. solẽt. ff. de tutel. l. si actor. C. de appel. ⁊ insti. de cura. §. fi. At iste actor non fuit cõstitutus a tutore nec etiam a iudice tutorem petente. ergo ⁊c. qui eñ dicit dictum Guido. fore tutorem dicti pupilli ⁊ legitime creatum doceat per acta alias iudicium ipso iure redditur nullũ ⁊ oĩa in ipso agitata in preiudicium dicti pupilli irrita sunt. l. si tutor. C. in qui. cau. in integ. resti. non est neceſ. ⁊. l. in dubium. C. de tuto. ⁊ cur. qui non satis dedit. Et ideo agens cũ tutore debet cautus esse vt penes se habeat ⁊ producat tutela3 ⁊ inuentariũ dicti tutoris vt possit ostẽdere ꝙ tutor potuit legitime interuenire ⁊ ꝙ ipse agat cũ legitima persona ⁊ aliter agenti cũ tutore non est vllo modo ꝓuisum nec sibi sufficeret ⁊ hanc cautela3 docet Bar. in. d. l. si tutor. ⁊ in l. tutor qui re. ff. de admi. tuto. per dicta in materiam. Nulla igitur ex tali processu põt sequi sententia contra pupillum: l3 pro ipso ⁊ in eius fauorẽ lata teneret. l. non eo minus. C. de procu. ⁊ in. l. j. C. qui legiti. perso. Preterea ⁊ alia rõne dictus ser Frã. actor non habuit legitimã personã interueniendi pro dicto pupillo in hoc iudicio q2 actor debet constitui a tutore ex causa necessaria. vel saltem probabili de qua cõstet vt. d. §. fi. insti. de cura. ⁊ no. in. l. actor. ff. rem ratam ha. ⁊ ibi. Barto. ⁊ l3 in constitutione eius fuerunt allegata impedimentum tñ de nullo constat saltẽ legitime qñ aũt de cã non constat legitime debet actor a tutore datus etiam cũ decreto iudi. satisditionem prestare re3 ratam tutorem habiturũ ẜm Oldra. qđ etiam firmat Bart. in d. l. actor. ⁊ Spe. in ti. de actore a tuto. da. §. j. versi. ego. A. tutor ⁊ ver. contra quem potest excipi. ⁊ ibi Jo. an. in addi. hanc autẽ satisdationem non prestitit dictus actor vt in eius cõstitutione apparet igitur non fuit legitime creatus ⁊ sic qđ gestum est cum eo nullum est ipo iure ⁊ multofortius q2 constitutus est ab eo ꝙ tutor non erat saltem legiti. datus. Preterea qñ o potuit de iure dari tutor dicto pupillo dictus Guido qui tunc tpis ante et postea fuit erat ⁊ hodie est debitor dicti pupil. in quantitate librarum centu3 ex cã mutui ad mercandum ⁊ trafficandũ prout apparet in. xj. xij. ⁊. xiij. clausulis capitulor3 dicte dñe. Hoc autem lex oĩno fieri prohibet propter fraudẽ ⁊ fraudis suspitionẽ euitandam. Jn corpo. vt hi qui obli. se habere perhi. rem mi. in prin. ⁊. §. sed ⁊ si quis. vj. col. ⁊ in auẗ. minoris. C. qui dari tu. po. nullius igitur esset momenti si datus foret lege ꝓhibente. l. non dubium. C. de legi. cum si. Cum ergo dictus processus sit ipo iure nullus cum respectu dicti tutoris: tum etia3 respectu dicti actoris necessario debet sequi absolutoria dicti pupilli ⁊ ei' parte ab instantia ⁊ obseruatiõe presentis iudicij: ⁊ debet dicta domina in expensis factis in cã condemnari dicto pupillo. l. properandum. §. ⁊ siquidẽ. C. de iud. ⁊. l. titia. ⁊ qđ ibi per doc. ⁊ Bar. ff. de accu. cum si. Sed supposito ⁊ nullatenus concesso ꝙ super meritis cause disputari possit ⁊ ꝙ predicta non obstarent ꝙ tamen vere obstant ⁊ de iure vt ex act. apparet dicendum est de iure ꝙ dictus iudex debeat absoluere dictum pupil. ⁊ ei' parte3 a petitione facta ⁊ producta in causa pro parte dicte dñe ⁊ contẽtis in ea ⁊ in expensis cause condemnari qđ ostenditur. † Nam legatum petitum pro parte dicte dñe fuit ⁊ est cõditionale ⁊ cõditionaliter relictum ve3 communicando dotes suas ⁊ labores manuum suarum cum dicto pupillo suo herede prout ex euidẽtia dicti testamẽti in iudicio pro parte dicti pupilli producti apparet quod gerundium conditionat ⁊ modificat actu3. l. si tu et parte. ⁊ ibi Barto. ⁊ dominus Ange. de acquiren. here. ⁊. l. vim facit. de vi ⁊ vi armata. non ergo purum nec pure seu simpliciter ⁊c. cum ⁊ sic dicta domina que non impleuit ex parte sua nec fecit quod facere debuit de iure dictum legatum consequi nõ potest. l. prima. C. de institutio. ⁊ substitutio. l. legatum de condi. in ser. ⁊. l. quibus diebus. §. fin. de conditio. ⁊ demonstratio. Nec obstat ꝙ allegatur per partem aduersam ꝙ notarius errauit in autenticando dictum testamentum: ⁊ ꝙ illa verba cõmunicãdo ⁊c. debẽt cadere in alia ꝑte dicti testamẽti q2 hoc est falsu3 q2 nõ tantum

tantum in aut.dato parti dicti pupilli stat cōditionaliter vt dictum est:sed etiaz in eius originali ⁊ prothocollo siue persona eius no.ad quam recurrenduz est similiter ⁊ sic conditionaliter stat ⁊ dictus notarius aliter asserēdo aut nouū aut.parti aduerse in alia forma tradendo magnū cōmisit erroreʒ nec hoc facere potuit sic ⁊ in cōsulente in preiudiciū dicti pupilli cōtra illud qd̄ in publicam formā tradiderat eidem ⁊ in iudicio productum erat ⁊ contra eius prothocollū ⁊ maxime ex interuallo magno tpis.iuxta no.in.l.imper.de sta.ho.⁊.l.si librarius.de regu.iur.Spe.in ti.de instru.edi.§.instrumentū.ver.sed nunqd. Nec ob.si dicatur ꝙ esset res turpis ⁊ inhonesta ꝙ vxor post trāsituʒ ad scd̄a vota cōicaret predicta cū herede suo q2 nulla est turpitudo nec inhonesta dispositio immo cōueniens est ꝙ sic voluerit testator vt scriptuʒ est attento ꝙ legauit dicte do.pannos suos ⁊ lib.centum ad que nullo modo tenebatur:⁊ ideo si ipsa volebat predicta ⁊ ipsam grauare voluit de cōicatione iam dicta ⁊ si granamen implere nō intendebat nō debet se de dict.leg.intromittere de voluntate em̄ testatoris certi sumus p eius verba ergo ⁊c.totum em̄ facit defuncti voluntas.l.ex facto.de here.insti.vestigia enim semper sequimur volūtatis testatoris.l.pe.C.de neces.seruis here.insti.est em̄ lex eius dispositio idē in cor.de nup.§.disponat.col.iiij.⁊ impera.dicit studij nostri est cōseruare voluntates testatorum in eo.cor.§.que nunc. in fi. voluit em̄ dictus Fran.testa.cuius aīa contristata est per transitum dicte d.ad scd̄a vota vt habetur in.d.cor.§.sed ⁊ si quis.ꝙ si dicta ei9 vxor alium acciperet viruʒ ꝙ dicta legata haberet nō ita simpliciter ⁊ pure sed cū dicto grauamine ⁊ onere p̄dicta cōicandi cū herede suo. Preterea supposito ꝙ dictū legatum esset purum ⁊ simplex ꝙ tm̄ non est vt ex iam dictis apparet dicendū est de iure ꝙ pars dicti pupil.debeat absolui a petitione dicte.d. q2 soluit quo casu oīa iudicia sunt absolutoria instit.de perpe. ⁊ tēp.ac.§.fi.no.in.l.si rem pater.ff.de procu.⁊ in.l.harum.si seruitus.vendi.probant q2 per testes pro parte dicti pupil. in dicta causa examinatos plenissime probatur ꝙ post mortē dicti Frā.ad manus dicte.d.peruenerunt ⁊ penes se habebat q̄plures ⁊ plures pecuniarum q̄titates in auro ⁊ argento ⁊ quatenus ad magnam summā ascendentes descriptas in quadam scriptura manu ser Bartho.de viglarana vnius ex testa. descripta ⁊ in iudicio producta in qua scripte sunt seriatim ⁊ per ordinem oēs dicte q̄titates pecuniaꝝ ⁊ pro parte dicti pupil.opposita est dicte d.in casu quo idem dictū legatum debeatur cōpensatio ⁊ cōpensationis exceptio pro cōcurrenti q̄titate. Cū protestatione petēdi a dicta.d.residuū ⁊ de liquido ex parte dicti pup. vt ex act. apparet que cōpensatio viā obtinet solutionis ⁊ pro solutione habet.l.si peculiū.§.de illo queritur.de sta.libe.p Bar.in.l.amplius non pet.ff.rem ra.ha.⁊ fit cōpensatio vsq3 ad cōcurrenteʒ

a q̄titatem [1] reseruata residui petitione.l.si cōstat.⁊.l.etiā.cū con cor.suis.C.de cōpen.qū̄o ergo dicta.d.ꝯsequi de iure pōt dictū legatū etiam si sibi deberetur cuius contrariū est ostensum cum penes ipsam sint tot ⁊ tante pecuniarū q̄titates ⁊ ex dicta gestiōe p ipsaʒ facta post mortē dicti sui viri remāsit ⁊ est debitrix dicti pupil.in dictis q̄titatib9 ⁊ in multo maiori q̄titate q̄ foret q̄titas dicti legati vt pʒ ex actis ⁊ attestationibus testium

3 dicti pupi.† Nec ob.ꝙ testes postea inducti pro parte dicte.d. videantur dicere ꝙ postea facto calculo inter dictā.d.⁊ ipsos penes ipsam remanserunt.vnus dicit de libris.xvj.⁊ duc.iiij.alius de duc.xviij.q2 aduertendū ꝙ dicta.d.rūdens positioni.xiiij.parte pupilli:in qua ponitur ꝙ de pecunijs habuit ⁊ recepit per dictam.d.dicti pupilli post mortē dicti Fran. ipsa nullā reddidit rationeʒ dicto pu.nec eius tutori p sacramentū propriū dixit ꝙ non reddidit rōnē q2 nunq̄ habuit. Non igit̄ audiri nec admitti debet ponendo ⁊ probare volēdo ꝙ habuit ⁊ rationē de illis reddidit nec ad hoc admissa est nisi quatenus de iure admitti vl̄ fieri potuit ⁊ debuit vt ex act.apparet. Qd̄ aūt admitti vel audiri nō possit nec debeat de iure tanq̄ periura ⁊ sibijpsi contraria ⁊ repugnans ⁊ etiā de periurio puniri possit probat̄ extra de proba.p tuas.in aut.qui propriā.C.de nō nu.pe. Spec.in ti.de positio.§.viij.ver.sed s̄m p̄missa. ⁊ in ti.de excep. §.viso.ver.sed qd si debitor.⁊ i alijs iuri.ibi alle. Preterea testes inducti p parte.d.d.deponunt ꝙ penes ipsam remāserūt facto calculo de pecunijs dicti pup.duca.xviij. vel.lib.xvj.⁊ duc.iiij.qū̄o ⁊ qua fraude petijt lib.centum sciens ꝙ penes ipsam erant dicte q̄titates s̄m ꝙ testes sui dicunt igitur pessimā habuit cōscientiā contra dictū pupi.petendo qd̄ intus habebat nec hoc dicitur parū vel modicū immo multū quo ad dictū pupil.orfanū ⁊ miserabilem. Cecidit ergo in penā statuti cōis Fauen.⁊ cōstitutionis prouincialis sancte matris eccle.allegatorū pro parte dicti pupilli:⁊ q̄ vobis trāsmittunt̄ cū ac.cause. Que disponunt. Qd̄ petēs vel peti faciens vel mandās plus debito absq3 iusta cā ignorantie cadit a toto qd̄ petijt ⁊ in tm̄ q̄tum est qd̄ plus petijt camere cōdemnetur ⁊ sic pro parre dicti pupil.petitum est fieri per iudicē cause cōtra dictā.d.Cathe.q̄ sciens se teneri dicto pupi.cupiēs ipsum fraudare sic petijt ⁊ peti mandauit. Que vltra mandatū per ipsam datum dicto.d.Bartho.interrogata in iudicio si dictus eius p̄curator de eius voluntate ⁊ mandato petijt dictum legatum lib.c.a dicto pupil.⁊ contra ipm ⁊ si petitionem per ipsum procu.productam in p̄senti cā super hoc ratā habet ⁊ firmā

4 suo iur.rūdit ꝙ sic vt in act. apparet.† Et si dicatur ꝙ dicta.d. reddidit rationem de dic.pecunijs pupillaribus ser Cecholo ⁊ Fran.ser Zucholi vt tutoribus dicti pupill. negatur immo ex act.apparet oppositum ipsi enim super hec pro parte dicte dn̄e examinati deponunt ꝙ rationem non viderunt sed q2 dicta .d. volens transire illis diebns ad scd̄m virū misit p eis ⁊ viderūt per modum calculi quod dicta domina habebat de pecunijs pupilli attenta scripta dicti ser Barthol.manū.confecta de qua est superius dictum ⁊ ꝙ predicta viderunt ⁊ calculauerunt cum dicta domina non vt tutores nec tanq̄ tutores dicti pupilli q2 nō erant nec vnq̄ administrauerunt sed dicta domina post morteʒ dicti sui viri ⁊ ipso mortuo continuo donec ad secūda vota trāsiuit administrauit ⁊ gubernauit pecunias ⁊ bona oīa dicti pupilli:quorum vnus deponit vt dictum est ꝙ penes ipsam remāserunt duc.xviij.alius dicit de lib.xvj. ⁊ duc.iiij. Nec vt dictum est dicta dn̄a potest se fundare ꝙ reddiderit rationē q2 cōtra p prium sacramentum venit ⁊ q2 testes sui non dicūt: debebat em̄ si volebat esse cauta reddere rationeʒ predictam in casu quo de iure posset audiri qd̄ non potuit vt dictum est tutori ⁊ legitime pro pupillo interuenienti ⁊ cum aut.⁊ man.iudicis ⁊ non ex arrupto extraneis qui nō erant tutores saltim legitime cōstituti. l.ait pretor.§.permittitur.de mino.cū simi. Nec ad probanduʒ ipsos tutores opitulat̄ testamentū dicti Fran.in quo descripti a sunt pro tutoribus q2 dictus Frā.non dicto pupillo ei9 nepoti ex fratre p̄mortuo tutorē potuit dare.l.j.de testa.tute. cuʒ simi. Et silr̄ non ob. q̄dam cōparitio facta in curia dn̄i epī de qua in quadā scriptura apparet q2 per illā assertionē nullo modo probatur ipsos tutores saltē legit.cōstitutos vt sic pro pupillo interuenire possint vt p̄sone legitime: multa em̄ requirebant̄ ad legitimandū ipsos ⁊ eoruʒ p̄sonas vt possint negocia pupilli in iudicio vl̄ extra gerere:q̄ hic nullo modo interuenerit: de q̇bus in.l.legitimos.⁊ ibi p Bar.ff.de legi.tuto. Nō ergo talis calculus seu asserta rōnis redditio in aliquo opitulat̄ dicte dn̄e: cuʒ etiam vt est dictuʒ dicti noīati tutores inducti in testes pro parte dicte dn̄e deponunt se non fuisse tunc nec postea tutores nec bona pupilli administrasse sed ipsam dominam vt in eorum attestationibus apparet. ¶ Insup ⁊ ergo prudētia dn̄i consulti ad hanc rōnem aduertat pars aduersa petit fieri executionē cōtra pupillū pro quantitate legati petit ⁊ contra ipm vt heredeʒ testatoris legātis.⁊ nullū est dubiū ꝙ si nō appareret legitime ipsum esse heredē dicti testatoris nō posset aliqua contra ipsuʒ fieri executio pro quātitate dicti legati sed sic est ꝙ in nulla parte iudicij ⁊ actoruʒ cause constat vel apparet legitime ꝙ dictus pupillus sit heres dicti Fran.testatoris legantis:dato enim ꝙ dictus Guido rūdendo positioni octaue partis aduerse cōfessus fuerit ꝙ ipse tutorio nomine dicti pupilli adiuerit res dicti Francisci tenendo eius res bona ⁊ alia faciendo que fieri non possunt citra ius ⁊ nomen heredis:tamen nihil est dicere ad faciendum pupillum heredem dicti Franci. Non enim aditio solius tutoris potuit facere pupillū heredē nec ei hereditatem acquirere nec ipsum vel heredem obligare. ipsius em̄ actus ⁊ voluntas fuit necessaria.l.potuit.cum simi.C.de iure delibe. Cum ergo dictus tutor adiuerit solus ⁊ pupil. ignorāte nihil egit.d.l.potuit.⁊ multominus aliquis alius actus ipsius tutoris soli9 citra actum ⁊ voluntatem dicti pupilli circa aditionem dicte hereditatis nihil operatur ad faciendum ipsum heredem ⁊ ipsum obligandum vt heredem per.d.l.potuit.cuʒ simi. Ex quo aliter non constat legitiue dictum pupil.esse heredem dicti Fran. Ex quibus ⁊ alijs per prudentiam vestram in iure supplendis in fauorem dicti pupil.iustitiam fouentis.iuxta ea que habentur.C.vt que desunt aduo.par.iu.suppleat in nigro ⁊ rub. Consulendum est partes dicti dn̄i iudi. cause fore in absoluendo dictum pupil.⁊ eius partem ab instantia ⁊ obseruatione presentis iudicij vel a petitione dicte dn̄e ⁊ contētis in ea ⁊ in condēnando ipsam vtpote temere vexantē dictum pupil in expēsis factis in dicta causa.⁊ etiam camere vt est dictum. Causis rōnibus ⁊ iuribus superius alleg. singula singulis congrue adaptando dn̄s deus dirigat iudicium vestrum in viam iuris ⁊ iustitie. Insuper aduertendum ꝙ dicta dn̄a petit fieri executionem pro quantitate librarum centum contra dictum pupil. constat autem ꝙ de iure non est ab executione incohoandum sed via ordinaria agendum.l.nimis propere.C.de execu.rei iudi.quo ordine circūscripto nullum est quod agitur.l.si cum nulla.ff. de re iudi.⁊.l.pro

¶ Quātitatē [a]. Adde ꝙ lʒ talis cōpensatio ip̄o iure fiat requirit̄ tm̄ ꝙ p partē opponatur.vt tʒ Spe.in ti.de testa.§.j.ver.sed pone lecta.doc.in l.qd̄ dicit̄.ff.d̄ impen.in reb.dot.fac.

latam. C. de sen. ꝛ interlo. Et si dicatur ꝙ hoc petitur vigoꝛe cō stitutionis ꝓuincialis sancte matris ecclesie. Rñdetur inquan tum de illa appareat in actis ꝙ illa constitutio non est vllaten⁹ intētata: sunt tm̄modo statuta cōstitutiōes ꝛ oꝛdinamēta cōis Faueñ. ꝛ ꝓmdicta in materia petita est executio vt ex tenoꝛe di cte petitionis apparet. Ex nullo aūt statuto cōstitutione vel oꝛ dinamento cōis Faueñ. permittitur dicta executio: ꝛ hoc asse rit doceat ꝛ multominus de iure cōi, vt dictū est ergo petitio in epta ꝛ via intentata nullatenus pōt habere locū ꝛ totum qd̄ ꝑ parte dicte dñe in presenti cā est agitatum nullum est ipso iure per iura prealleg.

¶ Casus.

¶ In noīe dñi anno ab eiusdē dñi natiuitate. Mcccel. inditione xiij. die. x. mensis Martij: paruȝ ante vesperas in ciuitate Pa pie. vcȝ in domo ꝛ camera cubicularij domus infrascripti testa toris sita in Papia in poꝛta laurensi in parrochia scti Marti ni in petra lata. ibiq; spectabil. ꝛ nobi. vir dñs Jo. ant. de astul phis ciuis Papiensis filius quondam dñi Andrioli san⁹ mē te ꝛ intellectu ꝛ suam solitam ꝛ consuetā bonam retinens memo riam lȝ sit eger coꝛpoꝛe Jesu xp̄i inuocato nomīe plurimum ꝛc. ¶ Item dñs testatoꝛ dat ꝛ legat spectabili dñe Jsabette de be charia filie quondā spectabilis ꝛ egregij viri dñi Joannis oliȝ curie ducalis magistri seschalchi ꝛ vxoꝛi legitime ipsius dñi te statoꝛis dotem suam per ipsum dñm testatoꝛem confessatā ꝛ ha bitam ꝛ tertium plus ipsius dotis ꝛ quecunq; eius iura dota lia ꝛc. Quia de ipsa dña Jsabet. de eius fide industria sufficiē tia legalitate conscientia ꝛ honestate ab experto plenissime con fidit ꝛ qñcunq; contingeret seu si contingeret ipsum dñm testato rem decedere ab hoc seculo sine filijs ꝛ filiabus etiā posthumis legitimis ꝛ naturalibus ipsius dñi testatoꝛis ꝛ ab eo ꝛ ex ei⁹ ve ro coꝛpoꝛe legitime descendentibus eo in casu etiaȝ dat ꝛ legat dicte dñe Jsabet. dotem suam ꝛ tertium plus ꝛc. ꝛ vult iubet oꝛ dinat ꝛ mandat ꝛ disponit idem dñs testatoꝛ ac relinquit ꝙ ipa dña Jsabetta de cuius vt protestatur moꝛibus ꝛ conscientia si militer confidit vt. s. vendat ꝛ vendere debeat ꝛc. ¶ In ipsis ca sibus ꝛ quolibet ipsoꝝ non existētibus liberis vt. s. instituit si bi heredes particulares venerabiles ꝛ religiosos dños canoni cos regulares oꝛdinis scti Augustini de obseruantia cōgrega tionis lateranēsis pro medietate pro indiuiso ꝛ venerabiles re ligiosos viros dños prioꝛem ꝛ monachos congregationis seu vnitatis sanctoꝛum Spūs ꝛ Galli prope Papiam in obseruā tia ipsis retinentibus ipsum locuȝ sanctoꝛum Spūs ꝛ Galli. ꝛ non aliter. pro alia medietate indiuiso totius poss. quam idem dñs testatoꝛ habet ꝛ tenet ꝛ possidet in loco ꝛ territoꝛio de mar zana ꝛ castri de lambro cū molendino ibidem dñm aquis aque ductibus ꝛ vitijs aquarum ꝛ terris cultis ꝛ incultis vineis edi ficijs nemoꝛibus boschis buschis, sediminibus pratis iurib⁹ ꝛ iurisditionibus ac eius possessionis de ficco mario cū vineis pratis sediminib⁹ edificijs terris cultis ꝛ incultis boschis bu schis ꝛ alijs suis terris seu proprietatibus ibidē excepto molē dino qd̄ habet in flumine padi grauās dictos dños canonicos pro medietate ꝛ dictos dñm prioꝛem ꝛ monachos cōgregatio nis ꝛ conuentus pro alia medietate ꝛ ita vult iubet oꝛdinat mā dat statuit ꝛ disponit ꝙ sint grauati ad soluendum ꝛ ꝙ soluere teneātur ꝛ debeāt ꝛ realiter ꝛ cū effectu dicte dñe Jsabette vxo ri dicti dñi testatoꝛis oī anno ad ꝛ super totum durāte viduita te dicte dñe Jsabette ꝛ ipsa stante in viduitate ꝛ solita honesta te in summa ꝛ ad ꝛ per totuȝ floꝛenos. ccc. oī anno valoꝛis ad cō putum solidoꝛum. xxxij. imperialium pro quolibet floꝛeno: exce pto anno presenti quo ipsi dñe Jsabette legat oēs fruct⁹ ꝛ red ditus anni presentis quoꝝcunq; bonoꝛum ipsius dñi testato ris. Et hec oīa ꝛ singula taȝ ratione ꝛ noīe causa ꝛ occasiōe vsus ꝛ vsusfr. dicte do. Jsab. ꝙ vt de ipsis fructibus ꝛ redditu quoꝝ cunq; bonoꝛum suoꝝ anni presentis q̄ de ipsis floꝛenis. ccc. ad dictum computū quolibet anno ipsa. d. Jsabe. disponere possit ac debeat ꝓm ipsi. d. Jsab. iniuncta ꝛ dicta secrete per ipm dñm testatoꝛem. ꝙ dicit ꝛ protestatur ꝛc. Item dictus dñs testatoꝛ in casu predicto ꝛc. Item dictus dñs testatoꝛ dat ꝛ legat. Item di ctus dñs testatoꝛ in casu premisso ꝛc. ¶ In oibus aūt alijs bo nis suis mobilibus ꝛ immobilibus iuribus ꝛ actionibus q̄bus cunq; ꝛ noībus debitoꝛum ipsius dñi testatoꝛis saluis ꝑdictis. Idem dñs testatoꝛ sibi heredem instituit vniuersalē in casu nō extantium liberoꝝuȝ vt. s. Et eo casu quo qñcunq; idem dñs te statoꝛ ꝛ ante eius dicti filij decederent de hoc seculo sine filijs ꝛ filiabus ab ipso dño testatoꝛe ꝛ dictis eius filijs legitimis ꝛ na turalibus decederent predictū hospitale nouum magnū papie inchoatum ꝛ qd̄ construit̄ in ciuitate Papie prope ante dictā ecclesiaȝ sancti Mathei papie. Et hec est ipsius testatoꝛis vlti ma volūtas ꝛ dispositio. ad hoc est ipsius dñi testatoꝛis vltimū nūncupatiuū testamētū qd̄ ꝛ quā ideȝ dñs testatoꝛ voluit iussit disposuit ꝛ oꝛdinauit ꝛ vult iubet statuit disponit ꝛ oꝛdinat va lere ꝛ tenere ꝛ ꝙ valeant ꝛ teneant ꝛ valere ꝛ tenere debeāt iure ꝛ via sui nuncupa. testamenti ꝛc.

¶ Si creditoꝛ vult vendere pignus reclamāte debitoꝛe ꝛ of ferente si fiat sibi calculus nō valet venditio.
Item si minoꝛi precio ꝙ par est vendatur presumitur fraus ꝛ re scinditur.

¶ Consilium. cccclxiiij.

In christi nomine amē.

¶ † Uisis actis ꝛ actitatis coꝛam dño locū te nente patrie foꝛiulij inter dominam Marga. filiam quondaȝ dñe Magdalene ꝛ Leonardū iugalium agentem ꝛ petentem ex parte vna seu eius procu. ꝛ magistrum Nico. fabrum de vtino reum ꝛ posseso rem ex altera ꝛc.

¶ Uide de verbo ad verbum consi. clvj. supra eodem libro.

¶ Casus talis est.

¶ Ser Bartholomeus vt apparet ex instrumēto vltrascripto in M. cccc. xv. fecit publicū instrumentū venditionis certi sui mā si. d. Bitusse sue soroꝛi pro duca. c quos fuit cōfessus recepisse ab ipsa renunciās exceptioni non numerate pecu. in quo instro dicit̄ ꝙ ipse cōstituit se possidere dictū mansum noīe ꝑdicte em ptricis donec ipsa tenutam ipsam intraret ꝛ pos. coꝛpoꝛalē acci peret eiusdē mansi ꝑ se vel per aliū Quam accipiēdi ꝛc. Et vlti mo in codē instro videtur ꝙ dictus venditoꝛ assignauit emptri ci quendā ex testibus instri ad inducendū eā in tenutā coꝛpoꝛa lem dicti mansi. Nō apparet ꝙ dictus assignatus in nunciū te nute vnq̄ induxerit dictā emptricē in pos. coꝛpoꝛalē dicti māsi. Sed apparet dictus venditoꝛ remāsit in pos. tali cū perceptiōe fructuū ex ipso manso ꝑ annos q̄plures ꝛ vsq; quo dict⁹ man sus ꝑ prefatū ser Bartho. fuit in quendā aliū translatū q̄ titu lo emptionis vsq; in tp̄s ꝑsens possedit absq; ꝙ dicta emptrix vnq̄ interpellauerit venditoꝛē predictū vel ꝑdictū successoꝛem habentē ab eo cām. Predicta emptrix decessit ante biēniū vel circa. Quidā eius filius ꝛ heres reperto ꝑdicto instro incepit agere cōtra pos. mansi rei ven. Possessoꝛ q̄ titulo emptionis ꝛc. ꝑ annos. xiij. ꝛ vltra possedit illū mansum: ꝛ etiā heredes sui au toris vcȝ supradicti ser Bartho. obijciūt exceptionē simulatio nis aduersus instrm supradictum venditionis facte ꝑ ser Bar tho. d. Bitusse. Quā simulationē aliter nō probāt nisi presum ptiue: q2 ipsa. d. Bitussa nunq̄ interpellasse reperit̄ prefatū vē ditoꝛem vel eius heredes vel aliū emptoꝛē ꝓm ꝛ de pos. vel pro prietate dicti mansi: lȝ heredes ꝑdictos interpellauerit de alio debito pecuniario minoꝛis quātitatis: ꝛ ꝙ predictus venditoꝛ remansit cōtinue in pos. coꝛpoꝛali dicti māsi vsq; dum eū in aliū transtulit: q̄ etiā ex tunc cōtinuo possedit. Obtinuit predictus etiam exceptionē prescriptionis aduersus ꝑdictū vendicantes. Et quidē obijcit̄ hec prescriptionis exceptio cōpetens posses soꝛi de iure cōi ex possessione decennij cōtinua inter ꝑñtes cum iusto ti. emptionis ꝛ bona fide q2 de mala non cōstat. Rñdetur ex aduerso talē prescriptionē non posse allegari nec debere pro cedere in patria in qua viget ꝯstitutio de ꝑscriptionibus q̄ lon gioris tp̄is possessionē exigit inter ꝑñtes. Replicatur pro obij ciente prescriptionē ꝙ dicta cōstitutio nō tollit quin possit ꝓce dere ꝛ allegari ꝑscriptio decēnalis de qua. s. iure cōi que minus inducit ꝙ prescriptio ex cōstitutione patrie ex qua dñium dire ctum videt̄ acquiri possidēti per tp̄s in dicta constitutione posi tum: addito etiā ꝙ in alijs videt̄ discrepare ꝓuisio cōstitutiōis a ꝓuisione iuris. Super hoc itaq; consultat̄ ꝛ querit̄ q̄d iuris an possit opponi ꝑscriptio decēnalis ex dispositione iuris cōis stante ꝙ supradictus scd̄s emptoꝛ iam possederit per annos. x. vel. xiij. ꝛ plus.

¶ Scd̄o queritur. In oī casu siue euentu habeat vel nō habeat lo cum ꝑscriptio decēnij ꝑdicta: an ꝑ Bartholomeū supradictum potuisset inchoari ꝑscriptio cōtra. d. Bitussam attento ꝙ ipse met vendiderat ꝛ se cōstituerat noīe emptricis possidere. Que ritur an potuisset inchoare vigoꝛe cōstitutionis pu. cū vt in ca su ponit̄ ser Bartho. venditoꝛ in pos. remāsit coꝛpoꝛali ꝛ actua li mansi vendīti lȝ constituerit se possidere. Et nuncius dat⁹ ad inducendū emptricē in pos. coꝛpoꝛalē nō induxit eā. Minus videtur dubitandū an emptoꝛ scd̄s cui res ꝛ rei possessio tradi ta fuit potuisset inchoare prescriptionem.

¶ Tenoꝛ constitutionū pu. est vltrascriptus iuxta copiā instrumē ti: aduertendū ꝙ tp̄e quo instrm venditionis fuit factuȝ ꝛ inde successiue vsq; in diem primū Septēbris. M. ccccxx. nō curre bat nec cucurrit ꝑscriptio in patria propter quoddā discrimen vt extat certo decreto declaratum.

Qualiter

1 Qualiter pbatur simulata prima emptio vt scda valeat
2 Quomodo intelligatur statutum abbreuians prescriptiones sine titulo. Et an currant contra ignorantes suum ius.

Consilium.cccclxv.

In christi noie amen.

1 †Videtur dicendum quod scds emptor possit cotra filium prie emptricis agete rei vedi. obijcere exceptionem simulationis prime venditionis et etiam exceptionem pscriptionis de iure coi posito quod prima venditio non fuisset simulata si prima emptrix sciuit secundam venditionem factam. Primum scz simulatio pz ex trib⁹ simul iunctis sz ex retentione pos. absque eo quod de fructibus rnderet prime emptrici in totum vel pro parte vel quod ab eo peteretur per primam emptricem per tps. x. annorum et vltra cum illa venditio facta fuerit in. Mccccxv. et secunda in Mccccxxv. a quo tpe dicitur secundus emptor vsque modo possedisse per annos. xiij. ff. quib. mo. pi. vel hipo. sol. l. sicut. §. superuacuum. et no. in spe. de dona. §. j. ver. ite pone. et bar. in. l. post contra. ff. de dona. cum tm instrm venditionis dicatur quod vendidit et tradidit et sic retentio pos. contradicit verbis instri vt censet no. bal. in. l. illud. ante fi. C. de sac. san. ecc. Item ex eo quod fuit constitutus nuncius ad mittendum emptricem in realem poss. et tm executio nunquam fuit facta nec petita fieri per emptricem sed neglecta ex quo resultat vehemens presumptio vt. ff. de dam. infec. l. si finita. §. pe. et C. de bo. au. iu. pos. l. fi. et qd ibi no. et no. Bar. in. l. pretor. §. fi. ff. e. ti. Item tertio ex eo qz prima emptrix erat soror venditoris vnde rone conuentionis resultat vna cum alijs presumptio fraudis et simulationis. C. de dona. l. datam iam. ff. de bo. lib. l. nihil. §. facilior. et no. in Spe. loco. s. alle. et p Bar. in. d. l. post dctum. facit tex. in aute. de alie. et emphi. §. iconom⁹ vnde sumitur aute. quibuscunque modis. C. de sac. san. ec. et in aut. vt hi qui obli. se perhi. §. quod si quis. et bar. in consi. icip. statuto castri plebis in fi. Nec ob. quod venditor constituit se noie emptricis possidere &c. qz dicta constitutio psumitur eodem mo simulata quo et pcedens dctus postquam alie psumptiones simulationis cocurrunt sm Bar. in. d. l. post contractum. per. l. j. C. de suffragio. lz hoc solum non sufficeret sm eundem in consi. quod incip. Petrus nicole. et per Bal. in. d. l. illud. et in. l. j. C. de do. ante nup. ante fi. Et etiam ppter negligentiam longi tpis comissam per emptricem in adipiscenda reali pos. cum posset etiam in petendo fructus cum dicatur soluisse precium qd verisile non esset si fuisset verus et no simulatus cotractus. C. de actio. emp. l. curabit. iunctis his que no. per Bar. in eo qui negligit recuperare naturalem cum habeat ciuilem poss. l. si de eo. §. si forte. ff. de acq. pos. l. cum de in rem verso. ff. de vsu. constat ergo ex simulato cotractu dominium non fuisse quesitum prime emptrici. ff. de contrahe. emptio. l. nuda. de aqua plu. arcen. l. emptor. Scdm probatur. C. de prescrip. longissimi. temporis. aut. malefidei. versi. si vero. Nam si prima venditio fuisset vera et ex ea fuisset translatum dnium venditor scdo vendendo fuisset male fidei: et lz naturaliter tradendo scdo emptori priuasset primam emptricem ciuili pos. l. iij. §. quod si seruus. ff. de acqui. pos. et sic dedisset scdo emptori cam pscribendi iuxta no. per glo. in. l. j. in fi. magne gl. C. de ser. fugiti. attamen qz erat malefidei venditor eo qz in facto non poterat ptendere ignorantiam. l. quod quod. ff. ad vell. et ideo hodie per illam aut. male fidei. requireretur scientia aduersarij in prescriptione logi temporis lz olim secus vt. l. fi. e. ti. alias si semper ignorasset requireretur tempus longissimum. xxx. an. sicut si titulum non haberet possessor. ea. aut. in prin. et si aliqn ignorasset aliqn sciuisset dns ante completam prescriptionem pro tpe quo ignorasset fieret computatio longissimi temporis pro alio vero longi. vt ibi no. per glo. Nec potuit dicta prescrip. incipere in persona venditoris tum qz erat malefidei vt in. c. ij. de regu. iur. lib. vj. tum qz possidebat nomine prime emptricis vnde contra eam no poterat vllo tempore prescribere. C. de prescrip. xxx. an. l. male agitur.
2 †Nec ob. predictis constitutio prime que statuit tempus xv. an. ad prescribendum: et noua constitutio. xx. an. qz loquuntur in simplici posses. sine ti. vt propter solam poss. prescribat dicto tempore: cum tm de iure coi requirerentur anni. xxx. l. sicut. C. de prescri. xxx. an. et sic voluerunt dicte constitutioes abbreuiare tempus prescriptionis statutum a iure coi in prescriptionibus et vsucapionibus currentibus cum titulo. C. de sac. san. ec. aut. quas actiones. ver. vsucapione trienij &c. et ita his diebus consulendo super dictis constitutionibus dixi.

Ego Pau. de cast. vtriusque. J. doct. dico et consulo esse iuris et de iure &c.

1 Prescriptio statutaria abbreuians coes prescriptiones non currit vxori existenti in matrimonio.
2 Sta. generale restringi debet sm ius commune ne quis indebite dannum patiatur.

Consilium.cccclxvj.

In christi nomine amen

In casu pmisso dico indubitanter quod dicte domine male succubuit. Et quod in ca app. debeat sententia lata contra eam retardari.
1 †qz prefata pscriptio statutaria non currit contra eam constante matrimo. cum agere non possit pro dote. l. ij. ff. so. ma. nisi prefat⁹ vir fuisset declaratus vergere ad inopiam et incipere male vti substantia sua: nam tunc a die declarationis agere potuisset. l. si constante. in pn. ff. so. ma. et. l. vbi adhuc. C. de iure do. Sz si dicta declaratio non fuit facta pscriptio non incipit currere dicte mulieri nisi a die soluti matri. qd fuit iam sunt anni. viij. vt dicitur casus in. l. in rebus. in fi. C. de iure do. Et si dicatur ibi loquitur in pscriptione inducta a iure coi. Nos loquimur in pscriptione inducta a statuto. Ite seruanda sunt verba statuti vt iacet: et statutum simplr loqtur. Et duos casus tm excipit et sic vr regulam firmare in ceteris casibus. l. nec qd. s. fi. ff. de pe. lega. maxime qz in fine dicit. et sic precisum &c. Et pro hoc. c. constituit. et qd ibi no. Inno. extra de resti. in integ. qui vult. l. fi. C. in qui. cau. in inte. resti. non est neces. no habere locum in prescrip. statutaria et sic a statuto introducta maxime post illam. l. sz contrarium est veri⁹ et bar. in. l. fi. s. alle. in ti. qui sunt de mino. reprehedit Inn.
2 †qz statuta generalia sunt restringenda sm ius coe ne quis dannum indebite patiatur. C. de noxa. l. ij. et no. glo. magna. in. l. fi. §. licet iam. C. de iure deli. Vnde statutum generaliter dicit quod si creditor neglexerit petere per. x. an. debitor sit tutus: dz intelligi et restringi ad creditorem maiorem: non aut hz locum in minore contra quem prescriptio non currit: vt. d. l. fi. per Bar. ibi et. d. l. ei qui. sic dico in proposito quod statutum suprascriptum dz restringi ad illos q sua iura agere et prosequi potuerunt: et contra eos currit dicta prescriptio. xx. an. et possessor psumitur dns contra eos. et si ignorauerit dicta iura sui dnij qz sic est et de iure coi. l. fi. C. de prescrip. lon. tep. sed aduersus eos qui agere no potuerunt et si iura sua sciuissent prefatum statu. et prescriptio inducta per illud locum no hz prout est in casu nostro in quo mulier constante matri. pro recuperatione dotis sue si maritus declaratus non fuit vergere ad inopiam agere non poterat: qz sic dicta prescri. cucurrerit: et dicta mulier dannum indebite pateretur cum prescriptiones inuente fuerint contra desides et negligentes. iuxta no. in. l. fi. in fi. C. de edi. diui adri. toll. Que negligetia et desidia non cadit in illa que agere non potuit impedimento iuris subsistete: ideo sicut contra eam non currit presceri. de iure coi: vt. d. l. in tribus. C. de iure deli. in fi. vbi casus. ita nec dicta prescrip. statutaria: cum statu. restringatur ad ius coe et intelligatur quod presumatur dns contra illos qui agere potuerunt vt dictum est. Nec ob. quod duos casus excipit tm: qz verum est quantum ad illos qui comprehenduntur in statutis: sed quatum ad volentes agere videtur satis operari statutum cotra alios volentes agere: et quantum ad illas exceptiones confirmat regulam: sed tamen non faciunt vt sub verbis generalib⁹ statu. coprehendantur illi qui agere potuerunt et qui non fuissent comprehensi si excep. predicta facta non fuisset. casus est et ibi expsse bar. in. l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. leg. et. l. lucius. §. pluribus. ad treb. et ibi per eundem similiter no. de cla. non obstante que non ampliat grām. in cle. cum ei qui. de concef. prebe. et ad hoc. l. aurelius. §. j. ff. de li. leg. Pro hoc etiam per illud statutum prescrip. xx. an. sine titu. surrogata est loco prescrip. longi temporis de iure coi: vt no. Bar. in. l. ij. §. si per alienam. ff. de vsu. pro empto. Sed prescrip. longi temporis de iure coi inducta non currit contra dictam mulierem constate matri. nisi facta demum declaratione predicta. d. l. in reb⁹. in fi. ergo nec ista statutaria. Et si statutum istud diceret expsse dnium eet iniustum et iniquum auferendo dnium non valenti agere. l. ij. §. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. vbi dicitur quod ius suum nemini est auferendum et sic non valere. viij. di. erit aut lex. vnde no est credendum quod sub generalibus verbis voluerit hoc iniquum coprehendere. l. sub conditione. in fi. et ibi no. ff. de condi. insti. de ri. nup. l. quod quod. cum si.

Concludo ergo. d. sniam in ca app. tanquam iniquam debite retractari et dari pro muliere si probauerit sibi incumbentia non ob. dicto statuto. Nec ob. verbum positum in fi. quod sit precisum &c. qz hoc verbum non tollit necessarias interpretatioes et restrictioes vt no. Bar. in. l. omnes populi. de iusti. et iur. et Bal. in. l. iij. C. de lib. et post. et in. l. iubemus. C. ad treb. in fi. et in. l. iij. xxiij. col. qui accu. non. pos.

Et ita videtur mihi Pau. de ca. V. J. doc. prout. s. consultum est. et ad fidem me subscripsi et sigillo meo sigillaui.

Simulationis. vid ad materiam eundem. d. Pau. de ca. in csi. cxiij. Bar. cep. in trac. de cotrac. simu. et ista exceptio simulationis cotract⁹ p tertium tm opponi potest: vt tz nota. bar. in quodam cosilio suo incip. Martin⁹ de Eugubio.

1 Longum est consilium et elegans. disputat plene an valeat statutum habilitans spurium ad successionem patris. 2. 4. 6.

2 Jacobus bu. fuit maxime scientie ꝛ lumen iuris.
Filiorum plures species. 4.
3 An papa possit legitimare extra territorium ecclesie.
An imperator similr̄ possit legitimare extra terras imperij. 3. 7.
5 An iudex qui iurauit seruare statuta teneatur seruare tale statutum legitimans spurium.
8 Et si pater substituat in testamēto alium tali legitimato qualiter valeat talis substitutio.

¶ Consilium. cccclxvij.

In christi nomine amē.

